


BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
8
9 17 G
6

PARAENESES CHRISTIANAE,

SIVE LOCI COMMVNES, AD RELIGIONEM ET PIETATEM CHRISTIANAM PERTINENTES,

Ex [illegible]e testamento desumpti, varijs, ijsq; elegantissimis Opusculis, tam Moralibus, quàm Politicis, ad omnium cuiuscunque status hominum captum accommodis, tractati: quorum seriem paginae sequentes indicant.

AVCTORE CLARISS. VIRO D. IODOCO Damhouderio, Brugensi, Equite aurato. I.V. Doctore, quondam Caesareo, nunc Hispaniarum Regis Philippi Consiliario, atque eiusdem Regis per totam Belgiam Thesaurorum, seu Financiarum Commissario.

Hac nouissima omnium editione à M. D. LEONARDO à LEGE Iuriscon. Mantuano recognitae.

Additis Summarijs, & Indice locupletissimo, quo quiuis commode omnia inuenire possit.



VENETIIS, Apud Io. Antonium Bertanum. 1572.

CONTENTA

THEMATA XII.

ADMONITIONES XIII.

ILLVSTRISSIMO,


ET

EXCELLENTISSmo

D. FERDINANDO DE TOLETO,

DVCI AB ALBA, MARCHIONI de Coria, Comiti de Saluaterra &c.

AMPLISSIMO EQVITI AVREI VELLEris, electissimo Gubernatori, & Capitaneo Generali Catholicæ Regiæ Hispaniarum Maiestatis D. Philippi per Belgicam prouinciam, summo quoque Prætorij eiusdem Regiæ Maiestatis Præfecto, ac Principi optimo. Iodocus Damhouderius Brugensis, salutem, ac perpetuam fœlicitatem exoptat.



TSI nunquam ipsi uirtutis splendores satis à me laudari aut scriptis exprimi possunt; qui Illustrissime & Excellētissime D. Dux ab Alba præclari in te sunt: tamē diuinus religionis amor in te effulgēs, quo sacram militiā per Belgium strenuè pro defensione catholicæ fidei exerces; summas merito laudes efflagitat, & tui uenerationem mihi extorquet. Amplissima enim hæc dona, omnipotens & optimus Deus affatim contulit, quod quidem probè intelligis. continuò enim indefesso studio, uigilantissima cura, immensis laboribus tuis id præstas, ut Deum & Dominum Iesum, ac Sanctam Catholicam Ecclesiam, Regiam ac Catholicam Hispaniarum Maiestatem omnibus, actionibus tuis, omnibus inquam uiribus tuis honores. Quos non illo sancti amoris iubare tuo bonorum uirorum animos allicis ad huius honorabilem imitationem? Perculsos quidem calamitosis uariorum, periculosorumque tumultuum tempestatibus refocillas, ac meliora, lætiora, fœlicioraque sperare facis. nonnullos ita percellis, ut auersos, & propè transuersum à ueritate pietateque iter ingressos, in rectam uiam reducas, ac quasi mirabili impulsu uacillantes retrahas, & in firma petra, quæ est Sancta Catholi-

ca Ecclesia, colloces. Efficis autem uniuersum hoc, excellenti uirtute Heroica, quæ in te emicat, & quæ clarissima hominis rerum que gestarum fama mortalium aures penetrante, utrumque iam polum uibrat, cuius quidem contemplatione inducor, ut haud dubitem tuæ Excellentiæ potentias præferre Herculi illi Gallico, à Gallis præsertim Belgis, quondam pro Deo uenerato, qui uerè Alcides solis cathenis propriæ linguæ infixis, aures populi sui attingentibus, sine omni ui externa quoquo uersus suos impulisse traditur, læua modo arcum, dextra clauam minitãdo. Cunctos quidẽ mortales tuo sanctorum morum exemplo incitas ad Dei cultum, ad uenerationem S. Catholicæ Ecclesiæ Christi, & ad honestatẽ. cuius forma tametsi nunquam satis oculis populi cernatur, mirabiles tamen excitat amores sapientiæ. Omnis enim qua in Belgio præsens & qualiscunque restat pax, nimirum quæ est tranquilla uiuendi uoluntas, tranquilla libertas, ac ordinum tranquillitas: cuius profectò nomen dulce, res uero salutaris: ea omnis tuæ Excellentiæ debetur. Gratissimo quidem animo lubenter hanc tuam uirtutem agnoscimus, cuius præsidio quodcunq; diuinæ ueritatis, ecclesiasticæ dignitatis, politicæ & togate uirtutis, moralis disciplinæ traditum nobis à maioribus monumentum externum obtinemus, tuæ prudentiæ canæ, tuo, & militiæ tuæ sacrosancto consilio acceptum referimus: Id autem eo facimus alacrius, & ardentius quod scimus in Generosiss. stemmate tuo solidam uirtutem altas firmasq; egisse radices, & illustrem in tua progenie eminentiam obtinere, ita ut diuinitus potestas data sit illi ad defensionem Catholicæ fidei, correctionem, & depulsionem infidelium & uindictam malorum hominum: breuiter dico, quod compescendis tumultibus, reducendisq; in tranquilitatem, pacatãq; uiuendi libertatẽ dissentientibus, & bello exæstuantibus prouinciis, prosapia tua cælitus destinata esse uidetur. Imperatoribus enim & Regibus commendatissimam tuorum maiorum ceu parem illam nobilitatem, eximiãque in bello pariter & in pace politã haud satis cõmemorare iuuat. quam immortalis rerum gestarum testis historia, omni posteritati recolendam tradit. In te uero omnia tuorum Maiorum ornamenta, splendentia Heroum insignia à Deo omnipotente laudabiliter adeo, & uberrime collata esse re ipsa deprehendimus, ut optimi quique in summam tui uenerationem admirabili quodam modo rapiantur; Cur minus hæc eloquar? ipsa ueritas has mihi uoces exprimit. Enimue-

ro summus Ponti. S. Petri successor, & uigilãtissimus pastor ouium S. Eccl: Christi, Pontifex inquam Roman. & uniuersus ordo sacer, hoc, quod dico, demonstrauit, huiusq; eloquẽtiæ uires mihi addidit. quanquam enim Sanctitati illius tanta maiestas adest, dignitas iuncta adsiat, honos debetur, & ueneratio conuenit, ut magni & pij uiri illũ honorandi, uel saltem salutandi causam Romam usque ex longinquis regionibus deuotionis causa proficiscantur, & munera secũ ei adferant: tamen ille idem rigidus bonorum morũ custos; uirtuti, Sanctæq; Catholicæ fidei cõseruator, (ea, quæ non nisi maximis Regib. Principib. optimè de Rep. meritis, adeuntibus limina S. Apostolorum, sancta munera, utpote insignia uirtutum tradere solet) exemplo ueræ & diuinæ humilitatis, ac deosculationis rerũ memorabilium, æternaq; memoria dignarũ tuæ Excellentiæ in remotas ab urbe sancta terras per suum Legatum nuper transmisit; nimirum Ensem benedictum candidis margaritis insignẽ, cum capello Ducali in forma columbæ. Quo enim alio argumẽto dicemus talia dona sacra à summo Senatu Ecclesiastico, & huius capite summo Ponti. Roma. tuæ Excellentiæ missa esse? quàm quod promotus fuit tuis singularibus, & imperatorijs uirtutibus, omni laude, honore, & gloria dignis, unde obseruato ritu S. Eccl.e. antiquissimo referendi gratiam benemeritis, & perpetua ornamenta honestatis dõnãdi, præfata munera tuæ Excellẽtiæ honorificè dedit, & eã oĩbus piis mortalib. simili exẽplo colendã, honorandãq; statuit. Neq; uero præsens institutũ patitur mysteriũ benedicti Ensis, in nocte natiuitatis Domini à summo pont. cõsecrati enarrare, (cuius tamen leuis cognitio effecit, ut tuã Excellentiã, quæ tã amplo munere digna est habita, & honorata, Venerabilẽ apellẽ. Sancta quoq; uerba quę in eorum donorum traditione proferuntur, nõ minus id mihi imperãt. nã inter alia pronũciãtur hęc: Nos ergo uolentes, ut æquũ est, approbatas sanctorũ Patrũ cõsuetudines obseruare, statuimus te Principẽ Catholicũ, Sanctæq; sedis a Deo utrumque gladiũ habẽtis filium deuotissimum: uolumus hoc nostro præclaro munere te insignire, necnon & hoc pileo, in signum muniminis & defensionis aduersus inimicos fidei, & sanctæ Romanę Ecclesię te protegere. Firmetur igitur manus tua contra hostes sanctæ sedis, ac Christi nominis, & exaltetur dextera tua, ut uelut assiduus, intrepidusque propugnator de terra eos delẽdo progrediaris, ad-

hæc armetur caput tuum Spiritus sancti per columbam figurati protectione, aduersus eos, in quos Dei iustitia, atque iudicium pro Romana sancta Ecclesia, & apostolica sede præparatur. quod tibi præstare dignetur idem Dei filius, qui cum Patre & Spiritu sancto uiuit & regnat Deus per infinita sæcula sæculorum, amen. Huc accedit summa humilitas, & modestia tua, etiam generosissimo spiritu se submittens S. Ecclesiæ, huiusque ministris, & quod maiori humilitate simplicem charitatem exosculari nunquam grauaris. Quum uero considero res præclare gestas à maioribus tuis & à tua Excellentia omni memoria dignas, & quæ uolumine maiore, quàm sunt opera Homeri, comprehendi non possunt, ita afficior, ut te diuinitus mortalibus, & in hæc tempora a Deo reseruatum, & à S. Ecclesia Catholica conseruatum Principẽ exclamare nõ erubescam. Tuus enim ille auus laudabili & pia memoria dignus D. Fredericus, Dux ab Alba, clarissimus est propter multas expeditiones bellicas, quas fecit tempore Ferdinãdi Regis Arragoniæ, maximamque operam nauauit Catholicæ, Ecclesiæ, & Regi Hispaniarum D. Ferdinando, in expellendis Nautis & Saracenis ex Bætico Regno (quod Granaticum uocãt) & inde ex tota undiq; Hispania. Regnum Nauarræ expulso Ioanne propter infidelitatem, suorum uicinorũque odio laborante subiecit Hispaniæ coronæ: mox Gallos armata manu, illud ingressos expulit dein Pompeiolim obsidione prementes, spoliauit omnibus bombardis, maioribus instrumentis bellicis, & ciuitatem fortiter defendit contra Gallorum perfidiam, sic pacato omni statu Hispaniæ iunxit se Imperatori defuncto Rege Ferdinando, cuius adhuc superstitis tẽpore; Ilustrissimus D. Garcias generosissimus illius Frederici filius, & pater tuæ Excellentiæ, summus bellicæ expeditionis contra infideles præfectus designatus, uulgo Capitaneus generalis & Dux belli dictus, instructo exercitu ad Gelbas inuasit hostẽ, ac in ipso conflictu a Petro de Nauarra Comite secessionẽ faciente, & Gallias inde petente destitutus, fortiter ac strenue pro Catholica fide animam suam effundens, uerus Christi martyr interfectus occubuit. Tua uero Excellentia annum agens plus minus decimum sextum, cognita obsidio ne ciuitatis Fontarabie, qua præfectus prætorii Hispaniæ, uulgo Conestabilis, summus belli Dux eam uehementer præmebat, & iam oppugnationem moliebatur,

tur, dispositis equis citatis uno tantum comitata Achate, domo clam aliis recta in castra profecta oppugnationem aggredi, urbemque expugnare disponens, ita oppidanorum animos perculit: ut extrema metuentes in potestate præfecti Prætorii Regis Castellæ se fore promitteret, sed ille tuæ Excellentiæ eum honorem detulit, ut non prius in fidem oppidanos reciperet, quam se, sua ipsamque urbem tuæ potestati dedissent, atque ita oppidandi facta deditione se tuæ fidei cōmisere, & in partes Regiæ Hispaniarum Maiestatis concessere. Inde statim defuncto tuo auo successor, & hæres, militarem, & nobilissimam uitam T. Excellētia egit, quum Turca Viennam Austriæ obsidione cingeret, priuatus, sine militari stipendio, priuatis immēsis, amore defendendæ fieri, & ciuitatis Christianæ, proprios lares relinquens armasti quingentos equites legionaerios, & centum equites bombardarios, tum pedites Hallebardarios, centum satellites, & custodes corporis tui, tuorumq; famigliarium, & nobilium. His instructus, Christianis copiis te Heroice iunxisti, ac grauiter in depellendo Turca operam tuam laudatissimam insumpsisti, atque inde optimos semper ordines in re militari duxisti. In Tunetana expeditione, ac expugnatione, Generalis belli Capitaneus: in coronatione inuictissimi, & Catholici Imperatoris Caroli Quinti mortalium omnium optimi, ac Domini mei æterna memoria celebrandi, Hispanis equitibus ac copiis insignis adfuisti Bononiæ, & in reliquo itinere postea contra iniurias Gallorum summus belli præfectus Imperatorium exercitum in Prouinciā, & ad aquas Sextias usque duxisti, ubique uictor & profligator hostiū. Tua solertia Henricum Galliæ Delphinum, ab obsidione Perpinianensi repulit, & urbem uiriliter conseruauit, sine omni noxa. Minus incommodi Imperatoria contra Argelianos expeditio sensisset, si tuis monitis, obtemperatum fuisset. Aderas enim primus Dux Hispani exercitus, tuosq; uigilantius, & solertius cæteris omnibus inde reduxisti, immensa quoque moles Germanici belli, contra Saxonem, & Landtgrauium gesti, tuis potissimum humeris incumbens ad finem prælata est, neq; enim prius tum Cæsarei exercitus summus præfectus, & Capitaneus generalis ab armis discedendum esse, recte Catholico Imperatori author fuisti, quam captos à te Duce Saxoniæ & Lantgrauio, cæteri omnes se imperata facturos sancta reciperent, & obedirent Ecclesiasticæ disciplinæ. Hi

† 4 tantum

tantum hactenus commemoratis beatissimus esse posses, nisi optimus Deus adhuc maiora per te facere uoluisset, nã satis Deo haud futile uidetur, quod Lutheranę hęreseos uim & arma infregisti, nisi quod truculentior hæresis exterminanda, funditusque extirpanda restabat: nimirum quę nunc Hugonottica & Goesiaca Stygijs caput extulit undis. Quamobrem Metensis quidem belli summus prefectus, prudentissimè, & optimo consilio rem gessisti, ac inde per Insubriam Hostibus ubique ui, uirtute, & armis profligatis, ferro tuis militibus uiam aperiens, Vlpianum Pedemontii urbem liberasti ab obsidione Gallorum. Hinc Neapolim profectus exortos tumultus ubique sedasti, usus tanta moderatione omnibus innouationibus prospexisti, ut hostis ab agro Romano incursans, limitibus Regni abstineret, donec anno proximo ingressum eo exercitum Gallicum Duce Guisio ab obsidione Ciuitellæ fortiter repulisti, regnũ Neapolitanum ab omni externo milite liberum conseruans, hostilẽque terram occupans, deuicto partim hoste, partim cæso, perturbatam S. Ecclesię pacem malorum hominum interuentu, tuo consilio, & ineffabili prudentia Summum Pontificem resarcire, & redintegrare induxisti, inter omnia certè rerum pręclarè gestarum, unũ illud memorabile, minimè est omittendum, quod ex tot & maximis Imperatoribus nemo legitur pręter tuam Excellentiam minoribus copiis, diuturniori tempore urbem Romam obsidione cinxisse, et tandem facta pace intrasse, saluumq; cum suo exercitu egressum esse. Diuina hæc in te uirtus in primis admiranda, summisque laudibus celebranda nunquam obliterabitur, non enim sine summa fortitudine, pietate, ac plusquam humana prudentia, rem tantam pręstare ulli mortalium fas esse uidetur. Porro animaduertens in Belgio adhuc cuncta bellis feruere, non accersitus, amore pacis, & defendendę S. Religionis Christi ex Neapolitano Regno pacato, rebus bene firmatis ad auxilium Hispaniarum Regis D. Philippi, Gallicis armis iniquè lacessiti, inexpectatus uenisti, post adeptam mox uictoriam ad Regem Gallorum Henricum missus pacis firmandę causa, hanc firmissimis uinculis sanxiuisti desponsata filia Regis Galliæ Catholico Regi Hispaniarum D. Philippo, et sorore Regis Gallię Duci Pedemontano Emanueli Philiberto, pactisque cęteris, quę adhuc seruantur, pacis conditionibus. Belgica igitur prouincia, & Gallię Regno, atque Anglię festam pacem agentibus,

in

in Hispaniam citatis equis reuersus, ubi Regię œconomię honorabiliter præfectus plurimis annis, dum nihil minus, quàm tumultus, bellumque expectas, sed tot rebus domi forisque strenuè administratis securam quietem labori poscens desideras, ecce oborto repente per Belgicas ciuitates Goesiaco, & certe horrendo, Iconoclastico, ac sacrilego tumultu, flammę instar in proxima quæque desęuiente, Princeps sacrę militiae designatus, magno, & imperterrito animo longum a domo, uxore, liberis, ac charis pœnatibus iter ingressus, demandatam militiam magno consilio, præsenti animo, forti pectore, inuictis uiribus, fœlicissimoque hactenus gessisti successu.

Ecquis enarrare posset, quae ex Hispania per marę mediterraneum nauigans Genuam, inde per Liguriam, Insubriam, Allobroges, Comitatum Burgundiae, Lotharingiam, Lutzenburgum, in Brabantiam Bruxellam usque militares copias ducendo, deligendo, & infestis alibi hostibus repraesentando, quantaq; discrimina passus sis? Profecto quod Virgilius de Aenea initio suae Aeneidos canit, id uere de tua Excellentia praedicare possum.

--Multum ille & terris, iactatus, & alto.

Et quod mox sequitur, uerissimum est.

Multa quoque & bello passus dum conderet urbem,
Inferret deos latio.

Quae enim pericula nō subiuisti, quos nō casus uoluisti, ut Sanctae Catholicae Ecclesiae templis perfractis, Christi, sanctorumq; imagines rursus inferres, extructisq; castris rebellē populū partim armis, partim legibus frenares, & in pace Ecclesiae sanctaque disciplina uiuere cōpelleres, neq; satis admirari possum quo modo unus tot laboribus sufficere potuisti, nisi ingenitā in te à maioribus uirtutem, ardensq; tuum tuendę fidei Catholicae pectus uenerarer, & nisi te à Deo omnipotente uocatum, electum, confortatum in tot aduersitatibus, defensumque in grauissimis periculis, tanquam aliquod cœleste numen obseruarem. Tua Excellentia hinc belli curis, inde pacis amore distracta, nihil interea omisit, quod esset conseruandæ Ecclesiasticae potestati, defendendis bonis, puniendis malis, pacandaeq; prouinciae Belgicae. Dum huic rei sedulo inuigilas, & simul ut Gallia funditus pænè depopulata cōtinuis bellis in pace Ecclesiae uiuat, ecce malus genius, uel potius diabolus, piis conatib. tuis undiq; insidias struit, et cōtraria bella machinādo

omnia conatur reddere infida, & infesta. Exortū itaq; in finibus Gelriæ bellum prudentissima ordinatione tua subitò conficis, ut prius uictus esset hostis, quàm sciret se uictū. tū Phrysiam Groningensem haud satis cauta quorundam celeritate in summum discrimen perductam, & hostium propè armis occupatam, uicinamque prouinciam Zutphaniam, Transiselaniamq; spe metuq; fluctuantē solo accessu tuo in potestatē recipis, mox fugatum extra limites prouinciarum Regiæ Hispaniarum Maiestatis hostem per periculosissimas paludes intrepidè insequutus, paludibus, syluis, locis natura munitis fidentem sine mora aperto marte inuadens ad internetionē usq; deleuisti, quo conflictu ex tuo exercitu uix septem telis infestis desiderati sunt: ex hostibus octo millia ualidorū militū, præter aliam multitudinem, gladiis, glandibus, & hastis cæsa, pauci euasere præcipiti fuga, & natandi peritia, ingens præda hostibus in castris, agrisq; capta. Quod Iulius Cæsar in triumpho circumferebat, Veni, uidi, uici: id uerè in hac Frisica uictoria de tua Excellētia prædicari potest, nimirum uenisti, uidisti, & uicisti, nec dum finis, quum tua Excellētia haud dubiè nihil æquè desideraret, quam sanctā pacē, longè grauiore belli mole in fine eiusdem æstatis implicatur. Nam instinctu, auspiciis & ductu Principis Auraniæ, & Lodouici Comitis de Nassouia, multorum exulum, Goesianorum, & similium improborum, dira interminantium S. Catholicæ Ecclesiæ Christi, & huius defensoribus, clientibus, atque alumnis, ingens per Germaniam conscriptus exercitus, uaria hominū colluuie mixtus, supra Coloniam Agrippinam Rhenum traijcit, & uersus Brabantiam expeditionem facit. Quamobrem rebus pro tempore in Frisia Orientali & uicina Transiselania, Zutphania, Gelria, atq; Hollandia compositis, iussis militibus tuis Traiectum Mosæ conuenire, maturè, prudenter, & fortiter contra hostes tuos, te, omnesque tuos armasti, ubi bis sub dio contra grauissimos & horribiles hostium insultus diuersis temporibus (sicut optimum Imperatorem decet) tuos milites ab omni iniuria saluos conseruasti, prudenti authoritate, sanisque consiliis eos defendens: nec minore imperatoria industria tertiam ab hostibus factam impressionem repulisti, mox insecutus fugientiū hostium aliquot millia cecidisti, reliquis præsidio noctis in tuta se recipientibus, uix tribus è tuis desideratis. Nihil intereà tamen cessandum ratus, ita copias hostium à tergo semper pressisti, ut

misere fame sitique conficerentur, & passim in campis etiam sua funera insepulta relinquerent, maximaque ignominia, & æterna infamia è Belgio, prouincijsq; Regiæ Maiestatis decedere cogerentur. Ita sine cæde, & sanguine tuorum, amplissimam, & laudabilissimam victoriam adeptus, depulisti bellum a ceruicibus populi tui, & omnes prouincias Belgicas S. Catholicæ Ecclesiæ pacatas reddis, & Sancta disciplina, bonisque moribus & legibus institutas, summa prudentia, & maximo consilio gubernas. An ne hoc est uere Imperatorem *agere, ter una æstate contra potentem hostem uictoria potiri? prima in Dalem, altera in Comitatu Brugensi, tertia in Groningensi Frisia, quam alioqui* Catholicæ Ecclesiæ *deditissimam, sceleratissimi Goesii, equis, & mulis ineptiores, semper recalcitrantes miserè diuexauerunt, sed tandem meritas pœnas iniustitiæ luerunt.* Demum *longe maximum illud bellum ultimum, ab Auraniæ Principe illatum, inuestigabilibus aliquot stratagematibus sine puluere tuorum breui tempore discussisti, & luctuosissimum, funestissimumque reddidisti omnibus aduersariis Catholicæ fidei, Regiæ Hispaniarum Maiestatis, & tuæ Celsitudinis. Haud dubito, quin altè tuo generoso pectori usitata illa nobis parœmia insedit, qua dicitur: Qui desiderat qui uult uires inimici infringere, inimicum defatigare, lædere, cædere, & occidere, ex arbitrio, desiderioque inimici, nunquam rem pugnæ committit. Hunc quidem rerum à te præclarè gestarum catalogum, seu Elenchum breuiter e multis collectum, quotiescunque animo reuoluo, haud dubito te Iosueo, Gedeoni, Dauidi, Iudæ Machabæo, comparare: quorum laudes ipsa Biblia testantur, & me incitant, ut præclara tuæ* Excellentiæ *facta, sine omni reprehensione, ad maiorem tuæ dignitatis commendationem atque gloriam referre existimem: nam quod Ethnici integras Panægyricas orationes scripsere suorum Consulum* Regum, *Cæsarum, Imperatorum ac similium, qui ne decimam quidem partem horum, quæ iam de tua Excellentia retuli, fecere, mirum non est consideranti, quod illi quantumuis strenui, æternæ salutis ignari, nihil tamen præter ambitionem, gloriamque qualicunque fuco perfusam quæsiuerunt. Cæterum candidius est Christiani Principis pectus, ut qui uix commemoratione uerè gloriæ ex rebus benè gestis ad se pertinentis tangatur, quin eam asscribat Deo, ac Domino Iesu, huiusque sanctæ*

Ecclesiæ.

clesiæ. Quāquā tali affectu tuam Excellentiā præditā esse haud dubito, vt quæ propriis priuatisq; incommodis Reipub. Christianæ gloriā, salutem & vtilitatem longè anteponat, tamen non omittere potui, quin hæc paucis perstringerē, quia interest Reipub. Christianæ, vt exempla magnorū Principum in Ecclesia exstent, & sæpe diuersisq; modis repetantur, quo iis posteritas ad eadem, fortiter, magnoq; animo gerenda, administrandaq; stimuletur, pia.n. grataq; semper fuit in Catholica Ecclesia cōmemoratio strenuorū militum Christi. Poeta Horatius canit, quod dignum laude virum musa vetat mori, at multò minus S. Ecclesia patitur laudes præclarorū virorum interire, vel obliuione obrui. Illud igitur à Virgilio decantatum huc referā merito ad tuā Excellentiā, quæ equestri dignitate, nec vulgari sed aurei Velleris, ad defensionem Catholicæ fidei à Ducibus Burgundiæ inita confirmataque fulget.

In freta dum fluuii current, dum montibus vmbræ
Lustrabunt, conuexaque polus dum sydera pascet,
Semper honos, nomenque tuum laudesque manebūt.

Neque verò mihi satis esse debet, ex abrupto tantum expatiatum esse in tuas laudes, quasi imitarer illos, qui tantum Pythia cātāt, nulloque præterea munere ipsum Appollinem ac huius Sacerdotes ornant, qui more audientium, vera sacra, qui postquam hymnos Dei cecinere, offerunt de suo penu Deo quantum possunt: nec in hac deuotione à Christo improbantur duo æra à Vidua in Gazophylacium immissa, sed præferuntur Crœsi diuitiis. Itaque officii mei esse duxerim, Illustrissime, & Excellentissime D. Dux ab Alba, vt tuam Excellentiam digno munere honorans, tuasque aras imbuens, veram tuarum laudum ex intimo corde prolatarum comprobationem adiiciam. nec spero hunc animum meum improbabis conatumque reiicies, quoniam facile agnosco mihi uideri in officio meo, quo Diuo Carolo Quinto Imperatori optimo, deinde hactenus Regiæ Hispaniarum Maiestati octodecim annos fideliter, omnibus viribus, neruisque meis inseruio, longis passibus tuam Excellentiam sequi. quum interea benigniore, propensioreq; erga tuam Excellentiam sim animo, contra quàm multi existimāt. Neque enim Deus vni omnia sua dona confert, sed conspiratione firmiorum minorumque sedulò simul laborantium partium, laudabilis fit status, vt corporis ita Reipub. nihil tamen tēporis præterire

terire patior quod non impendam officio, pietatique Regiæ Hispa*niarum Maiestatis. Quinimò quietem, somnumque meum haud rarò defraudo, ut lucubrationibus meis, quod alias nō licet, animū meum ad omnia promptissimum, declarem eis, quos proximo loco post Regiam* Hispaniarum Maiestatem colo, *& honoro, si quid otii à Reip. occupationibus, quod ualde exiguum est, & quicquid succisiuis horis contingit, illud omne in hunc quoque usum insumo. Hoc nanque modo id consequutus sum, ut Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Cardinali Granuellano, Archiepiscopo* Mechliniensi, *primò* Commentarium *de tutela, & cura pupillorum elaboratum dedicauerim: tum compendiosam exegesin Subhastationum, cum magnificentia pol tiæ amplissimæ Ciuitatis Brugensis, ad multum Reuerendum Patrem, & Dominum, D. Viglium Zuichemum. Deinde plurimos alios libros diuersis inscriptos. Tandem Praxim Rerum Ciuilium Illustrissimæ Principi D. Margaretæ ab Austria, Ducissæ Parmensi dedicatam in lucem emisi. Posteaquam in locum illius tua Excellentia successit, omni officio, ac potius pietate satisfacere sedulò studui, atque aliquot è Musæo meo depromptum chartaceum munus, simili quo illis exēplo, tuæ* Excellentiæ *offerre statui: sic nunquam tua Excellentia ab orationibus meis abfuit: quocunque progrediebar, ita mecum cogitabam. Quid potissimum & ex immenso liberalique studiorū genere conuenientissimum* D. Duci *meo, ac incomparabili* Heroi *gratum elaborabo? Diu multumque cogitanti, & integritatem uitæ tuæ, innocentiam, puritatem, atque studium defendendæ Religionis Christianæ, quo omnibus tanq à u bonorū morum in omni parte* Ethicæ, *Oeconomicæ atque* Politicæ *philosophiæ speculum repræsentas, contemplanti, nihil commodius, gratiusque uisum est præstari posse, quàm opus aliquod refertum præceptis morum, ad æternam fœlicitatem perducentium. Quamobrem inter uarios tumultus, continuasque occupationes, quibus his temporibus, magis quàm antea unquam me uiuo colluctati sumus, nec dum extricati, schedas meas excussi, & tumultuariè ex sacris litteris bonisq; Auctoribus ad præsens institutum pertinentia collegi, ac in opus redegi, quod tumultuariū forsan ne aliquis diuinet, præsagimus. Ea tamen industria, atque diligentia usum me esse scio, ut nihil in inuentione sit in mediū adductū, quin testimonio sacræ scriptu-*

ræ,

ræ, doctorum & Ecclesiasticorum scriptorũ Ecclesiæ, atq; probatorum Authorũ confirmetur, quare in margine libri loca sacræ scripturæ annotaui, ne Lectorẽ fallãt. Et ut cõstet fides Catholicæ doctrinæ, exẽpla atq; argumenta prout res ipsa exigit, inserui, quæ cognita pluribus, uera, demõstrataq; facile fidẽ merentur, nec minus sparsim adduxi auctoritates Ethnicorũ philosophorum atq; Poetarum. Sequutus.n.sum in hoc exemplum D.Pauli, qui Poetæ Arati uersum corã Atheniẽsibus protulit, & D. Lucas eius in Actis Apostolorũ meminit. Idẽ ille in Epistola ad Titũ utitur uersu Epimenidis, & in Epistola ad Corinth. uersum Menandri recitauit. Excusare etiam possum hoc factum meum authoritate D.Hieronymi, qui copiosus in hoc est, & plurimorũ aliorũ scriptorũ Catholicorũ. Ordo autem dispositionis à me is obseruatus est, qui unicuique id quod quærit protinus plenè explicat, et paucis id absoluit, quod alii diffusius amplis commentariis conati sunt, necdum consequuti, nec ullum statum uitæ mortaliũ præterit, ideo in paulo maiorem molem opus excreuit, quàm institueră. Eadẽ nanq; de causa addẽdus fuit liber de Perfecta peregrinatione Christiani hominis ex hac uita, undè tribus partibus totum opus conflatum est, quarum prima continet Themata, in genere determinantia Vocationem cuiusque uitæ: altera habet admonitiones quibus diuersa genera hominum à uitiis dehortor, rectã bonamque uiuendi normam monstro. His pecuniæ encomium, rursus Vituperium eius, & mox appendicem subieci, propter praua hominũ iudicia de pecunia, inutileque studium arguendum: Tertia agit de his, quæ ad hominẽ ex hac uita migraturum pertinent, ut sciat suæ uitæ finem in manus Dei, & Domini Iesu commendare, quo obtineat æternam beatitudinem. Præfixi autem titulum Paræneticorum Christianorum, quia omnes Christiani admonentur & instituuntur eis, quæ in medium adducuntur uiuendi præceptis, quæ si homines obseruent, ut qui boni, & iusti esse cupiunt, pacem laudem, & fœlicitatem promerebuntur: sin minus ut improbi, & mali non mihi, sed sibi ipsis oberunt, ad iuris actiones, lites, controuersias, impensas, carceres, spoliationes, cædes, supplicia, & similia his mala præcipitabuntur, nec tandem æternas pœnas effugient. Isocrates scripsit Parænesin ad Dæmonicũ: ego ad omnes Christianos Parænetica scribo, quia ille uni, ego, pluribus: ille præcepta ex fonte naturæ desumpsit: ego ex diuino eloquio, scriptisq; Patrum, ac ueris oraculis

lis collegi: ille confusè morum præcepta percurrit: ego distinctè pro diuersitate personarum, & Vocationis cuiusq; in genere uitæ digessi: ille ad Ethnicū uiuēdi celebre genus respexit, ego unam specto fælicitatē Christianā in hac uita, & post hanc uitā per sæculorum sæcula. Ille humanæ eloquētiæ artifex sui tēporis rationē habuit, ego minus eloquētiæ studiosus, stylū & ordinem materiæ accommodaui ad præsentia tempora, nam uerum est illud Ouidii:

Temporibus Medicina ualet, data tempore prosunt,
Et data non apto tempore uina nocent.

Quur non etiam scripta suis temporibus ualent? Veteres Philosophi scripsere plurima, quæ suo tempore in summa erant admiratione, posteritas tamen reiecit. Hæc causa est, cur tot celeberrimorum authorum monumenta interierint, & palam est eadem de causa diuina opera esse Biblia, ut quæ omni tempori, ætati, loco, ueræ causæ conueniunt, & inuicta durant, tum quibus scriptis simile contigit, eis genius adesse dicitur, cuius patrocinio uiuant. Quanquam Theologus non sum, tamen hæc tempora me erudiuerunt, & impulerunt, ut de eis, quæ huic tempori, hominibus inquam nostræ tempestatis utilia congessi, tanquam Theologus scripta emittam Parænetica. *Ille* Principi Reip. *Græcæ* Dæmonico *suam Parænesin dono dedit: ego* Principi *Christiano, & Duci optimo, Belgicæ prouinciæ Gubernatori, Parænetica dedico, uerum ille edidit ut Dæmonicum doceret, & adhortaretur ad domesticum, & pulchrum paternæ uirtutis Hipponici* exemplum. Ego *autem hæc emitto, ut omnes Christianos instituam certis quibusdam, & ad manum depositis uitæ præceptis, quibus oēs suas uelut ad filium dirigant actiones, quorum tenax infixa mentibus memoria, recti, Christianiq; cursus limites egredi, quemque uetat. Porrò hoc meum opus tuæ* Excellentiæ *dedico, nō quod eā egere puto ulla admonitione mea, sed ut signum quoddam tui erigā, & statuam omnibus Christianis, ad quem uelut Christiani hominis, uerum perfectumque exemplar, diuinitus à Deo hoc tempore datum, omnes uitam suam forment, & obedientiam referant oportet, legemq; sibi mores tuos putent, & imitatores se, æmulosq; Christianæ tuæ uirtutis præbeant, etenim tuo Excellenti ductu, ut milites tui contra aduersarios fæliciter hactenus semper pugnauerunt, & uictoriam adepti sunt: ita quicunque tuum sequuntur ductum, tua uexilla, & castra, non solum in armata, sed etiam in Christiana interna*

terna contra hostes Christi militia, haud dubie uictoriam consequentur. Omnes uocamur ad Christum, dicit enim: Venite ad me omnes, qui onerati estis, & ego reficiam uos. Paulus imitator est Christi, & iubet omnes esse imitatores sui, sicut ipse est Christi. Nũc tu Illustr. & Excellentiss. Dux, imitatores S. Pauli, imitator S. Petri, defensor S. Ecclesiæ Christi, ergo certè oẽs Christiani in hac Belgica prouincia, imo ubiq; habita uocationis cuiusq; diuersitate debent esse imitatores tui, nam sic erunt imitatores S. Pauli, & S. Petri, defensores S. Ecclesiæ, alieni ab omni hæresi, & contentione, discipuli Domini Iesu Christi, qui tuam uitam Deo patri omnipotenti commendatissimã, & ab omni aduersitate defensam, ac in dono S. Spiritus ad defensionem S. Eccl. Christi confirmatissimam effecerit oro, atq; obsecro, & largiatur tuæ Excellentiæ, liberis tuis, totique familiæ per gratiam suam præsentis huius, & æternæ uitæ salutem, perpetuamque fælicitatem. Vale.

PARAENESES
SIVE
EXHORTATIONES
CHRISTIANAE, AD
CHRISTIANOS
EX VETERI ET NOVO
TESTAMENTO;

QVAE

Habent probationem, simul & allegationem potissimorũ locorum, eò pertinentium, vt omnibus cuiuscunque status hominibus demonstrent, quæ præcipuè ad ipsorum salutem faciant, vt in hoc sæculo, quatenus licet, fœliciter viuentes, beatitudinem æternam consequantur.

AVCTORE CLARISS. VIRO D. IODOCO Dambouderio Brugensi, Equite Aurato I.V. Doctore, quondam Cæsareo, nunc uero Hispaniarum Regis Philippi Consiliario, atq; eiusdem Regis per totam Belgiam Thesaurorum, seu Financiarum Commissario.

Hac nouissima editione à M. D. LEONARDO à LEGE Iurisсon. Mantuano recognitæ, & bene digestæ.

PRAEFATIO.

DE DIVERSITATE PERSONARVM, & harum acceptione.

SVMMAE.

1 *IN genere de personis humanis, & quod inter eas excellunt Sacerdotes Ecclesiastici.*

2 *In vnoquoque homine duplicis personæ consideratio, &*

quid illi decorum.

3 De tertia persona quæ in homine poteſt conſiderari,& de quarta,& quid ſit decorum in ea.

4 Diuerſitates perſonarum docentur teſtimonio Homeri & Eccleſiaſticorum authorum.

5 Quod quarta perſona non ſemper ex voluntate hominis contingit,ſed aliquam diuinam inſpirationem habet.

6 Contra eos qui quartæ perſonæ dignitatem non in æſtimatione & honore habent.

7 De neceſſitate recipiendi ſacramentum Ordinis propter diuerſitates perſonarum.

8 De diſtinctione perſonarum,& quomodo conciliādus eſt ille locus:quòd Deus perſonam non accipit, ſiue ut aliqui illud interpretantur, quod apud Deum non eſt diuerſitas perſonarum:cùm tamen legatur Iacob elegiſſe, & Eſau reprobaſſe, & multas perſonarum diuerſarū diuerſas feciſſe æſtimationes.

9 Quod Deus diſtinguendo perſonas non efficit,ut perſonarum acceptio indiſtincta ſit recipienda.

10 Ponuntur exempla aliquot ex ſacra ſcriptura,quibus diſtinctiones perſonarum apud Deum tanquam acceptiones & reprobationes manifeſtantur.

11 Ponuntur ſignificationes uocabuli perſonæ, quæ numero nouem docentur.

12 Ex omnibus ſignificationibus uocabuli perſonæ elicitur illa,quæ eſt intelligenda in eo,quod dicitur, non eſſe acceptionem perſonarum apud Deum :nimirum quod in ſignificatione perſonæ intelligenda eſt externa qualitas (ut breuiter dicamus)carnalis ſiue exterior homo, theologicè dictus,uiuens ſecundùm carnem.

13 Docetur quod Deus accipit perſonam quatenus ſignificat hominem internum, & huius conditiones.

14 Ponūtur conditiones perſonæ quatenus hæc uidelicet perſona Deo placet,atq; accepta ſit.

15 Adduntur ordinationes à Deo factæ,per quas licet cognoſcere diſtinctionem perſonarum eſſe apud Deum.

16 Perſonę variant ratione conditionum externarum, & à Deo quædam probantur,quædam improbantur : vt primo

mò in vestimentis patet, quæ à Deo respiciuntur.

17 *Personæ acceptio ratione rerum externarum, ut uestimentorum, & ornamentorum, quomodo sit grata apud Deũ accipienda.*

18 *Expositio loci D. Iacobi de acceptione personarum respectu uestitus, & ornamentorũ, & quomodo illa acceptio personarum sit intelligenda.*

19 *Quomodo in duobus aut pluribus fidelibus sit accipiẽda personarum diuersitas.*

20 *Diuersitas personarum recipitur, ut satisfiat iustitiæ distributiuæ.*

21 *Quæ pertinent ad accipiendam diuersitatem personarũ ratione iustitiæ distributiuæ, latius exponuntur, & agitur de discretione.*

22 *Agitur de ordine, & ordinis sacramento, quatenus incurrat personæ acceptio.*

23 *De electione in qua persona personæ præfertur tam in spirituali beneficio, quàm seculari officio.*

24 *Discretio personæ, quæ fit ratione nobilitatis, in electione exponitur.*

25 *Discretio personæ, quæ fit ratione eruditionis in electione exponitur.*

26 *Discretio personæ, quæ fit ratione honestatis morum, & uitæ, electione personarum traditur.*

27 *Ordo excludit personarum acceptionem, & quomodo, docetur.*

28 *Quod diuersis personis propter diuersa opera maiorem dignitatem, & honorem diuinæ iustitiæ est exhiberi.*

29 *Quare hanc distinctionem personarum facimus, & quomodo ea in toto opere obseruamus.*

30 *Qua methodo, & ordine personarum officia traduntur.*

31 *Enumerantur auctores qui hoc genus disciplinæ moralis tractauerunt, tam ethnici quàm Christiani.*

32 *Quare hoc opus scripsi breuiter attingo, nimirum ut non solùm sæculares hæc legendo proficiant, sed ut Ecclesiastæ, & in hoc uitæ genere precedant, & continuò populum bene doceant.*

Præfatio Auctoris in Opus Parænéticorum.

INeffabilis Nobilitas humanæ naturę exprimitur in sacris literis uerbis Domini nostri Iesu Christi, quum ea plenè vocatur oīs creatura: præceptum est insuper ipsis Apostolis, horumq; discipulis in S. Ecclesia Christi Catholica legitima successione sacerdotalē Christi dignitatem obtinentibus, ut euntes, in orbem terrarum prædicent Euangeliū omni creaturæ, scilicet homini. quare manifestò colligere, & animaduertere licet, necesseq; est, ꝙ adhuc aliquid maius, dignius, ac excellētius sit attributū ipsis Apostolis, horūq; discipulis, ac vt breuiter dicā Catholicis Sacerdotibus Christi, siue id officium siue uirtus, siue dignitas, siue præeminentia vocetur, non multum est laborandum. præsertim scimus uel ex philosophorum scriptis, moraliq; doctrina, quod omnes homines personarum ratione non parum inter se varie aut Horatius docet poætam dilligēter obseruare discrimina personarum, dum canit in arte.

Qui didicit patriæ, quid debeat, & quid amicis:
Quo sit amore parens, quo frater amandus, & Hospes:
Quod sit conscripti, quod iudicis officium: quæ
Partes in bellum missi ducis: ille profectò
Reddere personæ scit conuenientia cuiq;.

2 Sed ut clariorem reddam hanc personarum distinctionem doctrinæ causa, æquum lectorem moneo, vt uerà sciat à Cicerone, Stoicisq; philosophis esse prodicta. inteligendū est, ait ille etiam duabus quasi nos à natura indutos esse personis: quarum una est cōmunis, ex quo quod omnes participes sumus rationis, præstantiæque eius, qua antecellimus bestiis, à qua omne honestum, decorumq; trahitur, & à qua ratio inueniēdi officij exquirit. Altera autē quæ propriè singulis est attributa: ut enim in corporibus magnæ dissimilitudines sunt alios enim uidemus

demus uelocitate ad curſum, alios uiribus ad luctā dum ualere itemque in formis, aliis dignitatem ineſſe, aliis uenuſtatem: ſic & in animis exiſtunt maiores uerietates. ſed etiā ut poſtea ſubiungit, innumerabiles aliæ diſſimilitudines ſunt naturę morumq;, minimè tamen uituperandorum. admodum autē tuenda ſunt ſua cuique non uitioſa, ſed tantùm propria. quo facilius decorū illud, quod quærimus retineatur. Sic enim faciendum eſt, ut cōtra naturā uniuerſam nihil contendamus: ea tamen ſeruata propriam naturam conſequamur. ut etiā ſi ſint alia grauiora atque meliora, tamen nos ſtudia naturæ noſtræ regula metiamur. neq; enim naturæ attinet repugnare, neque quicquam ſequi quod aſſequi nequeas. ex quo magis emergit quale ſit decorū illud. ideo quia nihil decet inuita (ut aiūt) Minerua, id eſt, aduerſante & repugnante natura. Omnino ſi quicquam eſt decorum, nihil eſt profectò magis, quam æquabilitas uniuerſæ uitæ, tam ſingularum actionum; quam cōſeruare non poſſis, ſi aliorum naturā imiteris, omittas tuā. ut enim ſermone eo uti debemus, qui nobis eſt notus ne (ut quidā) Græca uerba inculcantes iure optimo irrideamur. ſic in actiones omnemque uitam nullam diſcrepantiam conferre debemus: nec tam eſt enitendū ut bona quæ nobis data ſunt ſequāur, quàm ut uita fugiamus. Ac duabus his perſonis, quas ſuprà dixi, tertia adiūgitur, quam caſus aliquis uel tēpus imponit quarta etiā, quam nobis metipſis iudicio noſtro accommodamus. nā regna, imperia, nobilitates, honoris, diuitiæ, opes, eaque quæ ſunt his contraria, in caſu ſita temporibus gubernantur. ipſi autē quā perſonam gerere uelimus, à noſtra uoluntate proficiſcitur. Itaque ſe alij ad philoſophiam, alij ad ius ciuile, alij ad eloquentiam applicant. ipſarumque uirtutū in alia alius mauult excellere, quorum uerò Patres, aut maiores in aliqua gloria præſtiterunt, eorum pleríque in hoc genere laudis ſtudent excellere: quidam

autem ad eas laudes, quas à patribus acceperunt, addunt suam aliquã, ut hic idem Aphricanus eloquentia comulauit bellicam gloriam. Fit autem interdũ, ut nonnulli omissa imitatione maiorum, suum quoddam institutum consequuntur, maximeq; in eo plærunq; elaborant hi qui magna sibi proponũt obscuris orti maioribus. His tanquam aureis dictis
4 summa ratione prælibatis adiungimus illud† quod est apud Homerum in odyssea hoc modo ad uerbũ translatum.

Odyssea. 5

Diuersis studijs personæ quæque tenentur.

Neque uerò aliquis existimabit, hanc distinctionẽ à teologica ueritate esse alienam, sed ex fontibus naturalis scientiæ, & ex ueritate theologica adductam. uidemus nanque omnes, ut equum ad currendum, ad arandum bouem, ad indagandum canem: sic hominem ad duas res, ut ait Aristoteles, ad intelligendũ, & agendũ esse natũ, quasi mortalem Deũ huiusque uarias sicut in corpore esse partes, ita in uita differentias, quarum respectu unus idemque homo sit prudens, & uerus, tum heroicus ac liber: inde in magistratu officioque aliquo constitutus, demum nobilis aliquo studio atque professione: aut contra: sicut etiam hæ in uita humana differentiæ faciunt, ut diuersi omnis generis homines plurimas sustineant personas, ac unum corpus Reipublicæ conficiant, & si ad Christum referas, unum corpus Ecclesię, in qua Deus facit solem suum oriri sup bonos & malos. Huc nãq; ter magnus ille Paulus respexit, quũ ait. [Sicut enim in uno corpe multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autẽ alterius membra, habẽtes etiam donationes secundùm gratiam, quæ data est nobis differentes, siue prophetiam secundùm rationẽ fidei, siue ministerium in ministrando, siue

qui

qui docet in doctrina, qui exortatur in exilaritate.] Hoc uerò idem clarius Corintijs scribit [Diuisiones gratiarum sunt, idē Spiritus: & diuisiones ministrationum sunt, idem autem dominus, & diuisiones operationum sunt, idem uerò Deus, qui operatur omnia in omnibus, unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem, alii quidem per spiritum datur sermo Sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundùm eundem spiritum, alteri uerò fides in eodem spiritu, alii gratia sanitatum in spiritu uno: alii operatio uirtutum: alii prophetia: alii discretio spirituum: alii genera linguarum: alii interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus diuidens singulis prout uult, sicut enim corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt, ita & Christus. Vnicuique autē nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.] Quamobrem quum membra sint diuersa, & diuersæ sint actiones illorum; dona etiam diuersa diuersas faciunt personas: quarum quæ quarta in uno homine contingere potest, quod ea ex sententia philosophorum uoluntati humanæ attribuitur, aliquam inferre dubitationem potest, nec consentanea doctrinæ D. Pauli uidetur. Multi enim operam Eloquentiæ dederunt, qui tamen non euaserunt oratores, & multi artem poeticam exercuerunt sedulò, sed tamen maximis laboribus nihil aut parum consequuti sunt. [scribimus indocti, doctique proemata passim] ait Horatius, deridens studium multorum inutile. Adde huc illud elegans Epigramma Martialis libro sexto, Epigrammate 60.

Rom. 12
1. Co. 12
Ephes. 4
Ephes. 4

Rem factam Pompillus habet, Faustine legetur,
Et toto nomen sparget in orbe suum
Sic leue flauorum valeat genus Vsipiorum,
Quisquis & Ausonium non amat imperium.
Ingeniosa tamen Pompilli scripta feruntur;

Sed famæ non est hoc (mihi crede) satis.
Quam multi tineas pascunt blattasq; diserti?
Et redimunt soli carmina docta coqui?
Nescio quid plus est quod donat secula chartis:
Victurus Genium debet habere liber.

Sic sine Genio nec boni Iureconsulti, nec medici, nec Grammatici, nec Historiographi, nec Mathematici, neq; denique Theologi esse uidetur. Hominis nanq; est laborare, plātare, irrigare, sed Deus dat incrementum. Non ueritus est Ouidius scribere:

Vatibus Aonijs faciles estote puellæ,
Numen inest illis, Pieridesq; fauent.
Est Deus in nobis, sunt & commercia cœli,
Sedibus æthereis spiritus ille uenit.

Nec Virgilius dubitauit id asserere, uimq́; Genij, quem spiritum Ouidius uocauit & Deum, Musis attribuit, ita canens.

Me uerò primum dulces ante omnia Musæ
Quarum sacra fero ingenti perculsus amore
Accipiant, cœliq; vias, & sidera monstrent,
Defectus solis uarios, lunæq; labores.

Ecquid aliud sibi uolunt illæ continuæ poetarū inuocationes? Homerus poetarum princeps carmē suum acceptum refert Musis, hasq́; inuocat statim ab exordio sic canens, ut Horatiano stylo illud uertamus.

Dic mihi Musa uirum captę post tempora Troiæ,
Qui mores hominum multorum vidit & urbes.

Quorsum tot testimonia? dicet aliquis. ut ostendam eam, quā philosophi uocant quartam in homine personā, & Theologi, ac Paulus donationes sc̄dm gratiam, hoīum quidem arbitrio designari, affectari, atq; proponi, sed tn̄ solius Dei uoluntate, & gratia disponi, ingenerari, atq; absolui. Rudimēta in ethnicis, perfectiores conditiones in populo Dei, Iudaico primū ac postea Christiano, absolutissimā formā in Christo delineatam, completamq́; esse

6 fatendum est. Quocirca† miror illos, qui nullum discrimen faciant huius quartæ personæ, qui hanc contemnunt, aut cæteris æquiparant. Profectò longè aliud equidē sentio, ineptiasque multorū detegēdas arbitror, atq; explodēdas, nā manifestò Paulus dicit, quod sunt dona Dei, diuidētis singulis prout vult. Si ergo dona Dei sunt, & hos honores, personarumq; differentias ipse Deus cōstituit, & operatur, quur nō subiiciunt se ordinationi Dei? quur nō eis tribuunt honores, quos donationibus, & gratiis ipse Deus præ cæteris excellētiores, ac abūdātior honore decoros effecit. Ethnici hac in parte longè prudentiores fuerunt, magisque ingenui, quàm sunt hæretici, nam etiam illi suos Iureconsultos, suos medicos, suos sacerdotes multis ornamentis honestabāt, muneribus prosequebātur, templa & statuas erigebant, poetas coronabant eisdem cum Imperatoribus sertis. Cæterū scio tales peruersos homines nihil moueri exemplis veterū gentiliū. itaq; audiāt ipsum Paulū apto catalago, expressoq; ordine discernētem has personas [& quosdā quidē posuit Deus in Ecclesia, primū Apostolos, secūdò prophetas, tertiò Doctores, deīde virtutes, exinde gratias curationū, opitulationes, gubernationes, genera linguarū, interpretationes sermonum. nunquid omnes Apostoli? nūquid omnes prophetæ? nunquid oēs doctores? nunquid oēs uirtutes? nunquid omnes gratiā habentes curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid oēs interpretantur? æmulamini autem charismata meliora] hæc ille ad Corinthios perscripsit paucis, quæ infinitorū testimoniorū loco satis esse pūt, quibus sacra scriptura plena est ad hāc rē docendā. Quinimo necesse est, hanc† discretionē obseruare, atq; Ordinis recipere sacramētū, quoniā hinc Beatudinis in hac futuraq; æterna uita non parua momenta dependent: aut contra condēnationis ppetuæ, summæq; infęlicitatis mala proueniūt. Aliud nanq; à Paulo pręceptū bene uiuēdi iuxta do-

1. Cor. 12

7

ctrinam

ctrinā Christi præscribitur Episcopo, aliud Diacono, aliud populo, aliud magistratui, aliud subditis, aliud doctori, quē catechūta ad Galatas uocat, aliud Catechumeno, aliud Dño, aliud seruo, aliud marito, aliud uxori, aliud parētibus, aliud liberis. Quēadmodū nos Deo; uolēte hoc nostro cōmētario declarabimus; in gratiā eorū q piā sanāq; catholicā doctrinam amāt, q suæ, suorū, ac cōmunis Christianæ Reip. psperitatisq; uerè sunt cupidi q æternā salutē aīarum sitiūt, ac bene beatèq; in sancta ciuitate Dei una cū Christo uiuere desiderāt. Nā q hūc ordinē p turbāt, quē Paulus expressit, quē sancta Ecclesia obseruat, & defendit cōtra portas Erebi, iudiciū suū secū importat. Forsan illud cū strepitu, ac subsannatione obiiciēt, quod dicitur apud Deū nō esse exceptionē psonarū, q idē paulus ad Galatas scripsit, †Deus psonā hominis, nō accipit. secūdò ne illud quidē admittent, hi, qui nunc sacra prosanis cōfundūt, & os suū in cœlū aperiunt, quod sacerdotalis dignitas populo Christiano uenerabilis, atq; omni officio, pietateq; obseruādissima, honorabilior sit in ordinatis quā in aliis, qui necdū aliquod in Ecclesia Christi ordinis mysteriū, characterūq; obsignatū acceperūt, nam si externæ sui magistratus ordinationi resistūt, multo magis audent oppugnare diuinus ordines. Sed hæc certè dementia est, elleboro nō digna solū, sed etiā fortiori pharmaco. nihilominus quid uetat pocula salutaria propinare, si fortè uenā insani capitis pertūdendo, alexicacūq; exhibēdo desipiētiā curare possimus. Attentādū est igitur negotiū, cōuincēdusq; error illorū, quod cōsequemur quidē si oblatū craterem triplicem ebibere dignentur, unum discutiendæ errorū siti, alterū studio cognoscendæ ueritatis, ac tertiū gratiarū hilaritatisq; pro pia institutione. Primò igitur omniū assumendū est illud axioma ac p cōfesso statuēdū quod Deus nō est dissensionis sed pacis auctor: ita nec sacra scriptura illā admittit, cōtinetque cōtrarietatē, tametsi imperitis cōtrarietates,

Ga. 2.b.

tes,ac qui uidétur repugnare loci, potissimũ errorũ,
ac superbis Hæreseon occasionē multiplicē parian t.
Sicut in hoc loco.ubi sacra scriptura habet, q̃ apud
Deũ non est acceptio personarum, & sine acceptio- *Gal. 2*
ne personarũ Deus iudicat secundũ uniuscuiusque *1.Pet. 1*
opus: & si personã accipitis, peccatũ operamini,re- *Iac. 2.*
darguti à lege tãquã transgressores:cõtra quod dicit *Rom. 9.*
[Iacob dilexi; Esau aũt odio habui] quid ergo dice- *Mala. 1*
mus?nũquid iniquitas apud Deũ? Absit,Moysi enim
dicit.[Miserebor cuius misereor,& misericordiã prę
stabo, cuius miserebor]igitur nõ uolẽtis,nec currẽ-
9 tis,sed miserẽtis Dei est. Dicit.n.†scriptura Pharao-
ni[quia in hoc ipsum excitaui te, ut ostẽdã in te uir
tutẽ meã, & ut annuncietur nomẽ meũ in uniuersa
terra]ergo cuius uult miseretur, & quẽ uult indurat.
dicis itaq; mihi,q̃d adhuc quæritur? Volũtati.n.eius
quis resistit?ò homo tu q̃s es qui respõdeas Deo?nũ
quid dicit figmẽtũ ei q̃ se finxit, quid me fecisti sic?
an nõ habet potestatẽ figulus luti , ex eadem massa
facere aliud quidẽ uas in honorẽ, & aliud in contu
meliã?Quod si Deus uolẽs ostẽdere irã, & notã face-
re potẽtiã suã sustinuit in multa patiẽtia uasa irę ap
ta in interitũ,ut ostenderet diuitias suas in uasa mi
sericordiæ,quæ præparauit in gloriã:quos & uoca-
10 uit;nos nõ solũ ex†Iudæis,sed ẽt ex Gentibus,sicut
in Oseæ dicit: Vocabo non plebẽ meã, plebẽ meã,&
nõ dilectã,dilectã: & nõ misericordiã cõsequutã,mi
sericordiã cõsequutã,& erit in loco ubi dictũ est eis:
Nõ plebs mea uos, ibi uocabũtur filii Dei uiui annè *Gē. 21.b*
Agar & huius filius Ismael cessere Saræ & Isaac. Io- *Gal. 4*
seph Deo placuit, Pharao induratus est, pincerna in
pristinum statum restitutus, & pistor suspensus.Ele
ctus,& miraculosè conseruatus,educatusq́ue Moy-
ses: reprobatus submersus, ac cum omnibus suis in
ruinã præcipitatus Pharao Aegypti: Iosue repletus
est spiritu sapientiæ,quia Moyses posuit super eum
manus suas:Achã lapidatur p̃ furto Anathematis. *Deut 24*
Porro Samuel uir Dei propheta summus fit: Saul *Iosu. 7.*
electus,

1. Reg. 1 & 7. electus, sed reprobatus. Dauid secundũ cor Dei ambulauit: goliattius infestissimus Deo, filius perditio
1. Re. 15 a.e. nis pdestinatus fuit Iudas: at uas electionis Paulus.
Matt. 26 e. Nec finis esset, si omnia id genus exempla cõmemo
Act. 9. c ratẽ. Ex quibus facilè liquere aiunt magnam esse acceptionem personarũ apud Deum, hos eligentem, il los dãnantem. Quid igitur dicemus? quomodo hæc loca conciliabimus? optimè certè, si catholicã doctrinam atque Ecclesiã dilexerimus, & sequuti fuerimus & quę uidetur repugnãtia nulla erit, penitus diluet magnamque piis cõsciẽtiis trãquillitatẽ præstabit intellectum quoque argumentum multas rerum cõ fusiones, quas maligno spiritu perciti homines, aut mẽte præposteri introducere conati sunt, adimet, efficietque ut debitũ ordinem ac officium diuina uolũ tate personis diuersis demãdatũ, & designatũ, agno
11 scere, reuereri, & † obseruare summopere expetamus. Ante omnia sublatam esse oportet controuersiã de nomine personæ: Græci prosopon uocãt. Hæc autẽ nomẽclatura primò significat fictã faciẽ, uel externũ cõmẽtitiũ habitũ, à personãdo dictũ, & in thatricis exercitiis usitatũ, qualẽ expressit Horatius dum ait.

Pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat,
Nil illi larua aut Tragicis opus esse cothurnis.

Hæc erat usitatissima Histrionibus, nam (ut Bassus apud Gellium ait) caput & os coopertmẽto personę tectum undiq; unaque tantum uocis emittẽdę uia apertum, quoniã nõ uaga nec diffusa est, in unũ tantummodo exitum coarctat uocem, & magis claros, canorosque sonitus facit. Ob eam quoque causam persona dicta est ò littera, propter uocabuli formam productiore, quod & omega in Græco nomine habetur, sic Plinius ait li. 12. c. 14. persona adducit capiti, densiusve reticulus. Hinc personati dicũtur, qui tecti sunt personis laruati, & Histriones atellani, ut qui soli nõ cogebãtur in scæna ponere personã. Sic Cicero tertio de orat. quo melius, inquit, nostri illi senes, qui personatum ne Rosciũ quidã ma-

gnopere laudabāt. Herba arctios quia in hūc usum transferri solet, ut ea facies in ludicris operiretur, dicta est personata de qua Columella scripsit. Venena uiperæ depellit super sacrificationem ferro factam, Herba, quam uocant personatam, trita & cum sale imposita. Plinius personatiam uocat, officinæ aromatariæ teste Ruellio lappam maiorem, uel uulgo Bardanam, aliqui & persolatam Plinii authoritate. Fabula quæ fictas personas habet personata dicitur uel quæ à personatis histrionibus agitur. sed & personatus dicitur, q aliud foris ostēdit, & intus aliud sentit atq; machinatur, sic Cicero ad Att. li. 15. Quid est autē cur ego personatus ambulē? Personata uulnera uocantur cæca latentiaq;, quæ altius descēdāt, quam prima fronte præ se ferant. Personata fœlicitas Senecæ dicitur ficta, uel simulata, forinsecus decora, intus deformata, & tristis. Horatius personatū patrem uocat, qui in Comœdia sub histrionica persona inducitur in Sermon.

21. Ca. 15

Lib. 29. Cap. 9.

Quiuis stomacharetur eodem
Quo personatus pacto pater.

Ab hac personæ significatiōe sermo sacræ scripturæ longè abest: non enim talem personam accipit Deus. quā etiam coram spectatoribus deponere histriones cogebantur solis Atellanis exceptis. Verum etiā persona significàt substantiā unam indiuiduā rationalis naturæ, ut & philosophi tradūt & Theologi. Hæc ab eo, quod est per se una denominatur, necesse est nanque tria cōcurrant, ut sit persona: primū ut sit indiuidua. nā de uniuersalibus nō dicitur persona sed de singularibus, tū ut sit in genere substantiæ: accidentia enim quū per se nō existant, nec per se agant, hanc constituunt personā, demq; ut sit quid rationale. quoniam id est persona quātū ad ipsam actionē, quod in se habet quod potest agere uel non agere. Hinc lapides, herbæ, & bruta animalia personæ dici nō possunt, sed persona tantū Dei, uel angeli, uel hominis pronūciatur. Nā quod Magister

Boethius & Thomas.

Senten-

Sententiarum Pet. Lõbardus Animam separatã iã ab humano corpore persona dici autumat, id à multis alijs Theologis haud admittitur quũ tamẽ sit teste D. Augustino, Anima humana substantia rationis particeps quædam gubernando corpori accommodata, uel ut libro definitionum ait, est substãtia creata inuisibilis, immortali Deo simillima, imaginẽ nullã habẽs nisi creatoris sui. Sed neq; in hac denotatione persona usurpatur in sacris literis, ubi dicitur, ꝙ nõ est personarũ acceptio apud Deũ. Deus n. iustos amat angelos: & dæmones cõdẽnat. Porrò per metaphorã persona sumitur pro qualitate, qua alius differt ab alio, tum in anima, tũ in corpore, tũ in extrapositis, quæ à Rhetoribus numerãtur inter attributa personæ: hinc in scęna etiã personas dicimus, qui modo serui, modo ancillæ, modo patrisfamilias, modo parasiti uestibus ornati, eorum mores & gestus exprimũt. Terentius in prologo Eunuchi parasiti personam inde ablatam uel militis inducit sic ut supra dixi in uno homine multę possunt esse personæ: ut mitis, iracundi, læti: item persona pręceptoris, mariti, patris, domini, militis. Hinc Grãmatici primam, secundã, tertiãq; personas cõstituũt, uerbaq; habent personalia ac impersonalia. Sed & pro homine sæpe ponitur persona, ut Celsus: Medicos nihil tentasse iudico, quia nemo in splendida persona periclitari uoluit coniectura sua, ne si nõ seruasset occidisse uideretur. Hinc credo Iureconsultos dixisse personalẽ actionẽ, ut qui omne ius, quo (ut inquit Iustinianus) utimur, in personas, res, & actiones diuidũt, personaq; significãt uarias hominum cõditiones, Latius adhuc usus uocabuli personæ sese apud Latinos extendit, usurpaturq; aliquãdo pro onere, uel magistratu, uel dignitate, aut aliqua prouincia. Cicero pro lege Agraria, Vos, inquit, mihi prætori biẽnio ante, Quirites, hoc eodẽ in loco personã hãc imposuistis, ut quibuscunq; rebus possem illius absentis dignitatẽ uobiscũ unã tuerer. Vnde

in pemio 1. lib.

in

in ecclesiastico statu etiã personæ uocantur, illi, qui officiis cęteros ante eũt & dignitate præstãs. Sed & personã calũniæ similiũq; legimus. Cicero 4. Verrina: Imponatur honestæ ciuitati turpissima pſona ca lũnię. ac paulò post improbã pſonã imponere dixit. Valla hoc genus plurima annotauit. Eminẽtes quo que figuræ in ędificiis, q̃ aquas ore uel aliis partibus fundũt, eoq; uarios uultus & gestus exprimũt, pſonæ dicũtur, ut est apud Vlpianũ in l. Fundi. de acti. em. Quãtũ equidẽ lectione cõsequi potui, ita hæ mi

2 hi occurrũt significatiões† Vocabuli pſonę, ex quib. illa una intelligi mihi uidetur, saluo aliorũ Ecclesiæ que iudicio, in acceptione pſonarũ apud Deũ, quæ denotat hominũ secũdũ carnẽ & gloriã, aut existimationẽ huius mũdi, infideliũq; uiuentiũ diuersas qualitates. nã taliũ hominum nõ est acceptio apud Deũ, siue Iudæi, siue Gẽtiles, siue Græci, siue Barbari, siue diuites, siue pauperes, siue dñi, siue liberi, siue sacri, siue profani, siue uiri, siue fœminæ, siue publici siue priuati, siue milites, siue agricolæ, aut opifices, siue cõiugati, siue cælibes aut uirgines. Quid ita? qa *Psalm. 9* Dñs de cælo ꝓspexit sup filios hoĩm ut uideret an *Rom. 3.* esset intelligẽs aut requirẽs Deũ. Omnes declinauerũt simul, inutiles facti sunt nõ est q faciat bonũ, nõ est usq; ad unũ, sepulchrũ patẽs est guttur eorũ &c. Quia Deus est nõ uolẽs iniquitatẽ neq; habitabit *Psal. 5.* iuxta eũ malignus, neq; pmanebũt iniusti ante oculos illius: odit oẽs qui operãtur iniquitatẽ, pdet oẽs q loquũtur mẽdaciũ. Omnis autẽ homo mẽdas est, & Deus est uerax: reuelatur. n. ira Dei de cœlo super omnẽ impietatẽ & iniustitiã hoĩm eorũ, q ueritatẽ *Ps. 115* Dei in iniustitia detinent. Nonne omnes sine omni *Rom. 3.* exceptione ad unũ usq; Dñs Deus execratur? Audi *Io. 3. d.* an admittat exceptionẽ personarũ, hoc est, hominũ *& 8. d.* uiuẽtium ad desyderia carnis iuxta mũdi gloriã, le- *Rom. 1.* gitur Gen. 6. Videns autẽ Deus quod multa malitia *Gene. 6.* esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malũ omni tẽpore, pœnituit eũ quod hominẽ fecisset

ciſſet in terra,& præcauens in futurum,& tactus do lore cordis intrinſecus,delebo,inquit, hominē quē creaui à facie terræ ab homine uſq; ad animãtia,à re ptili uſq; ad uolucres cœli, pœnitet enim me feciſſe eos, Nulla punitur hoc loco exceptio perſonarũ,ſed ſtatim ſubiicitur:Noē uerò inuenit gratiã coram do mino.quomodo?nã Noha nō perſonę locũ explebit apud homines carnales, omnes ridebant eum , ipſe intereà iuſtus erat atq; perfectus in generationibus ſuis,cum Deo ambulauit Noe, & genuit tres filios. &c.Sic cum Deo ambulabat Noe, ut eſſet ipſe Deo acceptus , perſona autē eius quæ mundanis hominibus placebat,nulla erat. iam hominis ſecundum carne uiuentis perſonã exuerat. Ita Noe Deo erat ac ceptus nō propter perſonã , quam mundani homines uenerabantur , & quam ſacræ literæ perſonam uocant:non enim harum perſonarum acceptio eſt apud Deum,ſed propter eã,quã Latini perſonam iu ſtam rectamque uocent quã Deus diligit,& accipit.

Gene.18 13 Græci uero non proſopon, hoc eſt †perſonam , ſed nun id eſtimentem uocant, hoc eſt internum hominem. Scriptum eſt nãq; Gen.18.ꝙ Abraham adhuc ſtabat coram dño,& appropinquans ait, Nunquid perdes iuſtum,cũ impio?deinde tandē cap. 19.ſubii citur,quod Loth cũ duobus Angelis eductus eſt, ip ſe ingreſſus Segor.at pluit ſuper Sodomã & Gomor ram ſulphur & ignē à domino de cœlo , & ſubuertit ciuitates has , & omnem circa regionem, uniuerſos habitatores urbium , & cuncta terræ uidentia.reſpiciensque uxor poſt ſe,uerſa eſt in ſtatuam ſa lis.Abraham manè conſurgens ubi ſteterat prius cum Domino , intuitus eſt Sodomam & Gomorram,& uniuerſam terram regionis illius, uiditque aſcendentem fauillam de terra quaſi fornacis fumũ, cum enim ſubuerterit Dominus ciuitates regionis illius , recordatus eſt Abrahæ, & liberauit Loth de ſobuerſione urbium, in quibus habitauerat. Loth itaque Deo placębat,& contrarius ſemper cum ſuis

Sodomis

Sodomis & Gomorrçis, eratq; nõ ꝑsona respectu hõ
minũ, sed reprobatus, & iniurijs expositus: hunc tñ
Deus cum suis seruauit, non respiciens ad personã
hominum oculis apparentem, sed ad spiritum men
tis eius, ad cor, ad internam personam hominis iu-
stam, hospitalem, Deo deditam. Hoc pacto dicitur
Deute. 10. quia dominus Deus uester ipse est Deus *Deu. 10.*
deorum, Dominus dominantium, Deus magn us &
potens & terribilis, qui personam non accipit, nec
munera, facit iudicium pupillo & uiduæ, amat pere
grinum, & dat uictum atq; uestitum. Hic uidemus
quòd Deus personam hominum non accipit, scili-
cet quatenus concupiscentiis suis ipsi indulgent,
sed quatenus persona aliqua Deum amat, ut faciunt
uiduæ, ut pupilli ab hominibus desolati nimirum,
& ut peregrini, quibus dat uictum & amictũ, cate-
nus utique accipit, & diligit, atque benefacit. Quæ
14 autem sit illa persona† quam Deus amat, antea ex-
pressit, cum ait circuncidite igitur præputium cor- *Deu. 10.*
dis uestri, & ceruicẽ uestram ne induretis amplius,
nam eorum qui hoc non faciunt, nulla est personæ
apud Deum acceptio, & propheta, Sacrificium Deo
spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatũ *Ps. 50. d*
non despicies, nam ꝙ hilaritas, seueritas, ambitio,
uita tristior, simulatio, auctoritas, ueritas, sim
plicitas, humilitas, similesq́ue animi uel cor-
dis dispositiones personam constituunt, uel ex
primo libro officiorum Ciceronis discere licet, su-
praque annotaui. personam inquam iuxta consue- *Psal. 7.*
tudinem Latini sermonis. Deus autem scrutatur cor *Ps. 16.*
da & renes, & dirigit iustum, consumetur nequitia *Psa. 50.*
peccatorum, probat cor Deus & uisitat igne. Hinc
clamat propheta. Cor mundum crea in me Deus, &
spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Ecclesia
cantat. Veni sancte spiritus reple corda fidelium tuo
rum. hæc itaque persona bonitatis amans Deo est
accepta, non illa externa carnalis, hominum deside- *2. Pa. 19.*
ria sequens, Ideo Iosaphat rectè præcipiens iudici-

bus, Videte, ait, quid faciatis; non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini: & quodcúnque iudicaueritis, in uos redundabit. Sic timor Domini uobiscũ, & cum diligentia cuncta facite: non enim est apud Dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum, Species uafrorum hominum, & terrena quærentium Deus non accipit, non distinguit, utpote quæ personæ simpliciter, usitatéque in sacra scriptura dicuntur; sed personas bonas, aut Deum quærentes ipse uult, diligit, & defendi præcipit. Nonne Deus stetit in Synagoga deorum, in medio autem deos diiudicat. Vsquequo iudicatis iniquitatem & facies peccatorum sumitis? iudicate egeno & pupillo: humilem & pauperem iustificate, eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate. Scio quod Iob habet, qui non accipit personam principum, nec cognouit tyrannum cum disceptaret contra pauperem. opus.n. manuum sunt eius uniuersi. Neq; enim aliud uult significare, quàm quod Deus principes peccatores nõ curat, nec minus eos punit, quàm infimos quosque, attestante propheta. Vos autem sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis, sed uiduas, pupillos, humiles, pauperes, summè amantes se fouet, & elegit. oculi enim eius in pauperem respiciunt, & palpebræ eius interrogant filios hominum. Dominus interrogant iustum, & impiũ, qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Item Principes & Prælatos bonos amat, ut qui Deo obediunt. Exodi 18. Prouide de omni plebe uiros sapiẽtes. Num. 11. Congrega mihi septuaginta uiros de senibus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint ac magistri, & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo & tradam illis, ut sustentẽt tecũ onus populi, Iosue 1.b. Confortare igitur & esto robustus ut custodias omnem legẽ quã præcepit tibi Moyses. 1. Pa. 22. Tũc enim proficere poteris, si custodieris mãdata, & iudicia. Iob. 36. Deus põtentes nõ abiicit, quũ & ipse sit po-

Psal. 81 — *Iob. 34* — *Psal. 81* — *Exod. 18* — *Nu. 11. d* — *Iosue. 1. b* — *1. Pa. 22* — *Iob. 36* — *Psalm. 2*

potens.sed nō saluat impios, & iudiciū pauperibus tribuit. Psalmo 2.& nūc Reges intelligite. Prouer.8: per me Reges regnant,& imperant. 14.21.a. Sicut di uisiones aquarum. 1. Cor.13.c. Eccle. 10. In manu Dei potestas terræ, & execrabilis oīs iniquitas gen tiū,& utilē rectorē suscitabit, in tēpus super illā. In manu Dei potestas hominis,& super faciē scribę im ponet honorem suū. Eccl.17. In unamquamq; gentē posuit rectorē. Hiere. 27. Ego feci terrā & homines,& iumenta quæ sunt super terrā in fortitudine mea magna. Eccl.10.c. In medio fratrū rector illorū in honore,& qui timēt Dominū erunt in oculis illius. Matthæi 24. quis putas est fidelis seruus & prudens. Iob.34. qui regnare facit hominē hypocritam pp peccata populi. Prou. 19. Nō decēt stultū diuitię, nec seruū dominari principib. Itaq; uerum est, 15 ꝙ malos nō cognoscit Deus teste Osea, ita, ut eādē personā accipiat, Cap.8. Ipsi regnauerūt, & non ex me, principes extiterūt,& nō cognoui. Sic Matthæi 25. dicetur impijs & fatuis à Christo in die iudicij. Nō noui uos. Adde illud Pauli, Ignorās ignorabit. Sed alioqui clarè docet Paulus, qđ apud Deū & bonos est discretio & diuersitas, oēs.n.ptātes à deo ordinatæ sunt, itaq; resistēs ptāti, Dei ordinationi repugnat, hic distinguit ꝑsona principis à subditis, ꝑla ti à grege. Idcirco Paul. mādat postea, ut cui dēanꝭho norē, reddāt honorē,& cui timorē, timorē. Pri' quoq; scripsit, ut se inuicē ꝑueniat honore, sic in lege ꝑceptū est, ut filii honorēt suos parētes: serui subditi sint Dñis:& ut hoīnes honorēt medicū. idē. Prou.3. tradit, Gloriā sapiētes possidebūt, stultorū exaltatio ignominia est.& posteà, Sicut qui mittit lapidem in aceruū Mercurii, ita qui tribuit insipiēti honorē. Eccle.4.& magnato humilia caput tuū. rursus Eccl.10. Semē hoīnū honorabitur hoc qđ timet Deū, semē aūt hoc exhonorabit, qđ ꝑterit mādata Dei, & Eccl. 11. Sapiētia humiliati exaltabit caput illi',& in medio magnatorū comedere eū faciet, & 21. Tacitus & sensatus

Prou.8 / 14.et 21 a / 1.Co.13 / Eccle.10 / Eccl.17. b. / Hier.27. / Ecc.10.c / Mat. 24 d. / Iob.34 / Prou.19. / Oseæ.8 / Mat. 25 a. / 1.Co. 14 / Rom.13. / Rom. 12. / Exod.20 / 1.Pe.5 / Ecc.38 / Prou. 3 / Prou.26 / Eccl.4 / Eccl.10. / Eccl. 11. / Eccl. 21 / Eccl. 37

fatus honorabitur, & 37. Sapiens in populo hæredi
tabit honorem, & nomen illius erit uiuens in æter-
num. Meritò apud Deum non est acceptio persona-
1.Reg.3. rum, hoc est, malorum quærentium se, non Deum.
Nam 1.Reg.3. scriptum est: Quicunq; honorificaue
Pro.5.b. rit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me,
Eccle.10 erunt ignobiles, & Prou.5. Ne des honorem tuum
alienis. Eccles. 10. Gloria diuitum honoratorum &
pauperum timor Dei est, non despicere hominem
iustum pauperem, & non magnificare uirum pecca-
torem diuitem. & paulò post. Fili in mansuetudine
serua animã tuã, & da illi honorẽ secundũ meritũ
suum, peccantem in animam suam quis iustificabit?
Mat.22 & quis exhonorantem animam suam honorifica-
bit? in Euangelio qui non habet uestem nuptialem,
& tamen in nuptiis filii patrisfamilias ausus est sede
re, audit à Rege obiici sibi: Amice quomodo huc in
trasti non habens uestem nuptialem? ille autem ob-
mutuit. Tunc dixit famulis suis Rex: Ligate pedes
& manus illius, & abiicite illum in tenebras exterio
res, ubi est ploratus, & stridor dentium, multi enim
Matth.7 sunt uocati, & pauci electi. Christus quidem prædi-
cat cauendos esse pseudoprophetas qui ueniunt in
uestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces:
à fructibus eorum cognoscetis eos, inquit. Post dies
sex dominus noster Iesus benedictus assumpsit Pe-
Mat.17 trum, & Iacobum & Ioannem fratrem illius, & ex-
tulit eos in montem altum seorsum, & transfigura-
tus est ante illos: Rursus in templum ingressus eie-
Mat.21. cit ementes & uendentes ex templo, mensas num-
mulariorum euuertit. Pharisæi inito consilio Chri-
stum in uerbis illaqueant, miserunt suos discipulos
simul cum Herodianis, dicentes: Magister scimus,
quia uerax es, & uiam Dei in ueritate doces, & ne-
minem curas, non enim respicis personam homi-
num, dic ergo nobis, quid tibi uidetur, licet ne cen-
Mat.22 sum dare Cæsari an non? Cognita autem nequitia il
lorum Iesus dixit, quid me tentatis Hypocritæ? osté-
dite.

dite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium, & ait illis Ieſus, cuius eſt imago hæc, uel hæc inſcriptio? dicunt ei, Cæſaris: tunc ait illis, date quod Cæſaris eſt Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo: & audientes mirati ſunt, & relicto eo abierunt. Chriſtus *Mat. 23.* deteſtatur Hypocritas, phariſæos & ſcribas, dũ ait, Væ uobis ſcribæ & phariſæi Hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris patent hominibus ſpecioſa, intus uerò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia, ſic & uos foris quidem *Lu. 16* paretis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Deus Lazarum facit in ſinum Abrahæ deuehi, & diuitem epulonem in gehennã. Deus quoque Virgines fatuas & oleo carentes ab aliis prudentibus diſtinguit, dicit illis, Non noui *Mat. 25.* uos. Inutilem ſeruum diſcernit à bonis utilibus, ſeparat oues & hædos, hos ſtatuit à ſiniſtris, illas à dextris, bonos uocat ad uitam æternam, malos ad pœnam æternã: illis dicit. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis regnum à conſtitutione mũdi: his uerò, Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternum, qui paratus eſt diabolo & Angelis eius, deníque latroni à dextris ſuſpenſo, & miſericordiam petenti dixit, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo: poſtea Paulus uas electionis euaſit ex per- *Luc. 23.* ſequutore Eccleſiæ Chriſto ita uolente. Iudas filius perditionis extitit, hoc modo certè magna uidetur acceptio perſonarum apud Deum, qui hunc reprobat, & alium approbat, Vas unum facit in honorẽ, & alterum in contemptum, nec ulterius, ne præde-
16 ſtinationis materiam inuoluamus. Nam quod † externa, quę differentiam perſonæ conſtituunt, ornamenta, uel ueſtimenta etiam reſpiciantur à Deo, nõ ſolum ueſtis nuptialis ſignificat, ſed etiam Dauid ſic pſallens. Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deau- *Pſal. 44* rato, circundata uarietate. Adde huc ueſtimenta ſacerdotalia à Domino Deo præfigurata Moyſi, & im- *Exod. 28* perata, nam dixit Deus. Facieſque ueſtem ſanctam.

itaq; Moyses de Hiacintho, purpura, vermiculo, ac bysso fecit vestes, quibus indueret Aaron: qm̃ mi-
Exo. 39. nistrabat in sanctis, sicut pcepit Dñs Moysi. Iterum in lege pceptum est, ne mulier induat virilẽ vestem:
Deut. 22 nec uir muliebrem. Deus enim & natura & instituto, ac cultu quoq; virum à fœmina discreuit: hinc D. Paulus uult fœminã uelato esse capite, & uirum
1. Cor. 11 operto, ut q sit imago Dei. Ezechiel ꝓpheta describit quibus uestibus sacerdotes & Leuitæ uti debẽt,
Ezec. 44 sicut Dñs dixit: Cũq; ĩgredient portas atrij interioris, uestibus lineis induentur, nec ascendet sup eos quicquã laneum qñ ministrãt in portis atrij interioris & intrinsecus: Vittæ lineæ erunt in capitibus eorũ. Fœminalia linea in lũbis eorũ, & non accingent in sudore. Scimus in speluncis Leodij, ubi anthrax effodit, quod exortũ intus incendiũ nõ põt arceri, nisi ab indutis uestes lineas crudas nõdũ lotas uel dealbatas: at si Deo placuit in naturalibus talem differentiã & proprietatem cõstituere, qd miramur in ecclesiastico ordine, & in psonarũ distinctione selectos uestitus, diuersaq; ornamenta designasse, & exigere illũ. Qui pœnitentiã agebant pcõrum, induebãtur saccis & ciliciis, quur id, nisi ꝙ tali habitu magis placerent Deo? Dauid iussit ut Ioab, & oĩs popu
2. Reg. 3 lus, qui esset cum eo pp occisum Abner scinderent uestimenta sua & accingerent saccis, & plangerent ante exequias. Mardocheus cum audisset, ꝙ Iudæi
Hester 4 essent occidendi consilio, & malitia Aman, scidit uestimenta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti, & in platea mediæ ciuitatis magna uoce clamabat, ostendens amaritudinẽ animi sui, & hoc eiulatu usq; ad fores palatij gradiens, non. n. licebat indutum saccum intrare aulã regis. In oĩbus quoq; ꝓuinciis, oppidis, ac locis, ad q̃ crudele regis edictum puenerat, plãctus ingẽs erat apud Iudæos, Ieiuniũ,
Iob. 16. ululatus, & fletus; sacco & cinere multis pro stratu
Psal. 29 utentibus. Iob quoq;, saccum, inqt, consui sup cutẽ
Esa. 15. meam, & Dauid, Concidisti, ait, saccũ meũ. Esaias de

de accinctis facco loqr. Daniel ut intelligeret nume rum annorũ feptuaginta, de quibus Deus loquutus effet ad Hieremiã, pofuit faciem fuam ad Dñm, rogare & deprecari in ieiuniis, facco & cinere, rogauit Deum, cõfeffus, pœnitentiã egit, orauit, & impetrauit. Ioel propheta clamabat, Plange quafi uirgo accincta facco, fup uirum pubertatis fuæ, & paulò poft ait, ingredimini, cubate in facco miniftri Dei mei, qm̃ interiit de domo Dei veftri facrificium & libatio. Niniuitæ quoque exaudita p̃dicatione Ionæ induti funt faccis à maiori vfq; ad minorẽ, & puenit uerbum ad Regẽ Niniue, furrexit de folio fuo, abiecit ueftimentum à fe, & indutus eft facco, & fedit in cinere. Nõnunq̃ lugubribus ueftibus, utebant, ut qua rum ufus in funere eft, fic Ioab p̃cepit Thecuæ, ut fimularet, luctum, uteretur lugubri uefte, nec ungeretur oleo, ut uideretur mulier, quafi longo tpe lugẽs mortuũ. Qui à Rege aliquid ueniæ periturus effet, induebat faccos, & funiculos in capite. Ita Benadad cum feruis fuis accinctis lumbos faccis, & geftantes funiculos in capite, uenerũt ad Regem Ifrael, & ueniã impetrauerunt facti. Qui agnum fequuntur, ftolis albis amicti funt. Qui fupra thronos fedent, amicti ftolis albis ufq; omnes. In communi ufu vitæ animi affectus per ueftium colores exprimũtur, unde fic Alciatus fcripfit. *Dan. 9* *Ioel 1* *Ion. 7* *2. Re. 14* *2. Re. 20* *Apoc. 6. 7* *Apoc. 4.*

Index mœftitiæ eft pullus color, utimur omnes
Hoc habitu, tumulis cùm damus exequias.
At fynceri animi & mentis ftola candida puræ,
Hinc fyndon facris line agrata uiris.

Quorfum tandem hæc? ne nimium progrediamur, demonftrare uolui ratione ueftium perfonam hoĩs acceptam effe, uel reprobari apud Deum, ut fic intelligatur, ne uarietatem quidem, & modum rationemque ueftium Chriftiano homini effe fpernẽdam, quafi in omni uefte homo Deo æquæ fit gratus. Nam fi hoc uerum effet, quur uetuiffet Deus uirum uti uefte muliebri, & Paulus prohibet fœminã

aperto capite intrare Ecclesiam. Videtur itaque acce
prio personę apud Deum ratione uestitus uariare
& recipi.†Quod si ita est, rursus miror, quur diuus
17 Iacobus, hanc personę acceptionem uetat. Sic enim
apud illum legitur. Fratres, nolite in acceptione per
Iac.2. a sonarũ habere fidẽ dñi nostri Iesu Christi gloriæ. Ete
nim si introierit in cõuẽtũ uestrũ uir aureũ annu
lũ habẽs in ueste cãdida introierit aũt & pauper in
sordido habitu, & intendatis in eũ, qui est indutus
ueste præclara, & dixeritis: Tu sede hic bene, paupe-
ri autem dicatis, Tu sta illic, aut sede sub scabello pe
dum meorum, nonne iudicatis apud uosmetipsos,
& facti estis iudices cogitationum iniquarum? Audi
te fratras dilectissimi, nonne Deus elegit pauperes
in hoc mũdo, diuites in fide, & hæredes regni, quod
repromisit Deus diligentibus se? Vos autem exho-
norastis pauperem. Nonne diuites per potentiam
opprimunt uos, & ipsi trahunt uos ad iudicia? Non
ne ipsi blasphemant bonum nomen, quod inuoca-
18 tum est super uos?†Multi sunt, qui de hac acceptio-
ne personarum, præclarè scripserunt, sed ego prius
meam sententiam adducam testimonio scripturæ
comprobatam, nõ auctoritate philosophica, ad quã
illi confugiunt. Proinde sicut suprà ostendi, ita nũc
repeto dicens, quod infidelium & malorum homi-
num personam Deus non accipit, nemo enim sine fi
de seruari potest, qui non credit iam damnatus est,
siue pauper, siue diues, uel bene uestitus, uel sordi-
dus, aut albus, uenetus, prasinus, ruffus, aut cæru-
leus, fuluus, uersicolor, omogenis, nihil refert, nec
q̃d iuuat, seruus, an liber: doctus, an indoctus, Tur-
ca, Parthus, Tartarus, an hæreticus, Zuinglianus,
Lutheranus, Anabaptista, Arrianus, Manichæus, an
Schismaticus: uir an fœmina: puer, iuuenis, au se-
nex: nobilis an ignobilis: & quæ sunt huius gene-
ris, ob quæ persona externa uariat: sed nunc omnes
pij debent esse imitatores Dei, uel Pauli sicut & ip-
se est Christi, omnes debent induere Iesum Christũ.

Ergo qui pii sunt, & Christi fideles, non debent accipere personam infidelium, ut sunt aureum annulum habentes, in ueste candida ingredientes, de quibus D. Iacobus loquitur: nimirum quod D. Iacobus infideles tali modo notat, satis patet, dum eos diuites mundi, qui sanctos Dei opprimunt, ad iudicia rapiunt, qui blasphemant nomen Iesu, describit. Fideles nanque non inferunt, aut inferre non debent iniuriam fidelibus, non sint percussores, sed pacifici, patientes, & mites, quemadmodum Christus mandauit, Discite à me, quòd mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iniquũ est autem, si fideles qui sunt, aut saltem haberi tales uolunt, exhonorent suos fideles, suos fratres, imò seipsos: contra hostes suos, inimicos summos extollant, idque non ratione uirtutis, sed quia accipiunt diuitiarum personam, uestiũ, aureorũ annulorum, summa eorum, quibus abiectis nudus homo residuus totus carnalis, corruptilis, malus, infidelisque subsistit, & qui contrarius est fidelibus, quod quid aliud est, quàm diuitias mundi, uestes, aurũ, & hinc factas res artificiosas pluris facere, quàm fidem, uel si mauis quam hominem fidelem, qui etiam nudus & pauper, tamen diues in fide est, à Deo electus, Spiritualis, bonus, incorruptibilis, & qui sitit salutem omnium animarum, omnium mortalium, ut immortalitatem in Deo, & Domino Iesu consequantur. Nonne igitur iniqua est cogitatio præponere diuitem sæculi pauperi fideli? præferre hominẽ mundanum pulchrè uestitum, auro fulgentem homini spirituali, donum fidei habenti, ornato operibus charitatis, & amore Dei omnipotẽtis? Profectò stultissimum hoc, & alienissimum ab omni pio Christiano. Nam & Anacharsis ex ultima barbarie ortus, & Democritus uernecum in patria crassoque sub aere natus, & Diogenes caninam naturam affingens sibi, & multi alii philosophi homines doctos, aut saltem bonos protulerunt diuitibus sæculi, quippè pauci

1. Cor. 11
Rom. 13.
Iaco. 2. a

pauci aut vix vlli sunt, qui philosophari velint, dũ diuites sunt. Nam diuitias magis curant, uel uolu ptates, quas diuitiarum subsidio habere possunt, quàm labores & molestias philosophādi. Horatius rectè canit, philosophos sequutus hac in parte Stoicos verius, quàm Epicureos:

Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.

Legi pulchram & memorabilem rem gestā à Romanorũ Imperatore, si memini, Octauiano: ille in conuentu celebri viros doctos cõsilio suo adhibuit unà cum nobilibus plurimis, eosq; primò iuxta se loco consedere iussit, tulere id indignè nobiles, Cæsar Augustus itaque respondet, se id summa ratione fecisse, quia docti sola uirtute & prudētia à Deo data, propriaq; etiam ipsorum industria essent commendati, neq; se quemquā posse facere doctũ: sed nobiles suo auxilio ferè promoti, suo ductu aucti & cõfirmati essent, seq; posse, quod uelint, facere nobiles & diuites, itaque illos semper præferendos non respiciendo ad genus, uestes, formā, & similia externa, quæ personā uariare solent iuxta opinionē populi: hos autē non negligendos, sed eatenus colēdos, quatenus diuitias & nobilitatem uirtutibus cohonestēt, scientiis. Scio quod aliquid Frederico primo, alij Sigismundo Imperatori asscribunt. Augustus uerò uni Virgilio plus tribuit, quàm Mecęnati edito atauis regibus. Dionysius Siciliæ Tyrānus Platonem humili loco natum omnibus nobilibus præposuit. Alexāder magnus omnes suos præceptores cunctis amicis, nobilibus, dictissimisq; uiris omnibus antepos uit, & honorauit. sed sunt infinita exēpla huius generis, quibus docetur, quòd uirtus præfertur, & in primis prudentia omnibus diuitiis & nobilitati apud Ethnicos. Vnde Iuuenalis,

Nullum numen abest si sit prudentia, sed te
Nos fortuna Deam facimus, cæloq; locamus.

At fides, quæ præstantior oī prudentia, oī uirtute ethnica, longè p̄ferri debet oībus diuitiis, & nobili-

bilitati sæculari, fides. n. immortalitatē aīæ & salute præstat, quum illa pnitiē ferè inducant. Homo igit̃ fidelis etiamsi pauper, malè uestitus, malè sanus cor pore, senex, debilis, ignobilis, Epicteti modo claudus, ater, & simili sorte uulgo abiectus: tñ infideli, gēmis, auroq; insigni, nobilitatē ad mille gradus ia ctitāti, pulchro, benè uestito, robusto, florenti ætate & colore est anteponendus. Hoc docet rō iustitiæ di stributiuæ, cuius æquitas est respiciendo nō ad pso nam, sed ad causam pp quam aliquis ad donum p portionetur, aliqua diuersis tribuere secundùm pro portionem uel dignitatem, nam si ad psonam solū respiciat̃, tunc est acceptio psonæ: si uerò ad causam iustam, nō ad personam, uel causam iniustam, tunc excludit̃ acceptio pson rū. Causa aūt est fides & fide litas, illa pstat īfidelitati lōgis & ineffabilibus gradi bus, noībus, ac passibus, adeò ut huius respectu di uitiæ, nobilitas, pulchritudo & similia sint caduca tēporanea. Itaq; homo habens fidem longè antecel lit infideli, tametsi hic infidelis sit ditissimus, nobi lissimus, doctissimus, & robustus, ingeniosus, &c. Imò malè faciunt, qui fideles sunt, & infidelē ideo quod pulchrè uestitus, & auro abundans, hoc est, di ues existit, præponunt fideli malè uestito, pauperi, infirmo, ignobili, uel simili modo abiecto. Sed quid

19 dicemus, si ambo † fideles sint, & vnus auro abūdet, aureos annulos gestet, pulchrè vestitus sit, & alter pauper, attritas uestes, habeat, annè obseruabitur ac ceptio personarum? Hac autem quæstione excussa, probeq; intellecta oīa superiora erunt aperta, nā q cognoscit hanc differentiā personarum hoībus piis obseruandam, is discit etiam qua ratione Deus per sonarum differentiam accipit, ut quem pij imitan tur, & cuius præceptum sequuntur, non erit igitur parui momenti enodatio huius controuersiæ qstio nis, statuendum est aūt illud firmum, & infallibile axioma qd Christianus, fidelis homo petit, ut fiat *Matth. 6* Dei uolūtas sicut in cęlo ita in terra: qd fideles sunt

oues

oues audientes uocem pastoris sui, & sequentes illum,quocunque iuerit: quod imitantur Christum, sicut Christus Deum patrem, ut intelligatur, quid id sit,nimirum dico,quòd fideles non faciunt aliud, q̃ quod Deo placet, Si ergo fideles inter se ratione uestitus & similium accipiunt differentiam personarum necesse est,quòd apud deum sit acceptio personarum,aut si apud deum est talis differentia personarum ex uestitu,diuitiis,robore, & cæteris conditionibus fragilibus,& incertis, oportet quòd apud fideles sit ex eisdem acceptio personarum, & contra hoc est, si non sit apud deum, non erit quod apud fideles.Nam quod apud infideles acceptio personarum locū habet, nō mirū est quandoquidē ignorant iustitia dei, æquitatē contēnunt, & desideria carnalia sequuntur.Cæterū apud fideles nō est talis differentia personarū accepta,saltē esse nō debet. Nulla est ergo apud fideles acceptio personarum? profectò nulla.quia D.Iacobus manifestò sic dicit. Si tamen
Iaco.2.b legem perficitis regalē secundū scripturas, diliges proximū tuū sicut te ipsum,benè facitis: si autē personā accipitis, peccatū operamini, redarguti à lege quasi trāsgressores, quum fidelis nimirū proximus meus sit, sicut ego ipse, & in meipso, uel inter me ipsum nō est acceptio, nec differentia personæ:ergò inter fideles nō pōt esse acceptio personę.unde consequitur, quod nec apud Deū est acceptio personarū. Nā personas malas, & infideles nō cognoscit, non recipit, nō iustificat:personas bonas & fideles, ut iūctas suæ uolūtati,& uocē suā semper audiētes in unitate societas, tanq̃ unū corpus nō separatū cernit, recipit,fouet, iustificat. Nā sicut multa mēbra unum corpus cōstituūt,quod sibi continuū iunctūq; est,oī exceptione suorū membrorū caret.Hoc est, unicuique mēbro tribuit suū honorē,suū officiū, & usum,
Rom. 12 ne sit schisma:ita personæ fideles plurimę quotquot
1.Co.11 sunt, unū faciūt corpus in Christo. Huius Christi
& 12. Dn̄s Deus pr̄ caput est,& caret oī exceptione perso-

narū: hoc eſt, unicuiq; pſonæ tribuit proportionatā
20 dignitatē honorē, locū, officiū ſine oī cōtentione: †
Nā Deus ſeruat iuſtitiā diſtributiuā, cuius æqtas eſt,
ut aliqua diuerſis tribuatur, ſm proportionē, uel di
gnitatē uniuſcuiuſq;. Quare ſi tali diſtributione at
tendatur ad cauſam, propter quā aliquis proportio
netur ad donum aliquod, fit ſicut mādat æquitas iu
ſtitiæ diſtributiuæ : ut ſi illuſtriſſimus aliquis & Ec
cellentiſſimus D. Dux promoueat aliquē ad honorē
uel officiū publicū adminiſtrandū, cōſiderans ſuffi-
cientiā ſciētiæ & prudentiæ illius, per quā dignus
ſit tali honore uel officio, q̄a proportionatus ad hoc
inuenitur, fecerit ſecundū iuſtitiā diſtributiuā: ſi at
tendat ad perſonā, uel ad aliā quamcunq; cauſam,
quæ facit, quod nō ſit proportionatus ad officiū, ut
quod eſt diues, conſanguineus, quod conterraneus
& ideò donet, tunc fit cōtra iuſtitiā diſtributiuā: &
hoc uocāt Theologi nunc acceptionē perſonarū, ut
quæ uitioſa eſt, nec debet fieri. Sic Deus iuſtus iudex
tribuēs unicuiq; ſecundū opera ſua, non accipit per
ſonam: Itaq; nec fideles accipiūt perſonā. Quid ergo 1.Ti.5.c
uult ſibi, quod Paulus inquit: Qui bene pręeſt, dupli Ec.38.a
ci honore eſt dignus? & qđ Eccleſiaſticus ait: Hono 1.Co.13
ra medicū: & quod dixit Paulus: Deus poſuit Apo-
ſtolos, ſecūdo loco prophetas &c. Nonne hæc eſt ac
ceptio perſonarū? Itē diuina natura habet tres perſo
nas, & unā ſubſtantiam. Nonne ergo acceptio per-
ſonarum in ea eſt? Hic reſpōdent noſtri Theologi,
quod nō: nā acceptio perſonarū dicitur, ut D. Tho
mas definiuit ſecunda ſecundæ quęſt. 63. Quando-
cunq; aliquid cōfertur alicui nō habito reſpectu ad
cauſam utrum ſit dignus, uel proportionatus. Cano
niſtę dicūt, quòd tunc fit acceptio perſonarū, quum
circa æquali ſeruatur inæqualitas: ſed in honorādo
Prælato, (qui bene docet & bonæ uitæ eſt) duplici ho
nore, nō eſt inæqualitas, & in diuina ſubſtantia nō
eſt inæqualitas, itaq; non eſt acceptio perſonarū in
eis. Quid eſt ergo? Eſt ordinario, diſtributio, uel di-

ſcretio,

ſcretio, uel iuſtitia diſtributiua, diſpẽſatio, aut œconomia. Iuſtitia eſt.n. dare unicuiq; qđ ſuũ eſt: tũ ſingula recto, aptoq; ordine collocare, eſt Eutaxia. †Diſcretio Græcè, Diacriſis diiudicatio eſt, uel diſtĩctio unius ab altero: Sic Paulus ad Heb 5. pfectus eſt autẽ cib⁹ ſolidus eorũ, q p cõſuetudine exercitatos habẽt sẽſus ad diſcretionẽ boni & mali. Tũ diſcret⁹ dicitur in actiua ſignificatiõe is, q pſonarũ qualitates, & rerũ momẽta optimè diſcernit. Et hic fit diſcretio (nã diſcretio in paſſiua ſignificatiõe dicit, cuius partes nõ copulant ad aliquẽ terminũ cõem) q rerũ cõſequẽtiũ cõtinet pſpicuã dilucidãq; cũ grauitate expõnẽ. Iſydorus in Synonymis tertio: Diſcretio eſt habitus intellectus ptinẽs, ad prudẽtiã, & eſt genitrix, cuſtos, moderatrixq; uirtutũ: ut D. Tho. Vel eſt diſcreptio in diiudicãdis rerũ cauſis, puida humanarũ mẽtiũ rõ moderatrix. Rõ eſt gerendorũ ordo ex cauſa ueniẽtiũ, ut qd quo loco facias & dicas, intelligas. Iſydorus in Synonimis. De hac diſcretione Bernardus in Cãtica ſermone. 24. Sic ait: In cũctis ſemper nobis debet pręeſſe diſcreptio, & quaſi moderãdo ſingulas diſcernere uolũtates, ne opinio, veriſimilis fallat, ne decipiat ſermo uerſutus: ne q bonũ eſt malũ ne qđ malũ eſt bonũ eſſe credatur & rurſus diſcretio qppe oĩ uirtuti ordinẽ ponit, modũ tribuit, decorẽ, & ppetuitatẽ cõfert. Eſt ergo diſcretio nõ tã uirtus, q̃ quędã moderatrix uirtutũ, ordinatrix affectuũ, & doctrix morũ. Tolle hãc, & uirtus uitiũ erit, ipſaq; affectio naturalis in pturbationẽ magis cõuertetur exterminiũq; naturæ. Iſidorus li. de Synodis. Quicqd boni cũ diſcretiõe feceris, uirtus eſt. Quicqd ſine diſcretiõe geſſeris uitiũ eſt. Virtus.n. indiſcrepta p uitio deputatur. Gregorius Moral. 28. Plerũq; uirtus cũ indiſcretè tenetur, amittit, quũ diſcretè intermittitur, pluſquã tenetur. Moral. 31. Sãctorũ, ait puida diſcretio dũ ſolicitè circũquaq; cõſpicit in altũ poſita, priuſquã ueniat, culpã deprehẽdit, eãq; quo uigilãtius prænotat, eò fortius declinat aliquãdo in exer

citatione

citatiōe. Virtus cū p̄ discretionē p̄termittitur, reseruatur, ut tāto post feriat ualēter, uitia, quātū à percussione interim prudēter cessat. Sæpe dū nosmetipsos plus iusto discutimus, de ipso discretiōis studio indiscretius erramus, & mētis nostræ acies quo plus cernere nititur obscuratur. Quin q̄ importunè Solis radios aspicit, obtenebrescit, Moral. 20. Virga tua & baculus tuus. Virga. n. percutimur, baculo sustētamur. Sit ergo discretio uirgæ q̄ feriat: sit & cōsolatio baculi q̄ sustēter. Ambrosius in officiis. Hoc est pulchritudinē uiuēdi tenere, cōuenietia cuiq; sexui & p̄sonæ reddere. Hic ordo gestorū optimus, hic ornatus ad omnē actionē cōmodus. Paulus ad Col. 4. Modestia uestra nota sit oībus hoībus. Modestia est ad se: uel ad alios: ad se ut quisq; se ornet & gerat erga se: & sic modestia est uirtus qua moderamur alia nō moderāda p̄ tēperātiā, cōtinētiā, clemētiā, māsuetudinē: uel p̄ quā pudor honestatis clarā & stabilē cōparat auctoritatē: uel, est sciētia collocādarū rerū q̄ aguntur, uel dicūtur. Vel moderatio passionū, cupiditatum, & est uel interior animi motus in alta tēdētis quē moderatur humilitas: Vel desyderiū ptinentiū ad cognitionē, q̄d moderatur studiositas, nō curiositas, uel corporis motus & acta. Hæc moderat̄ bona ordinatio. (q̄ discernit oīa loco, t̄pe, ordine, dignitate, cōseruatiōe, &c.) Ornatus ut decēter fiat austeritas in dictis factisq; faciēs auctoritatē p̄ moderationē. Eutrapelia in ludis, dictis, factis, iocosis, seriis &c. Primo ne dicta factauè turpia nociua aliis: Secūdo, ne soluat̄ aīæ grauitas. Tertio, ut ludicra, dicta, factaq; cōgruāt locis, t̄pibus, p̄sonis, & aliis circūstantiis: uel exterior apparatus in uestitu, ædib. &c. & est humilitas nō superabūdās in sūptib. sufficiētia p̄ se, uel parcitas, cōtētus eo q̄d est, & determinatiu⁹ ad finē aptū. Simplicitas excludēs sup̄fluā solicitudinē. Moderatio habitus cōtētus his q̄ cōtingūt. Singulorum officia docet Cice. D. Ambro. in Offi. & D. Greg. in Moral. & Aristo. in Ethic. Et cui sæpè uidetur minor honor Colos. 4

tribui, is maximè honoratur: & qui uidetur esse infirmior, existit robustior: sic & qui ignobilior, redditur nobilior, Vnde D. Paulus sic scripsit: Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi, & oẽs in uno spiritu potati sumus & mox. Sed multo magis quæ uidetur membra corporis, infirmiora esse, necessaria sũt, & quę putamus ignobiliora mẽbra esse corporis, iis honorem abundantiorem circundamus. Et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent: honesta autem nostra nullius egent, sed Deus temperauit corpus ei, cui deerat ampliorem tribuendo honorem ut nõ sit schisma in corpore: sed in idipsum pro inuicem solicita sint membra, & si quid patitur unum membrum compatiuntur omnia membra: siue glotiatur unum membrum, congaudent omnia mẽbra. Hinc patet, quędam membra esse infirma, quædam ignobilia, quædam inhonesta, alia contra firma, nobilia, honesta. Vnde cõtra Iouinianum putantem ut omnium membrorum ita omnium hominum Christianorum esse eandem dignitatem. & ut nostri Hæretici loquuntur, idem regale sacerdotium, idem, genus electum, sine ulla distributione uel ratione ordinis. D. Hieronymus sic scripsit: Eiusdẽ ne ordinis arbitraris & meriti os & aluum, oculos & meatus per quos fimus egeritur & urina? Vnde & stultè asserere uoluisti omnia membra æquabiliter nos diligere nec oculum prępenere digito nec manum auriculę sed in singulorum amissione membrorum, dolorem esse communẽ. Quemadmodum uerò caput honorabilius est cæteris membris: & oculi nobiliores auricula, & lingua utilior digito. Ita in congregatione fidelium pontifex, Ecclesiastici, sunt honorabiliores secularibus: & Imperatores, Reges, principes, prudentes, ac in magistratu, publicoque officio constituti sunt honorabiliores, dũ modo fideles aliis hominibus priuatis fidelibus, & infidelibus. Hæc est

enim

enim ordinatio Dei, quare D. paulus præcipit, ut omnis anima subdita sit sublimiori potestati: Nã qui potestati resistit, dei ordinatiõi resistit. Nõ tamẽ ideò priuati aut minores infirmiores, aut inhonestiores sunt, sed magis honestanť, & corroborãtur, quia magistratus gerit gladiũ ad defensionẽ ipsorũ Rom. 21
22 scilicet bonorum, & ad uindictam malorum. Quoniam ordinatio res est diuina ideo Ecclesiastici, qui cultũ Dei obseruant diligẽtissimè, & defendere quoque debent (nam propter iustitiam, persequutionẽ debent pati, ut fiant beati.) In primis Ordinis sacramẽtum retinent, quo acceptio personarum penitus tollitur, sed unicuiq;, prout dignus est beneficia & honores tribuunt. Vnde solet quæri utrum Episcopus peccet, si det beneficiũ bono, & prætermittat meliorem. D. Thomas ĩ quodam quodlibeto dicit, ꝙ aliquis est melior simpliciter, non tamen in eo melior, ut præesse possit in Ecclesia. Nunquid simpliciter melior est, non est dignior beneficio. Quia minus præesse potest in Ecclesia, quàm bonus, & minus meretur. Ideo Episcopus non peccat si det beneficium bono, qui præesse nouit, & est dignus dignitate Ecclesiastica, prætermisso meliore sed ineptiore ad administrationem Ecclesiasticæ dignitatis, nam sic fit bona ordinatio pertinens ad honorẽ Dei, & ad utilitatem Ecclesiæ: & fit electio, quæ est alicuius personæ idoneæ ad dignitatẽ, uel fraternã societatem seruata canonica forma facta uocatio.
23 †Ius electionis nemo sibi uẽdicet nisi à Deo, uel ab huius sancta Ecclesia uocetur. Nam ne Moyses suo quidem iudicio ne eligendo populi principe quicquam attentauit, nisi uocatus, & à Deo in omnibus huc pertinentibus eruditus, ut habetur 8. quæst. 1. Si ergo. Qui autẽ hoc ius habet, is non statim multitudinis iudicio acquiescat, sed electus in principatu nouerit miseriam suam & humiliet se sub potenti manu Dei. Quia Dominus superbis resistit, humilibus dat gratiam: uide D. Hieronymum super Esaiã

Quæ persona sit eligẽda nõ accipiẽdo personã, sed respiciendo ad fidem & merita.

Iacob. 2

dist. 61. Miramur

libro tertio. Tum sciat sibi delectum esse agendum, non accipiendo personas, sed respiciendo ad fidem & merita. Sic enĩ D. Hieronymus docet libro duodecimo sup Esaiã. Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neq; uestimentum. Nolite me constituere principem, Sicut in ordinationibus malorum princeps est peccatorum, qui tales constituit: sic ordinatione sanctorum princeps est eorum iustitiæ, qui bonos eligit. Et D. Augustinus super illud Iacobi 2. Nolite in acceptione personarum fidẽ habere Domini nostri. Quis ferat, inquit, si quis diuitem eligat ad sedem honoris? Ecclesiæ, contempto paupere instructiore, & sanctiore. Leo papa sic scripsit: Si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus prouidẽter, scienterq; curandũ est, ut in domo Dñi nihil sit inordinatũ nihilq; p̃posterum quantò magis elaborãdum est, ut electiõe eius, qui supra oẽs gradus constituitur, nõ erretur. Nam totius familiæ Dñi status & ordo mutabit, si quod in corpore requirit non inueniatur in capite. Summus enim Pontifex omnibus optimus eligẽdus est atque etiam in alijs ordinibus optimi quique sunt promouendi; sicuti enim boni operis sibi cõparat fructũ, qui tenet in eligendo sacerdote iudicium: ita graui semetipsũm afficit dãnatione, q ad suæ dignitatis collegiũ sublimat indignũ. Certè acceptio p̃sonarũ q̃dem grande est pcũm, si in dignitatibus sæcularibus, & muneribus dandis tpalibus fiat: at longè maius, si in rebus diuinis committat, quæ tenacissimæ erunt ordinis iustitiæ distributiuæ, & omnis æquabilitatis: nimirum ꝙ ea omnia acceptio personarum euertit, & munera publica indigno tribuit. Vnde Leo papa, Valde iniquum est, ait, & absurdum ꝙ imperiti magistris, noui antiquis, rudes præferuntur eruditis. Casiodorus Epistolarum primo: Necesse est, inquit, prudentissimum eligere, q possit contra subtilissimos disputare, & in conuentu doctorũ sic agere, ne susceptã causam tot erudita possint ĩgenia superare

perare. Magna res est cōtra artifices loqui, & apud illos aliqd agere, qui se putant oīa pūidere. Itē Epist. li. 3. Necessariū ꝓbat esse psonas dignitatibus aptas eligere, ut cui iustitia cōmittit, malis morib. nō grauet alioquin inefficax est ab hoīe exigere, qd agnoscit non habere: & confidenter qrit qd inesse sentit. Origines sup Leui: Requirit inqt, in ordinando sacerdote, & pſentia populi, ut sciāt oēs, & certi sint: qa qui ex populo est pſtantior, qui doctior, qui in oī uirtute eminētior, ille eligat ad sacerdotum, & hoc, astāte populo, ne aliqua postmodū retractio cuiquā, ne quis scrupulus resederit, Huc ille collimauit, qui scripsit in summa suæ Rosellæ, qd in collationibus bñficiorū tria obseruari solēt, ut sublimitas psonæ, *Homil. 6 in cap. 8. Leuitici. Vide & homil. 7. in ca. 10. & 9. in cap. 16.*
24 hoc est, nobilitas. †Non. n. nobiles ab Ecclesia reprobant, sed honorant, primo capite Numeri à Moyse, nobilissimi principis p tribus & cognationes suas, & capita exercitus Israel, quos tulerunt Moyses & Aaron, recensent, Et congregauerunt eos ut recenserēt oēs, & Deuteronomij primo dicitur, De tribubus uestis sapientes & nobiles constitui eos, & Ecclesiastes. 10. Beata terra, cuius Rex nobilis est: & 1. Machab. 1. Vocauit pueros suos nobiles, qui secum nutriti erant. Nobilitas aūt fidelitas intelligitur, & *Num. 1. Deut. 1. Eccle. 10 1. Mac. 1*
25 pſtantia à maioribus tradita: †Secundò obseruatur eruditio. Eps. n. debet, ut & Ecclesia honorare personas litteratas, eruditas, non solùm uerbo, sed & facto subueniendo eis pinguius de redditibus ecclesiæ. Ecclesia. n. uniuersalis ualdè indiget uiris literatis, doctis ad sui regimen, ut in c. Cū ex eo. de elect. Sic Dñs erudiuit Beseleel filium Huri & Ooliab filium Achisamech sapiētia, ut fecerint opera Abietarij, Polymitarij, & Plumarij de Hyacintho, conoque bis tincto, purpura, & bysso, & texant omnia ac noua quæque reperiant. Hos uocauit Moyses, ut & omnes sapientes quibus Deus sapientiam dedit, & Daniel ait, Qui ad iustitiam eruditus est, erudit multos, quasi stellæ in ppetuas æternitates. Salo *Exod. 35 Exod. 36*

mon misit ad Regem Hirã, ut mitteret sibi uirum
2.Par.2 eruditum. Rex Artaxerxes dedit exemplar Esdræ
1.Esd.7 sacerdoti scribæ erudito in sermonibus & præceptis
Nehem. 7 Domini,& cæremonijs eius in Israel. Rursus dixit
Athersata eis ut non manducarẽt de sanctis sancto
Act.7 rum,donec staret sacerdos doctus & eruditus. Acto-
Act.22. rum septimo dicitur, quod Moyses est eruditus oĩ
sapiẽtia. Paulus gloriatur de se ꝙ eruditus est iuxta
ueritatem paternæ legis. Sed & mulieres doctę, quæ
Exo.25. uenerant, dederunt Hyacinthum, purpuram, uermi
1.Esd.2 culum. byssum, pylos, caprarum, spõtè propria cun
Dan.12 cta tribuẽtes. Et Esdras ait, Donec surgeret sacerdos
usq; doctus & perfectus. & Daniel dicit. qui doct
fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti. Et
mox. Neq; intelligẽt oẽs impij, docti aũt intelligẽt.
Deu.29. Et cum omnibus stant coram Dño maiores natu, &
doctores. Sed & populus à Mose imperari hoc sibi
audit. Congregate, ait, ad me oẽs maiores natu per
Deu.31 tribus uestras atq; doctores. Et Benedictus in latitu
Deut.33 dine Gad, quod in parte sua doctor esset repositus,
Luc.3. qui fuit cum principibus populi. Christus sedit in
1.Tim.2 medio doctorum, audiens & interrogans eos. Pau-
lus se doctorem uocat Gentium, ueritatem dicens,
non mentiens Tertium est, quod obseruatur in col
latione beneficiorum personæ uirtus & morum ho
nestas. ut in c. Cum in cunctis, de Elect. Hic quæri
põt, An benè uestitus debet præferri sordido aut in-
culto cæteris paribus ad officij administrationem?
& an frater S. Frãcisci, qui iuxta opinionẽ uulgi cõ
tẽptius uestimentũ gestat, debet postponi canonico
benè uestito? imò an in aliquo conuentu cæteris pa
ribus, melius uestitus debeat anteferri minus culto
qñ uulgo dici solet, qđ cuculla facit Monachum, &
pallium philosophum: quamuis plurimi pallio te-
Eccl.19 nus tm̃ philosophi sint, & vestis uirum facit. Eccle-
siasticus scripsit. Amictus corpis, & risus dentiũ, &
ingressus hoĩs enuntiant de illo. Ex uisu cognosci
tur uir, & ab occursu faciei cognoscitur uir sen-

fatus. Heliodoro etiã apparuerunt duo iuuenes uir 2. *Mac.*
tute decori, optimi gloria, speciosaque amictu, qui 3
circunsteterunt eum. D. autē Ioannes habuit uestē *Matt.* 3.
de pilis camelorū & apud Zachariam legitur, quod *Zach.* 3.
Iesus erat indutus uestibus sordidis & Christus ad *Luc.* 7
Discipulos Ioānis ait. Quid existis uidere? hominē
mollibus uestimentis indutum? Hodiè prohdolor
multi plus uestimenta respiciunt, quàm uirtutes.
Nec mirum ꝙ apud Aulicos incultior uestitu postponit̃ pulchrè uestito. Sed qñ uestitus detrahit morum honestati, tum nō est mirum, quod hinc uilior ꝑsona habet̃. Quantum uerò addit morū honestati, frugalitati, & modestiæ, tm̃ quoq; authoritatis cōciliat: adeò ꝙ Franciscanus in suo uestitu præferri possit Canonico. Et legimus apud Val. Max. Iulio Cęsari summę laudi fuisse datum, quod honestè uestem dimiserat, cum caderet ictibus confossus pluribus: quāuis anteà eò quod discinctus ambulare soleret fuisset reprehensus. Modestia & decorū ubiq; est seruandum, à quo qui recedit ab honestate, deficit, eoq; nomine improbari potest non solum hoībus, sed & Deo: cui ordo, pulchritudo, atq; decorū placent in omnibus. Itaq; Deus nō accipit personā ratione uestitus, sed exigit ut decorum seruetur, omnia enim, ait Paulus, fiant in vobis honestè & secun 1. *Co.* 14
dum ordinem, qui uerò ad uestitum pulchrum uel similia respicit, & huius causa aliquod beneficium alicui tribuit, is accipit personā, uti ferè fœminæ, & homines carnales factitant. Non. n. uestitus est causa, ꝑp quā debeat dari officium, munùsve publicū: sed fides & meritum, quod quale sit, pulchrè Paulus 1. *Ti.* 3.
docet, ubi inquit: Qui Episcopatum desiderat, bonū opus desiderat. Epm oportet esse sine crimine. Demum, si quis consanguinitatis nomine det beneficium, uel officium, is quoq; incurrit crimē acceptionis personarum. Nam sic D. Hieronymus scripsit super Epist. Pauli ad Titum. Moyses amicus Dei, cui *ad Tiū.*
facie ad faciē loquutus est Deus, potuit utiq; succes 2.

sores principatus suos filios facere, & posteris propriã relinquere dignitatem, sed extraneus de alia tribu eligitur Iosue, ut sciremus principatũ in populo nõ sanguini deferẽdum esse, sed uitæ. At nunc cernimus aliquos hãc rẽ beneficio facere, ut nõ quærant eos in Ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscant Ecclesiæ prodesse, sed quos uel ipsi amant, uel quorũ sunt obsequijs deliniti, uel pro quibus maiorum quispiã rogauerit, & deteriora taceã, qui ut clerici fiãt, muneribus impetrant. Origenes quoq; super illud. Num. 27. Prouideat Dñs spiritũ omnis carnis. Discãt, ait, electorũ Principes successores ibi nõ eos, qui cõsanguinitate generis cõiuncti sunt, neq; qui carnis propinquitate sociãtur, testamento signare, neq; hæreditariũ tradere Ecclesiæ principatum, sed referre ad iudicium Dei, & non eligere illum, quem humanus affectus commendat, sed totum Dei iudicio de successoris electione permittere. Et mox: Nulla hæc populi acclamatio: nulla propinquitatis uociferatio, propinquis agrorum & prædiorũ relinquatur hæreditas, gubernatio autẽ populi illi tradatur, quem Deus elegit, scilicet qui in se habet spiritũ Dei, id est, in quo sit claritas legis & scientiæ, ut possint eũ audire filij Israel. Quæritur tamẽ utrũ peccet Episcopus dãdo beneficium Ecclesiasticum suo consanguineo, uel amico, uel famulo. D. Thomas in quodlibetis rñdet: Si consanguineus sit æquè idoneus ac competitor est, uel alius esse debet, põt pferri, nisi sit metus scandali, aut mali exempli quo alij plati ad simile uel peius inducantur, ne dent indignis consanguineis Ecclesiasticas dignitates. Alioqui cõsanguineus põt pferri alij, ꝙ naturalis hic amor nõ est contrarius charitati. At si minus est idoneus, non dẽt pferri alii, maximè meliori, pp duas causas, prima est, qa cum possit non reddit melius negotiũ Dñi, sed peius is q negotiũ gerit ceu nequã dispensator, altera qa ptinet ad acceptionem personarũ. Cõditio. n. cõsanguinitatis, amicitiæ, famulitij

Orig. super Nu. 27

mulitii, non est cōditio pertinens ad curam Ecclesiæ, ut quæ non potest obtineri iure consanguinitatis, sed diuinò munere, ut fide & merito à Paulo descripto. Consanguinitatis uerò conditio facit ad negotium dispensationis hæreditariorum bonorũ. Vnde si Episcopus ex his prouideat suo consanguineo minus idoneo ad munus Ecclesiasticę, non est acceptio personarũ. Ita amicitiæ, & famulitij causa uel conditio facit ad negotiũ dispensationis bonorum labore partorũ. Itaq; de his potest prout placet elargiri sine acceptionis personarũ crimine. Itaq; contingit
26 aliquam personæ cōditione facere eã dignã respectu alicuius rei, non tamẽ alterius rei. Sicut consanguinitas personę eã acquirit dignitatẽ, ut quis sit dignus hæreditate, instituatur hæres patrimonii, non aũt ut detur ei munus docẽdi, cõcionãdi, aut dignitas Ecclesiastica. Sicut aũt dignitas, uel munus, alicuiusq; officii administratio, datur pp merita cõdigna, eò, ne sit acceptio psonarũ: ne Simonia: ita honor dat̃ in testimoniũ uirtutis, ut Arist. 4. Ethi. docet. Imo sola uirtus est cã debita exhibẽdi honoris. Fit hoc dupliciter: uel qa uirtus est ppria: tunc ipsi uirtuoso debetur honor: uel qa uirtus aliena, cuius respectu Principes & Pręlati sunt honorãdi, et si sint mali inquãtũ gerãt personã Dei & cõmunitatis, cui præsunt. Et eadẽ rõne parẽtes, Dñi & similes sunt honorandi propter participationẽ diuinæ dignitatis. Qm̃ Deus est oĩum pater & Deus, similiter senes propter signũ uirtutis, quod est senectus: undè D. Hieronymus cõtra Iouinianũ scripsit, quæritur cur nõ Ioannes electus est Virgo? s. ut esset caput Ecclesiæ. Respondetur quod hoc ætati delatũ est, quia Petrus senior erat, ne adhuc adolescẽs & penè puer pro gressæ ætatis hominibus pręferretur. Et similiter diuites, quòd maiorẽ locũ obtinẽ in cõmunitatibus, & plus eleemosynis prodesse possunt. Sin aũt solo intuitu diuitiarũ honorãtur, est acceptio psonarũ, ideoq; peccatũ. Gregorius Hom. 28. sic cõmeminit.

Superbia nostra retunditur, quòd in hominibus nō naturam, qui ad imaginationem Dei sunt facti, sed diuitias honoramus. Ita personarum acceptio est, quando uel indebitè honor exhibetur, uel indebitis, id est, non promeritis munus publicum, uel dignitas, uel ordinis Ecclesiastici gradus confertur. Talē acceptionem personarum à Christi fidelibus D. Iacobus excludit. Et si res penè contra naturam uidetur, ut sine peccato aliquis sit, attestante D. Hieronymo in Epist. ad Oceanum, sed tamen talis eligatur, cuius comparitione cæteri dicantur Grex: qui tantum merito anteit, ut eius cura benè grex pascat, atq; ita electio personarum acceptionem excludere debet. Por-
27 rò ordo† Ecclesiasticus etiā excludet personarum acceptionem: Ordo est enim parium disparium rerum sua cuiq; loca tribuens dispositio, ut Augustinus de Ciuita. Dei lib. 19. docet. Ordo sacer est signaculum quoddam, in quo ordinato spiritualis potestas datur ad officium. Boetius. 1. Consol. 6. metro, rectè canit.

Sic quod præcipit uia
Certum deserit ordinem,
Lætos non habet exitus.

Paulus mandat, ut omnia fiant honestè & secundum ordinem. Seneca dicit in Epi. 39. ad Lucili. Nihil autem ordinatū, quod præcipitatur & properat.
1. Co. 9. Et Paulus ait, Quod Deus ordinauit his qui Euan-
Exo. 40. gelium annunciant, de Euangelio uiuere. Et panes
Rom. 13 propositionis erant ordinati: & quæ sunt à Deo or-
Gal. 3 dinata sunt. Et quid igitur lex usq; ordinata per An
Rom. 13 gelos in manu. Et qui resistit ptāti, Dei ordinationi
Nehe. 13 resistit. Deus quoq; legitur constituisse ordinem sacerdotum Nehe. 13. & propheta meminit ordinis
Ps. 109 sacerdotalis Melchisedech, Tu es sacerdos in æter-
Hier. 31 num secundùm ordinem Melchisedech. Hieremias dicit quod fecit ordinem Lunæ & Stellarum in cœlo: in cœlo est ordo stellarum & dignitas, ac unicuique tribuitur secundum usum à Deo impressum. Et

qui

qui resurgēt & Deo placebunt, etiam ordine quodā uariabunt, sicut uariant ipsa cœli sydera. Nam sic tribuitur unicuique secundum opera & constabit Iustitia distributiua. Paulus ad Corinthios ait, quod unusquisque in ordine suo. Sicut ordinatione Dei perseuerat dies, ita ordinatione Ecclesiastica constat lux in cordibus fidelium. Nā & ordo Sacerdotum Aaron celebris est, secundum quam tamen distinctio est & ordo celebris. 1.Cor. 15 Heb. 7

Quare Origenes super Leuiticū ait: Agnoscat unusquisque ordinem suum, & quod dignum est, eo ordine, quē suscepit intelligat, & ita libret actus suos, ita etiam sermonem, incessum, quoque & habitum moderetur, ut cum ordinis sui professione conueniat. ne audiat dici ad se à Deo: Quia propter uos blasphematur nomen meum inter gentes. Nam ut Anastasius presbyter dixit, Nō loca uel ordines nos creatori nostro proximos faciunt, sed nos, aut merita bona, scilicet quæ in ordine facimus, coniungūt, aut mala disiungunt. Itaque ordinatè ad ordines accedendum est. Nam teste Gregorio in Registro casum appetit, qui ad summa loci fastigia postpositis gradibus per abrupta ascensum quærit. Et ne hi qui ordinati sunt pereant, prouideri debet quales ordinentur, ut aspiciatur si uita eorum continens in annis plurimis fuerit, si studium lectionis, si eleemosynæ amorem habuerint. Nullus debet ad altare accedere, nisi cuius castitas ante susceptum mysterium fuerit approbata. Pueri ad sacros ordines nullatenus admittantur, ne tanto periculosius cadant, quanto citius ad altiora conscendere festinant. Qui uerò pueros ordinant, acceptionis personarum crimen incurrunt, si propter pecuniam id faciunt, Simonia est. Electio itaque excludit ut & ordinatio, acceptionem personarum, præsertim quia hoc iustitia ipsa distributiua exigit. Cassiodorus super illud Psalmi, & operatur iustitiam, inquit, quod iustitia non nouit patrem, non nouit matrem: Veritatē nouit Origines homilia. 6.in c. 8

Exo. 34 nouit: pſonā nō accipit, Deū imitať. Deus aūt domi
nator misericors, clemens, patiens, multę miseratio
nis, ac uerax qui custodit misericordiā in milia, qui
aufert iniquitatē & scel era, atq; peccata, nullusque
Iob. 3. a apud ipsum per se innocens est. Qui reddit iniquita
tem patrū filiis ac nepotibus in tertiā & quartā ge-
Iob. 33. nerationem. Iustus est Dominus, & omnia iudicia
eius uera sunt, & omnes uiæ eius misericordiam,
Iob. 37 ueritas & iudicium, & ut Iob ait. Absit à Deo omnis
impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim
hominis reddet ei, & iuxta uias singulorū restituit
eis, & paulò post: dignè, ait, Deum inuenire nō pos
sumus, magnus fortitudine, & iudicio, & iustitia, &
enarrari non potest, ideò timebunt eum uiri, nec au
Act. 10 debunt contemplari omnes qui sibi uidetur esse sa-
pientes. Aperiens Petrus os suum dixit, In ueritate
comperi, quia non est personarum acceptor Deus:
sed in omni gente qui timet Deum & operatur iu-
stitiam, acceptus est illi. Deus enim qui homines
generat, & inspirat, omnes æquos, & pares esse uo-
luit. Eandem conditionem uiuendi omnibus pro
posuit, omnes ad sapientiam genuit, omnibus im-
mortalitatem spopondit, nemo enim à beneficiis
eius cœlestibus segregatur. Nam sicut omnibus
unicum suum lumen æquabiliter diuidit, emittit
omnibus fontes, uictum subministrat, quietemque
somni dulcissimam tribuit, sic omnibus æquitatē, ue
ritatē, uirtutemq; largitur. Nemo apud Deum ser-
uus est, nemo Dominus. Si enim cunctis idem pa
ter est, æquo iure oēs liberi sumus. Nemo deo pauper
est, nisi qui iustitia indiget. Nemo diues, nisi qui uir
tutibus plenus. Nemo denique egregius, nisi qui bo
nus & innocens fuerit. Nemo clarissimus, nisi qui
opera misericordiæ largiter fecerit. Nemo perfectis-
simus, nisi qui omnes gradus uirtutis impleuerit.
28 †Hæc est Dei iustitia erga omnes qui eum quęrunt,
& diligunt, ut unicuique reddat secundum opera
quæ fecit. Nunc quia opera diuersa sunt, fit hinc e-
tiam

tiam ut iustitia uariet, uoceturque distributiua, ut quæ ueritatem nouit, & iuxta quod uerum æquũ, & bonum ac cuique conueniens est, cuncta moderatur. Veritas unica est adæquatio rei ad intellectum, ut Aristoteles. 2. Metaphysicorum ait. Aequitas non parit bellum. Est autem æquitas iustitia dulcore misericordiæ temperata, uel iustitia omnis præter legem scriptam: & hæc epiicia dicitur, uel isotis uel æquabilitas. Seruatur in congrua legum ad opus applicatione, ut potius intentio legislatoris, quàm uerba seruentur. Verba enim deseruire intentioni debent, non intentio uerbis: tum in rerum iusta & debita commutatione, Leuitic. 19. Statera iusta & æqua sint pondera. Denique in bonorum, honorum, dignitatum proportionata participatione, ut in omni collegio æquitas seruetur, in laboribus, emolumentis, pro officiorum proportionata conditione. Hæc efficit ut iustitia distributiua sit regulata, de qua quidem in genere multa Aristoteles Ethnicorum. 5. disseruit. Et quia ab hac iustitia decorum nascitur, teste Cicerone qui ait in Offi. Et iusta omnia decora sunt, iniusta omnia sic indecora sunt ut turpia, ideo Cicero in Officiis de hac iustitia agit satis plenè, & ad temperantiam atque decorum confert. Hæc iustitia exigit ut ei plurimum tribuamus à quo plurimum diligimur. A Deo autem plurimum diligimur. Itaque qui patrem, aut matrem plus amat, quàm Deum, quàm Christum, non est Deo, non Christo dignus. Sic iustitia non nouit patrem, non matrem, sed ipsam boni operis recompensationem, uel mali pœnam: & quia in ipso bono opere quoque partem habent pater, mater & amici, eatenus iustitia nouit patrem matrem & amicos, sicut pietas declarat. Sic deus, quia iustus, odio habuit Esau, non quia Esau, sed quia malus, & malum operabatur, quod ipsi Iustitiæ est odio. Deus Iacob dilexit,

Leui.19

Mat.9

xit,quia bonus & bonum operabatur, quod Deus diligit. nam quicquid homo fecerit, sem per laudabilem in suis factis inueniet Deum, si recte egit laudabilem inueniet per instrumẽtum præmiorum: si peccauerit, laudabilem inueniet per iustitiam suppliciorum, si peccata confessus ad rectè uiuendum redierit laudabilem inueniet per iustitiam indulgentiarum. Hæc iustitia distributiua omnia facit laudabilia, pulchra, & optima. In hac non acceptio personarum, sed æquitas tribuens unicuiq; homini & rei, ius pro cuiusque dignitate. Ab hac ueniunt Amicitia, Concordia, Pietas, Religio, Affectus, Humanitas, his uirtutibus uir bonus primum sui, atque deinde Reip. Rector efficitur, ut ait Macrobius. Per has uirtutes uia est ad ęternam fœlicitatem. Iustus enim ut palma florebit, sicut cederus Libani multiplicabit, nunquam derelinquitur, in memoria æterna erit, semper in domino lætatur, ab auditione mala non timebit. Beatus est, mortem non metuit, semper in luce splẽdente ambulat, semper est cum laudibus: benedictionem domini in capite gestat, coronam in lapide pretiosso. 29 †Vt igitur explosa personarum acceptione intelligamus hanc iustitiam distributiuam nobis in communi uita commendatam à Deo, quatenus eam obseruare debemus, idcirco ex sacra scriptura, quæ ueritas est, & quam nos colere atque sequi iustitia mandat, in qua fides nostra uersatur, unde, beatitudo contingit, per differẽtias personarum illam docebo, adiungens aliquot Doctorum & Theologorum uirorum sanctorum auctoritates. Lex ait, quantum quisque mereatur non quantum dare sufficiat existimetur. leg. Si quemquam. C. de episcop. & cle. Non enim respicimus ad personas aut dona, sed ad opera, uel merita, quorum ratione fit ut uni hæc alii alia dignitas, honos, uel census tribuatur, aut labor, curaque incumbit, ut cui tributum, detur tributum, cui uectigal uectigal, quæ Cæsaris Cæsari, quæ Dei DEO, Neque sine naturali lumine iustitię Romanus

Psal. 91

Psal. 111.
Proue. 4 & 10.

Rom. 3. Mat 1. z. b.

nus ille ciuis ſuo conſuli dixit, *Si uis me eſſe bo-*
num tuum ciuem, præſta tutæ mihi bonum conſu-
lem. Non enim perſonæ conſulis per ſe tantum tri-
buebat, ut illi obtemperaret, ſed uirtuti conſulari,
& dignitati, quã ſuſtineret. Merita itaque cuiuſque
inſpiciuntur, quorum ratione quia officia uariant,
hæc obſeruare ſicut oportet iuſtitia diſtributiua do-
30 cet.† De qua me ſi non plenè, ſaltem fideliter & ſtu-
dioſe tum me diſſeruiſſe confidam, quum per diuer-
ſitates perſonarum, quæ partim ratione naturæ, par
tim ui actionis humanæ Deo ſic ordinante occurrũt
totum hoc negotium deduxero, & ex ſacris literis il
lud confirmauero. Quamobrem agam primò quo
modo ſe gerant Eccleſiaſtici & ſpirituales Epiſcopi,
atque Sacerdotes, Eccleſiæ diaconi erga ſuum popu-
lum: tum quo modo populus ſe gerat erga ſuos ma-
giſtratus eccleſiaſticos: quod autem ſint eccleſiaſtici
uel ſæculares, quos populum uel laicos dicimus, id
utique merito uitę cuiuſque debetur uel à ſeipſo, uel
aliunde proueniente, Deo ita uolente, ad tranquil-
lam fœlicemq́ue Reip. ſuæ Chriſtianę gubernatio-
nem. alioqni ubi hoc meritum non adeſt, more peco
rum homines uitam tranſigunt. Ethnicæ quoque
Reſpub. ad diuturnitatem ſui ſtatus has differentias
uitæ cuiuſque, per dignitates, honores, labores, præ
mia diſtinxerunt. Quæ uerò perfectius rem attige-
runt omnium diutius & fœlicius perdurauerunt:
contrariæ ſemper uarijs fortunę miſeriſque fluctι-
bus iactatæ ſunt, & corruerunt. Chriſtiana autem
Reſpub. quæ eſt catholica eccleſia Dei perfectiſſimè
hanc rem tenet, tradit, obſeruat, & exercet iuxta ue-
ritatem ipſam in ſacris literis, apoſtolicaq́ue traditio
ne, martyrum teſtimonio, doctorum confeſſione in
nocentium laudibus fundatam, corroboratam, &
in æternum conſignatam, ſancitam, & ratificatam.
Quare hæc inuicta reſiſtit omnibus impiis, inuiola-
bilis & inexpugnabilis permanet contra infideles,
contra hęreticos, ſchiſmaticos, atque apoſtatas, con
tra

tra ignita tela diaboli. Id præſertim tantò fit uerius, quò uigilantius eccleſiaſtici præfuerint, & populus dicto audiens fuerit. Illis igitur primum, hiſque ſecundum commentarios deſtinaui: tertius exponet quomodo reges, & principes præerunt: quartus quomodo plebs, atque inferiores obtemperabunt: quintus quæ ratio ſeniorum erga iuniores: ſextus de ratione uitæ iuniorum erga ſeniores: ſeptimus de ratione dominorum erga ſeruos: octauus de modo miniſtrorum & ſeruorum erga dominos: nonus de ratione maritorum: decimus de ratione uxorum. Vndecimus de ſtatu matrimonii: duodecimus de ſtatu Virginitatis: ultimus denique de ſtatu Viduarum. Nam de Cœlibe cum eis ſatis dicetur.

Poſteà admonitiones aliquot ſubiungam ad eos, qui ſingularium operum, uſuſque Reipublic. uel ſui cauſa uariant. Itaque primò admonitionem meam dirigam ad diuites huius ſæculi: tum ad pauperes: inde ad opifices, tum Religioſos: deinde ad Mercatores, poſtea ad Agricolas: tum ad milites & ſtipendarios: ac ſtatim ad telones, publicanos, hoc eſt, tributorum uectigaliumque collectores, dein ad luxurioſos, tum ebrioſos: tandem ad homines uirilis ſexus in genere: poſtremo ad fœminas in genere. His profecto rectè obſeruatis haud exiguum ornamentum, atque emolumentum non ſolum unicuique mortalium hæc ſequenti continget, ſed ad totam quoque Rempublic. redundabit, quinimo maximè hoc calamitoſo tempore & in catechiſmo puerorum neceſſarium eſt, ut hoc negotium uarietatis perſonarum, & conditionis cuiuſque ſuæ excolendæ rectè proponatur, exquiratur, intelligatur, & ſemper inculcetur, atque obſeruetur.

Vt ſine quo nullum officium conſtare poteſt

test nulla pietas, nulla uirtus etiam, sed omne malum inundet diluuij instar. † Olim ethnici diligentissimè officia cuiusque tradebant, & legibus sanciebant, ut Plato in legibus & Republi. ostendit. Aristoteles in Ethicis, politicis, Oeconomicis, paruisque Moralibus. Panætius, in Officijs, Chrysippus, Carneades, Lyppus, Aristippus, Democritus, Xenophon in dictis & factis Socratis, in Oeconomicis & in Cyripædia. Cicero in officijs Panætium & Stoicos sequutus, & in Tusculanis quæstionibus, in Republica, Seneca, Valerius Maximus, plutarchus, D. Ambrosius in libro officiorum satis declarat, quàm diligenter, quantaque olim industria Christiani in hac parte philosophiæ exerceri solebant. Licet hoc quoque cernere apud Diuum Gregorium de conflictu uirtutum & uitiorum, in pastorali, & in Commenta. super Iob, in Historia Tobiæ, in Ecclesiastico & Prouerbiis. Hoc satis Epistolæ plurimæ Diui Hieronymi demonstrant, ut ea quę est de uita & conuersatione clericorum, de statu uiduali, de contemptu sęculi. Regula. Sanctimonialium. De Virginitatis excellentia & Virginitate seruanda, & de modo beneuiuendi. Ad Nepotianum, ad Susannam lapsam. ad Gaudentium de institutione Filiæ, ad Pammachium & Oceanum: ad Terentiam de uera circuncisione: ad Fabiolam de Veste Sacerdotali: ad Damasum Papam, de Filio prodigo, ad Cresiphontem de homine perfecto: De tribus Virtutibus. De institutione puerorum: Tum D. Augustinus in libro de Catechumenis, de honestate mulierum, de duodecim gradibus abusionum, De contemptu mundi ad Clericos, De contritione Cordis. Sermones de uita & moribus clericorum, De uita Christiana, De Disciplina Christiana. De charitate. De Ebrietate. De uanitate sæculi, Regula de Cómuni

uita

uita Clericorum. De moribus ecclesiæ Catholicæ, De Magistro, De opere monachorum. De Bono perseuerantiæ. De Visitatione infirmorum. Sermo de filio prodigo. De bono coniugali, de adulterinis coniugiis, de bono Virginali. D. Ambrosius de officiis lib. 3. De Fuga Sæculi. De Iacob & Vita Beata, De dignitate Sacerdotali, Cura pastoralis, De Virginibus, de uiduis, Ad Virgines. Instit. Virginum &c. S. Cyprianus de laude Virginitatis. Multa habet S. Basilius, Origenes, Gregorius Nazianzenus. D Benedictus in Regula. Isidorus. Boetius de Scholaribus. Vincentii Belluacen. Speculum morale. Hugo de S. Victore de Vita monastica. Dionysius Rikel Carthusianus de Regimine præsulum, de uita & Regimine Archidiaconorum, de uita Canonicorum, de Vita curam animarum habentium, de institutione Scholasticorum. De Vita & Regimine principũ. De uita & Regimine principis Fœminæ. Directoriũ Vitæ nobilium. De Vita militari aliud opusculum. De laudabili uita Coniugatorum. De laudabili uita Virginum. De laudabili uita Viduarum. De Reformatione Claustralium. De Reformatione Monialium. De Vita inclusarum. De Vita & fine Solitarii. S. Bernardus ad Milites, ad Eugenium papam. Io. Gerson, de mendicitate spirituali. Instructio ad Sorores. Contra proprietarios Regulam S Augustini professos. De Monacho inobediente. De exercitiis Deuotorum. De Temperantia prælatorum. Franciscus Petrarcha de Remediis utriusq; fortunæ, Ant. Sabellici Exempla. Speculum morale Antonini.

32 † Quam quidem partem moralis philosophiæ D. Paulus, Petrus, Iacobus, Ioannes, & Salomon, imo ipse Christus accuratè docent Matthæi capite quinto, sexto, & septimo & ubique in eos inserunt. quẽadmodum hæc crassissima est philosophiæ & Christiani hominis pars, ita turpissima & damnosissima si negligatur. Mores enim cuiusque, sibi fingere honores uerè dicitur. Itaq; conatum feci ut hac mea lu

cubra-

cubratione partem philosophiæ moralis in mediū reuocarem, eamq; oībus uerbi diuini concionatoribus commendatam ita esse desidero, ut nūquam nō hanc doceant, & inculcent, atq; hanc doctrinam fidei ingenerent, augeant, illustrent, & conseruent. Quoniam fides sine operibus mortua est. Excito quidem studium hoc, & exigo: sed non satis est: uiā quandam monstro, & syluam aperio, ut qui uolet, omnes autem uelle debent, facilè me sequi possit, & copiam infinitam dicendi, exhortandi, docendique populum sibi parare queat, idq; ne erret, ex ipsa sacra scriptura, quæ in Christo Iesu fons uitæ æternæ est. Oro igitur pium lectorem, ut hunc meum laborem inter uarias occupationes huic negotio destinatum boni, æquiq; consulat, utatur, & fruatur ad æternitatem uitę cœlestis, & animæ suæ salutem. Titulum verò operi indidi Parænetica Christiana, ad imitationem Isocratis parænesim ad Demonicum scribentis, illud idem ubique obseruans ut omnes Christianos sui officij, suæq; uocationis admoneā, & ad laudabilem uitam adhorter, quod quidem à Græcis Paræneticon dicitur.

PRIMVM THEMA.

DE SPIRITVALIBVS PRAELATIS.

Et quonam pacto ipsi sese inter communem populum regere debeant.

SMMAE.

1 *Breuis admirabilis fabrica oculi humani enarratio præmittitur, ad demonstrandam dignitatem, & officium ecclesiasticorum.*

2 *Demonstratur quod ecclesiastici eodem modo se habent, aut saltem habere debent, sicut oculi in corpore humano, uel (ut breuius dicam) ecclesiastici oculis comparantur.*

3 *Ex functionibus oculorum demonstrantur functiones ecclesiasticorum.*
4 *Ecclesiastici debent esse uigilantes in custodiendo grege suo.*
5 *De manu oculata, fit quædam relatio ad ecclesiasticos, ut sint sobrij, nec facile credendo decipiantur.*
6 *Ecclesiastici comparantur ouibus, quarum exemplo instituuntur, quomodo se gerant.*
7 *Ecclesiastici debent esse boni pastores sui gregis.*
8 *Officia pastorum describuntur, & quid uirga pastoris significet.*
9 *Quid baculus pastoris significet?*
10 *De pera pastorali, & quomodo ecclesiastici hanc peram sibi sument.*
11 *De fistula pastorali, & quomodo ea accommodatur ecclesiasticis.*
12 *De cane pastorali, & quomodo ecclesiastici ad hunc respicere debent.*
13 *De sollicitudine pastoris ut curet gregem suum.*
14 *Qui dicuntur prælati, & qui nomine prælatorum comprehenduntur?*
15 *Diuersitates, & species prælatorum edisseruntur.*
16 *De dispensatione Regiminis prælatorum.*
17 *Quod diuersitates ecclesiasticarum personarum in ecclesia à Deo constitutæ sunt.*
18 *Nemo se debet ingerere ad ecclesiasticas dignitates.*
19 *Ex nominibus ecclesiasticarum personarum, & auctoritatibus scripturæ docentur officia ecclesiasticorum, & pœnæ si deficiant.*
20 *Ecclesiasticis bonis operibus prælucere debent?*
21 *Quomodo ecclesiastici dicantur sal terræ?*
22 *Quomodo ecclesiastici sunt lux mundi?*
23 *Quomodo ecclesiastici sint ciuitas super montem.*
24 *Quomodo ecclesiastici comparantur lucernæ accensæ?*

ADmirabilem certè fabricā oculorū Galenus in lib. de Vsu partiū prodidit. Pretiosissimę enim oīum partium humani corpis sunt oculi: & qui lucis

cis usu uitam distinguãt à morte: signobilissimisq; aĩalibus nulli ut ostreis, aliis imperfectiores, quibusdam cõcharum etiam dubij, pectines.n.(inquit Plinius) si quis digitos aduersum hiantes eos moueat contrahuntur uidentes, & solenes fugiunt admota ferramenta. Quadrupedum uisus talpis non est, oculorum tñ effigiem deprehendes, si prætentam detrahas membranam, nobilissimo oĩum aĩalium homini ad imaginem & similitudinem Dei creato perfecti sunt oculi, quo argumento facilè colligitur nobilissimam esse partem. Neq; enim ulla ex parte maiora animi iudicia cunctis aĩalibus desumuntur, aut insunt, sed homini maxime. id est, moderationis clementiæ, misericordiæ, odij, amoris, tristitiæ, lętitiæ. Contuitu quoq; multiformes, truces, torui, flagrantes, graues, transuersi, limi, submissi, blãdi: profecto in oculis animus inhabitat, hi sedes, nũcii, palatia, & imago illius ardent, intenduntur, humectant, cõniuent. Hinc illæ misericordię lachrymæ. Hos cùm osculamur, animũ ipsum uidemus attingere. Hinc fletus, & rigantes ora riui, quis ille humor est in dolore tam fœcundus & paratus, aut ubi reliquo tpe? Animo aũt uidemus, animo cernimus, oculi ceu uasa quædam uisibilẽ eius partem accipiunt atq; transmittũr. Sic magna cogitatio obcæcat abducto intus uisu, sic in morbo comitiali nihil cernimus animo caligante. Itidem hos tanq̃ animi nostri benigni testes & iudices mittimus, aut eruere dicimus. Paulus nanq; ad Galatas scribit. Testimonium.n. perhibeo uobis: quia si fieri posset, oculos uestros eruissetis, & dedissetis mihi. nult nanq; significare, ꝙ Galatæ toto animo se diligebant: unde statim subiungit: Ergo inimicus uobis factus sum, uerum dicens uobis. Et propheta loquitur. Oĩum oculi sperant in te Dñe, sed maxime hominum: oculi sperant in Deum, unde & cælum respiciunt: Quare sic canit Ouidius. *Gal. 4. b*

Pronaq; ne cùm spectent animalia cætera terram:

Os homini sublime dedit, cælumque videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

2 Sed dicet nunc aliquis: quorsum hæc de oculis? Qm̃ propositũ est demonstrare, quo pacto sese prælati in ecclesia Dei cõstituti gerere debeãt erga suos inferiores, qđ sit officium, quæq́; partes illorũ: quatenus cõem inter populum uiuant atq; conuersentur. Illud aũt primum naturalibus rõnibus quas ẽt æthnici lumine naturæ, doctrinæq́; ui sequuti sunt, declarare oportunum vr: tum auctoritatibus sacrarum literarum, atq; consuetudinũ argumẽtis. Ideo ab oculis exorsus sum, omissis multis aliis exẽplis, qñquidem iis optima rõne à theologis comparant̃ prælati & doctores Ecclesiæ. Vt pote qui debẽt alios dirigere, aliorum curam gerere, aliisq́; præesse. Ezechiel propheta inquit. Statura quoq; erat rotis & altitudo, & horribilis aspectus & totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarũ quatuor. Rursus c. 10: Et oẽ corpus earum, & colla, & manus, & pennæ, & circuli plena erant oculis in circuitu quatuor rotarum, & rotas istas uocauit uolubiles audiente me. Eadem prorsus uerba apud Ioannem Apoca. 4. fere leguntur, & in conspectu, ait, sedis, tanquam mare uitreum, simile crystallo, & in medio sedis, & in circuitu sedis quatuor animalia plenã oculis antè & retro. His locis quidem prælatos, doctores, ac prædicatores diuini uerbi designari quis non aĩaduertit, quanquam diuus Hieronymus commentariis sup Ezechielem interpretetur lucem, & fulgorẽ, cuius maiestate totum orbem replent: tñ facilè intelligimus eam lucem in charta, uel libro scripto nõ posse lucere, sed in hoĩbus librum uitæ obseruantibus, & docẽtibus, qui ideo sic à Christo appellãtur: Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neq; accendunt lucernam, ut ponãt eam sub modio, sed super candelabrũ, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra corã homi-

Ezec. 1. cap. *Ezec. 10* *Apo. 14* *Matth. 5* *Marc. 4*

hoībus, ut uideant opera vestra bona, & glorificent patrem uestrũ, qui in cœlis est, Ideo quoq; Paulus Corinthiis scribit: Epistola nostra uos estis, scripta in cordibus nostris: quæ scitur & legitur ab oībus hominibus ministrata nobis, & scripta non attamẽ to, sed spũ Dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Paulus nãq; non scriptos libros, aut sententias, aut ut epistolas haberi, ut lucẽ aut ut oculos, sed ipsos p̃dicatores discipulos suos afflatos spiritu Dei uiui suas epistolas dicit. Ecquid mirum? nam D. Petrus manifestò id exponit, Et habemus firmiorem, inquit propheticum sermonem, cui benefacitis, attendentes quasi lucernæ licenti in loco caliginoso donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus uestris. Hinc D. Gregorius in pastorali ita scribit. Lux gregis est flamma pastoris: decet enim dominicum pastorem & sacerdotem moribus & uita clarescere, quatenus in eo tanquam in lucis suæ speculo plebs sibi commissam & eligere quid se quatur, & uidere possit quid corrigat. Sed quid multis opus est? Prælati Ecclesiæ, haud dubiè sunt oculi oculique esse debent. Si Græci de suis duobus oculis gloriati sunt, atque Athenas unum, Lacedemonemque alterum oculos uocauerunt propter excellentiam rerum gerendarum. Spartani una cum socijs de interitu, excidioque superatorum Atheniensium diu deliberantes, delendosq; esse censentibus sociis, negauerunt Spertani se ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos. Quur minus equidem prẹlatos, ut pote dignitate, cura, atque eruditione cum pietate cæteris mortalibus præminentes uocare possum oculos? Sed Christus Dominus noster à Zacharia designatur oculus: ait enim. Hæc est Amphora egrediens, & dixit. Hic est oculus eorum in uniuersa terra, rursus adde quod in apocalypsi Ioannis agnus dicitur stãs in medio seniorum, & tanquam occisus, habens cornua septẽ, & oculos septem, qui sunt septem spũs Dei, missi in oẽm terrã.

Luc. 8. & 11

2. Cor. 3.

2. Pet. 1.

Zach. 5. cap.

Apoc. 5. b

Hinc Apostoli atq; horum discipuli & prælati, doctoresq; ecclesiæ, & qui sacerdotes uocantur à Christo acceperunt gratiam sancti spũs, & dona septem sancti spũs administrant, testãte D. Ioanne. Hęc cũ dixisset, insufflauit, & dicit eis: Accipite spũm scũm, quorum remiseritis peccata, remittũtur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Quid amplius? credo itaq; quod satis demonstratum est, optima ratione, ac auctoritate Theologica prælatos, doctores, prædicatores ut discipulos Christi breuiter sacerdotes
3 uocari oculos. †Nunc cõsideremus quo nam pacto ad formam oculi, oculiq; exemplo prælati cognoscere possunt, quemadmodum inter cõem populum sese debeant habere, quod facile erit, si applicemus usus, actionesq; oculorum ad corpus, corporisque membra. Nam si sicut se oculi ad corpus, ita prælati ad populum suum se gerant, haud dubie optima forma Christianę Reipublicæ elucescet, & cõstituetur cæteris respondentibus bonæ gubernationi. Nam non solùm ut oculi sunt, sed etiam ut pupillæ oculi. Vnde sic Zacharias 2. cap. ait, Qui enim tetigerit
Zach. 2. c uos, tanget pupillam oculi mei: quia ecce ego leuo manum meam super eos, & erunt prædæ his qui ser uiebãt sibi, & Hieremias in Threnis, Cap. 2. Per diẽ
Hier. 2. f inquit & noctem non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi. Equid aliud est Sol in mũdo omnia suo colore uegetans, & seruans, quàm oculus Dei. Hinc apud Hesiodum hæc leguntur sensu tali interpretata de Sole.

Cuncta uidens oculus Iouis, & simul omnia uersat.

Et apud Homerum, Iliad. tertio.

Sol qui cuncta uides, tu singula qui auribus hauris.

Sed & clarius est oraculum redditum Nicocreonti Cypriorũ regi, in quo habetur illud de Sole: Oculus lucens splendidum lumen solis. Plurima huius
Psal. 18 generis testimonia recitat Macrobius: eò qui uelit recurrat. At in Sole posuit suum tabernaculũ Deus,

inquit

inquit psalmista. Itaq; non mirum si uerè Sol laudetur in Hymnis Orphei, huiusq; Solis tanquam secundi post Deum numinis ui atque imperio rerum natura regatur, & bene se habeat. Sed quod est in mundo Sol: id in homine oculi, & in ciuitate Dei Christus. Atq; huius sacerdotes, qui sicut Sol in firmamento fulgebunt. Sic nanq; legitur apud Danielem, qui enim docti fuerint (quos haud dubiè prophetas & sacerdotes intellexit) fulgebunt quasi splé dor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Nunc uideamus usum oculorum aliis partibus necessariũ, ut hinc de officiis prælatorum fidelius, ueriusq; ratiocinemur. Primum est opus oculorum lucem distinguere à tenebris, atq; ꝙ proximum est, uitam à morte separare: tum perducere ad cognitionẽ Dei, rerumq; naturæ, atq; ad illius adorationem: Vt patet ea primo capite Pauli ad Romanos, dum ait, Inuisibilia enim Dei à creatura mundi, per ea quę facta sunt intellecta conspiciuntur. Inde corpori notum facere, quæ utilia, iocunda, atq; ad conseruationem sui necessaria sunt, & ut ea possit adipisci, declinare fugienda, eaq; amoliri. Denique amicitiæ concilian dæ, aut inferendi belli signa capere, instrumenta monstrare, necessariaq; pro ut opus est, & subministrentur efficere, actionemq; gressus dirigere, quanquam magna adeo, multaq; munera obeunt, utiliaq; præstant: tamẽ paucissimis nutrimentis egẽt, suæque conseruationis, partiumq; suarum uigilantissimam curam agunt, nec ulli partium quamuis ipsi laborent per se iniuriam, nec morbum, nec malum inferunt, sed certissimè, & maximo acerbissimoque dolore aliis partibus compatiũtur, adeo ut si lippientem uideant oculum, statim lippiant & ipsi, & unius oculi effectus alteri protinus communicatur, nec alibi citius animi corporisque mutationes, aut mala animaduertuntur, quam in oculis, & per hos fit fascinum, multęque similes ligationes, Rom. 1.

quæ nescio an hodie tuto exponi debeant. quoniam fere homines eis, quæ à Deo optimo ad bonos usus sunt creata, facta, atq; concessa, abutuntur ad malū, sed stupendæ fiunt ligandi soluendiq; rationes per oculos: neq; hoc ueteribus ignotum fuit prodente
Gene.30 Plinio, & attestante sacra scriptura, Gene.30. cuius generis infinita exempla adducere possem, si etiam huius esset instituti: has oculorum functiones imitentur prælati. Primo ueritatem ipsam) quæ lux est in mentibus humanis) à mendaciis discernant, doceant, & obseruēt: tum uitam hanc hominum mortalem commutent in uitam immortalem, idq; ut faciant uerè, non sint Sapientes mundi sed tanquā ueri Dei imitatores, Deum uiuum & dn̄m nostrum Iesum Christum adorando, laudando, ac prædicādo indesinenter corā populo suo, atq; inde denunciēt populo uirtutes, ut has sectando imbuantur bonis moribus, bonaq; disciplina, per quam & quæ commoda, quæque grata sapiāt, & faciant, & possideāt: abundantes in oī bono: instituant populum fugere insidias diaboli, mundi, atq; carnis, superare tentationes, non haurire uanitates: ut charitatę ædificēt, & quæcunq; sunt augendæ conseruandęq; religioni Christianę promoueant, ac dissidia, Hæreses, cōtentiones, æmulationes prorsus tollant è medio, & populi sui gressus pedesq; in uiam pacis dirigant. Frugalitatis exemplis, ut quam Pythagoras oībus ingerebat, genitricem scilicet uirtutum, pręmineant, & oblato benignè nutrimento ab aliis utantur ad necessitatem, & tempore oportuno cum misericordia opus est lachrymis eleemosynarum irrigēt, & aspergant egenos ex populo suo, & ad peregrinos quoq; oculos misericordes conuertant, hospitioq; excipiant, nudos uestiant, ægros inuisant, incarceratos consolenter, sitientes reficiant potu, esurientes pane, captos redimant, & insepultos cōdāt. Sint uigilantissimi in custodiēdo grege suo, nec uel minimam ouem de centum perdant. Imitentur Ar-

gum

gum illum Iunonium, vnoq; obdormiẽte oculo alter uigilet, & in officium succedat, iuxta illud.

Lumina quot quondam Iunonius Argus habebat,
Tot uigilans uigiles pastor seruabit ocellos.

Huius etiã diligentiæ ergo Leones solent subijci sacris columnis, aut lateribus portarum, & ualuis templorum, & gallus in pinnis collocari turrium, ut Alciatus testatur rectè.

Instantis quod signo canens det gallus Eoi,
Et reuocet fessas ad noua pensa manus,
Turribus in sacris effigitur ænea mentem,
Ad superos peluis quod reuocat uigilem:
Est leo sed custos oculis quod dormit apertis
Templorum idcirco ponitur ante fores.

Nec abs re est, q̃d sacro sancta catholica Ecclesia seruat diligentissimè uigilias, queadmodum paulò post declarabit̃, cũ de igne Vestæ, & igne uiuo Moysaico, de Dracone, de manu oculata agemus. Postea verò Prælatus in Ecclesia non se solũ, suosq; defendet, sed ẽt nulli iniuriã ĩferat, uel minimo uerbo lædat cũ oĩbus amicitiam seruet: nisi quatenus ipse, & Deus conditor læsus illatã, aut imminentẽ iniuriã depellendã censent admotis brachiis, linguis, pedibus, externoq; ꝑ necessitate rei auxilio ascito. Si quẽ premi intelligit, primus sit, qui illud depellendũ arguat, ac conet̃, nullumq; malũ patiatur aut admitti, aut inultũ præteriri, aut non digno modò expiari, pœnitentiaq; leuari. Proditum est de Paulino Epõ Nolensi, quod tpe Vãdalorum ipse se in seruitutem tradiderit pro redẽptione filij cuiusdã uiduæ: adeo prælati exẽplo Christi suorũ cõmiseratione ducunt̃. Porrò quis nescit, dormiẽtibus pastoribus lupos superuenire, gregẽq; dilaniare, dæmones insidiari, & rapere leonũ rugientiũ instar. Vnde. D. Petrus, Fratres inq̃t, uigilate, & sobrij estote, quia aduersarius uester diabolus tanq̃ leo rugiens circuit, quærẽs quẽ deuoret, cui resistite fortes in fide. Vnde & Paulus iubet omnẽ armaturam Christiani militis induere *1. Pe. 5. c* *Ephe. 6.*

Præ-

quoq; tela diaboli. Sed nullus esset finis, si totam hãc
5 analogiã persequerer. † Anteq̃ tñ hoc loco de finã, ab
oculis trãsgrediar ad manũ oculatã, qualis esse dẽt ip
sis Prælatis, & cuius loco annulos quoq; gẽmis ar-
dẽtibus flãmæ instar insignes in digitis probatissi-
mo & antiquo ritu optimi ac prudẽtes Prælati ge-
stãt. In ipsos nãq; omniũ maximè cõpetit illud Epi-
charmi dictũ. Sobrius esto, & memẽto nõ credere, ar
ticuli. n. hi mẽtis sunt, cuius tale est Epigramma.

Ne credas (Epicharmus ait) non ebrius esto,
Hi nerui humanæ membraq; mentis erunt.
Ecce oculata manus credens id quod uidet, ecce
Pulegium antiquæ sobrietatis olus.
Quo turbam ostenso sedauerit Heraclitus,
Mulxerit & tumida seditione grauem.

Sed idẽ hic Heraclitus hominẽ propter oculũ, & oculũ pp mundũ esse conditũ asserebat: quod si planius exponatur ad nostrã materiã. Ecquid homo est conditus ut sit sacerdos Dei, aut filius Dei, nisi ut sit Deus? uos dii estis, & filii uestri dii exercitus sunt & dedit his potestatẽ filios Dei fieri, scriptura ipsa sic loquitur. Pupilla aũt oculi perfectissimas rerum imagines etiãsi minima, reddit tñ qualiuncunq; eas? *Ioann. 1.* ita in Prȩlatis omniũ rerum à Deo creatarum, diuinæq; uoluntatis similitudo & imago esse debet, qua
6 illustrẽt, ducant, atq; regãt suũ populũ. † Trãseamus ad oues, quarũ, quæ fœtosæ sint antiquo naturaliq; uocabulo haud absimili ab oculi nomẽclatura dicũtur Schytis, & Phrysiis, Cimbrisq; Oyien, unde & ouiũ nomen Latinis deriuatũ uidetur. itaq; harum exemplo demonstremus etiam Prælatorum officia. Nã queadmodum se gerit ouis in genere omniũ animaliũ: Ita Prælati se habebunt haud dubiè in humano genere. Christus nãque dicit de ipsis. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Rursus: Oues meæ uocem meam audiunt. Et D. Petrus. Eratis, inquit aliquando sicut oues errantes, sed conuersæ estis nunc ad Pastorem, & Episcopum animarũ

Mat. 10 uestrarũ.Et Psalmista ait.Nos autẽ populus eius, &
Ioan. 10 oues pascuæ eius. Rursus Esa.Cap.53.dicitur:Om-
1.Pet. 2 nes nos quasi oues errauimus, unusquisq; in uiã suã
Psa. 94. declinauit,& dedisti nos tanq̃ oues essemus: Et pau
99. lò post,æstimati sumus tanquã oues.Ipse uerò Chri
Esa. 53. stus agnus & ouis in sacra scriptura nominatur. Si-
Psa. 43. cut ouis ad occisionẽ ducetur, & tanq̃ agnus coram
Esa. 53. tondente se obmutescet, nec aperiet os suũ, & agnus
Act. 8 Dei qui tollit peccata mũdi, & cantabat omnes can
Ioan. 1 ticũ agni:est igitur Christus agnus,est ouis,est aries,
Apo. 15 quẽ pro delicto offerri Deus uoluit, unde iuxta Esd.
Num. 7 in ueteri testõ præceptũ erat, ut pro delicto arietem
1.Esd.10 offerrent.Increpatur Israel à Domino, ꝙ nõ obtule-
Esai. 43 rũt arietã holocausti, & uictimis suis nõ glorifica-
uerũt ipsum.Sicut missus est Christus, ita ipse misit suos discipulos,quos nũc Prælatus uocamus, sacerdotes:Prçlati igitur sint agni,sint oues, sintq; arietes,qui pro Christo,& populi sui defensione nõ formident se offerre,martyriũq; pati:neque uerò indignè ferãt,quod nomen ouis uenerabile ipsis assigno. Etenim Fabius ille Maximus,qui solus rẽ Romanã cõtra Hãnibalẽ cunctando restituit,magno applausu ex morum clementia,& ꝙ illo nihil penitus esset placidius,ouiculæ nomen sortitus est. Sed etiam ab ouibus quę coronatæ præcedebant,ouãtes dicti sunt Imperatores,atq; celebriore,sed minori dicto triumpho læti,insignesq; urbẽ rebus bene gestis intrabãt, uocantur pecora.Ideo credo,ꝙ pacis formã docent suę naturæ ducto, nullũ est mitius,minusq; noxium animal,q̃ pecus. Vnde miror, cur Plinius stultissimã uocet naturã illius,confessus tñ,quod magna est gloria pecori uel in placamẽtis deorũ, uel in gratia uellerũ,pax uel pacs, si ordine retrogrado legatur, exprimit uocẽ scap, quæ nobis pecus significat, quasi pecus pacisq; aĩal dixerit aliquis. Est igitur prælatorũ,atq; sacerdotũ illud officiũ primũ ac principale, ut pacẽ seruẽt,pacis formas oẽs modosq; doceant, & confirment. Verum enim illud est Virgilii.

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes,

Et Christus ubique pacem imprecatur, inculcat & mandat. Et uulgo dici solet, Vbi pax, ibi Deus. D. Petrus, Paulus ac catholici oẽs nihil solẽnius, maius q; scribunt suis discipulis, quã illud Gratia & Pax uobis. Sacerdotes itaq;, qui Dei ministri sunt: in primis aũt Prælati, sanctã festãq; colendã pacẽ, & in populo suo tueantur, & ipsi erga oẽs feruent exẽpliũq; exhibeãnt, & hac in parte oues imitẽtur, ut ipsa Ecclesia Christi, quæ pace floret, bellorũ uerò improbitate, inclamentiaque scinditur, & laniatur, cohæreat. Annotandũ est etiã, quod sparsæ oues audito tonitru facillime abortiũt: iũctæ simul nihil periculi sentiũt, unde animal est ualde gregabile. Proinde Prælati haud dubie inter se cõcordes esse debent, & tanquã uniti uinculo uno firmissimoq; mutuæ pacis. Si quidẽ tunc nullũ tonitru, nullus hostis, & ne portæ quidẽ inferi prꝗualebũt aduersus eos. Est aũt oĩ i niuriarũ patientissima ouis, & mãsuetudine sua quũ luporũ rapacitati nequeat resistere, cœtu suo se defendit, pastorisque ductu unius uel pluriũ prout numerus exigit, tutatur. unde res postulat, ut Prælatus nõ solũ sit ouis, sed ẽt Pastor, quo & se, & gregẽ curæ suæ creditũ à lupis, atq; insidiis infestisque aĩalibus, ac morbis protegere possit. Sic Petro mãdatũ est à Christo, ut oues suas pasceret, & ipse Christus se bonũ uocat pastorẽ, ut qui ponat animã suã pro ouibus suis. Mercenarius aũt quũ uidet lupũ uenientem, fugit. De Christo sic Ezechiel ait, Pastor unus erit omnium eorum. Et Zacharias inquit, percute pastorem, & dispergentur oues, unde & Ioan 10. habetur, Fiet unum ouile, & unus pastor. & Paulus ad Hebræos scribens uocat illum magnum ouiũ pastorẽ, & Petrus de illo. cũ apparuerit Princeps Pastorũ, accipietis ĩmarcessibilẽ gloriꝗ coronã. Sic Christus summus est pastor, & huius successor, & cui ipse claues tradidit Vicarius D. Petrus, & Sancta sedes apostolica D. Petri, huiusque successores cuius qui dem

Ioan. 10 *Ezec.* 37 *Zach.* 13 *Mat.* 26 *Ioan.* 10 *Hæb.* 13 *1. Pet.* 5. *Ephe.* 4

dem diuina prouidentia pastorali plurimi constituũtur pastores gregis domini. Vnde D. Paulus Ephesiis sic scripsit, & ipse dedit quosdã quidem Apostolos, quosdã autẽ prophetas, alios uerò Euãgelistas, alios aũt pastores & doctores ad cõsummationẽ sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem

Ps. 22. fidei, & agnitioni, filii Dei. in Virum perfectum, in

Leuit. 27 mensuram ætatis plenitudinis Christi, ut iam non simus paruuli. Sunt autem Prælati Ecclesię Christi Pastores, qui simile se modo habere debent erga suũ populum, sicut bonus pastor erga suas oues, sic nãque summi pastoris Christi clamantis, pasce oues meas, & oues sunt, & ouium pastores. Nunc quid in pastoribus desyderetur, exponendum est obiter. Primum est ut habeat uirgam & baculum. Ad hæc duo respexit Dauid, quum ait: Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt, scimus autem quòd Pastores uirgam habent, qua feriunt aberantes oues. Vnde leuitici legitur, Omnium decimarum bouis, ouis, & capræ, quæ sub pastoris uirga trãseunt, quicquid decimum uenerit, sanctificabitur Domino. Nõ eligetur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur. Atqui Prælatis hęc uirga à Deo etiam traditur. Vnde Gregorius in pastorali sic habet, Ab imperitis, inquit, quanta temeritate pastorale magisteriũ suspicitur? quum sit ars artium, regimen animarum hoc est: magisterium disciplinæ, ut culpis discretè nouerit parcere, & piè resecare. Virga autem est no-

Exod. 4. ta magisterii disciplinę: scriptũ est enim quod Deus dixit Moysi, Virgam quoque hanc sume in manum tuam, in quam facturus es signa. Habuit & Aaron

Exod. 7. summus Pontifex Virgam. Dixit dominus ad Moysen. Dic ad Aaron, tolle Virgam tuam, & extendę manum tuam super aquas Aegypti, & super fluuios eorum & riuos, & paludes, & omnes lacos aquarũ ut uertantur in sanguinem. Admirabilis est autẽ prę

Nu. 29. ceteris uirgis hæc Aaronis uirga, quæ sicca floruit

in

in medio aliarum Virgarum. Nam & Principes tribuũ omniũ Israel habebãt Virgas, mãdatoq; Dei iubebãtur p Moysen singulas tradere ipsi summo sacerdoti, quæ positæ sunt in tabernaculo testimonii pau lò post ait scriptura. Refert Virgã Aarõ in tabernaculũ testimonij, ut seruetur ibi in signũ rebelliũ filiorum Israel, & quiescant querelæ eorum à me, ne moriantur. Nunc non est ignota causa, cur reges aureã uirgã habent, quartò capite Ester legitur, quod Ester timuit uirgam regis, Deinde quod Rex Virgam auream, quam tenebat manu, extẽdit contra eam pro *Ester. 4* signo Clementiæ: Propheta ait, Virga directionis *Ester. 5.* uirga Regis. Argentea uulgo præfertur Ecclesiasti- *Psal. 44* cis uirga, argumento puritatis. vnde & candidę uestes assunt.

Nam synceri animi & mentis stola candida puræ
Hinc syndon sacris lintea grata uiris.

Pręfertur autem uirga ea omnibus Ecclesiasticis, ut norint, meminerintque quod ipsi sub disciplina altissimi, & sanctæ Ecclesiæ uiuunt, sicut ait propheta. Et disciplina tua correxit me usque in finem, & *Psa. 17.* disciplina tua ipsa me docebit. Deinde ut sciant etiã regere populum fidei ipsorum commissum. Qua de causa animaduertitur Romæ, quod adhuc sacerdotes uirgam manu tenent albam, puram, quum confitentes audiunt. Et ea maximè qui dicti sunt Pœnitentiarii, in signum remissionis peccatorum, & clementiæ utuntur. Neque hoc nouum aut mirum ui *Indic. 6* deri debet, tanquam tęmerè fieret: legitur enim Iudicum sexto, quod Angelus Domini tenebat uirgam in manu, & summitate eius tangebat carnes & azymos panes, & ascendit ignis de Petra, & carnes, azymosque consumpsit. Est & ferrea uirga, quæ Domini est, & hæc terribilis, de qua apud prophetam Dauid habemus, Et reges eos in uirga ferrea, & tanquã *Psal. 2.* uas figuli confringes eos. De hac D. Lucas uidetur *Apoc. 2.* esse loquutus, cum ait. Ille autem seruus qui cognouit uoluntatem Domini sui, & non se præparauit *12.* *Mich. 7*

&

& non fecit secundum uoluntatem eius, uapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, uapulabit paucis. præceptum est autem Prælatis ut populũ pascant in uirga à Domino: sicut Michæas Propheta ait: Pasce populum tuum in uirga tua, gregem hæreditatis tuæ habitantes solos in saltũ. Vnicuique patrifamilias uiro Christiano uirga tradita est. prouerbiorũ. 13. dicitur, quod qui parcit uirgę, odit filium suum. Rursus Prouerbiorum. 22: Stultitia colligata est in corde pueri, & uirga disciplinæ fugabit eam. Adeo latè patet hæc uirga pastoris.

Nunc de baculo addam. Latior enim expositio Ecclesiasticæ disciplinæ ad Canonicum ius pertinet. Pastoralis autem baculus alio nomine pedum dicitur: de quo illud apud Virgilium extat carmen.

At tu sume pedum, quod me cum sæpe rogaret.
Non tulit Antigones: & erat tum dignus amari,
Formosum paribus nodis atque ære Menalca.

Huic pedo innituntur, uel progredientes suum corpus sustentant, & quasi pro pede utuntur, hoc pedo lupos accedentes repellunt, maioraque animalia, gregi nocitura arcent, & uenenata occidunt, ut serpentes, uiperas atque similia. Ad cuius simitudinem Ecclesiastici quoque baculum tenere debent: erit namque haud alius hic quàm is, quem gubernator nauis tenet, quo tanquam clauo nauem regit, & à Scylla, Charybdi, Syrtibus, scopulis, maloque cursu nauem deflectit & liberat, tutamque nauigationẽ præstat. Vnde haud sine maxima ratione prælati Ecclesiæ clauigeri dicuntur. Sciant enim se assidere gubernaculo nauis Ecclesiasticę, eiusque baculum ipsorum manibus esse creditum, qui clauus uocatur. Nam quòd ad claues attinet, quarum respectu etiã clauigeri dicuntur, alterius est considerationis. Si benehunc clauum dirigant, præsens est salus nauiculę Christi: sin autem malè, protinus mille incurrũt pericula, metusque naufragii ante oculos uersatur. Quá de causa gubernator nauis, in qua Ionas uehe-

Ion. 1.

batur

batur, accessit ad Ionam, & dixit ei: Quid in sopore deprimeris? surge & inuoca Deum tuum, si fortè recogitet Deus de nobis, & non pereamus. Haud dubiè assidentibus clauo, totius nauis, omniumq; qui in naui uehuntur salus esse debet curæ & cordi. Ad eundem modum intelligitur hic pastoralis, baculus cuius adminiculo fulti Ecclesiastici suū gregem ducere, assistere, defensareq; possunt. Hunc baculum ex mandato Dei Moyses præcepit gestare in manibus suis populum Israel. Sic autē, ait, comedetis illum. Renes uestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenētes baculū in manibus, & comedetis festinanter. De hoc baculo ait Zacharias propheta. Hæc dicit Dominus exercituum. Adhuc habitabunt senes & anus in plateis Ierusalem, & uiri baculus in manus eius præ multitudine dierum. Huius baculi subsidio licet transire Iordanem. Hic baculus plus profuit Dauidi q̃ maxima arma, quę illi tradiderat Saul. Sic scriptura habet Dixit Dauid ad Saul, nō possum sic incedere, quia usum nō habeo, & deposuit ea, & tulit baculū suū quē semp hēbat in manibus: & elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in perā Pastoralem, quam habebat secum, & fundā manu tulit, & processit aduersus Philistæum. An ne hoc loco funda loco potentis uirgæ fuit? ut certū, sed tamen pro dubio qui uelint, possunt mouere. Exemplū Euangelici bellatoris Dauid proponitur, cui plus funda aut uirga confert ad uictoriam, quam ingens uis armorum. Debet autem esse solidus baculus, & nodosus nō arundineus, ne ruina cōtingat. Sicut Ezechiel testatū reliquit. Super faciē terræ cades, nō colligeris, neq; cōgregaberis. Bestiis terræ & uolatilibus cœli te ad deuorandū dedi, & scient oēs habitatores Aegypti, quia ego dn̄s, pro eo quod fuisti baculus arūdineus domui Israel. Cōtrà de uirga forti & baculo uictorioso sic prophetat Hieremias. Consolamini eum omnes qui estis in circuitu eius, & uniuersi qui scitis nomē eius, dicite,

Ion. 1 · *Exo. 12.* · *Zach. 8* · *1. Re. 17.* · *Eze. 29.* · *Hier. 38*

quomodo confracta est uirga fortis, & baculus glo-
riosus?descende de gloria. Nã ut fortis baculus plu
rimum cõducit ad uictoriam, atque gloriam: Ita arũ
dineus etiam Præterquam quod non iuuat, malum
4.Re.18 infert. HOC, 4. Regum, 18. declaratur. Hæc dicit Rex
magnus Rex Assyriorum: Quæ est ista fiducia, qua
niteris?forsitan inisti consilium ut præpares te ad
prælium. In quo confidis, ut audeas rebellare?an spe
ras in baculo Arundineo, atque confracto Aegypto,
super quem si incubuerit homo, comminutus ingre
dietur manum eius, & perforabit eam. Sic est Pha-
rao Rex Aegypti omnibus, qui confidunt in eum.
Esa. 26. Idem ab Esaia propheta pronunciatur de baculo arũ
dineo. Tandem pulcher usus atque doctrina de uir
ga & baculo à D. Gregorio libro Moralium uicesi-
mo annotatur. Miscenda est lænitas seueritati, faciẽ
do quoddam ex utroque temperamentum: ut neque
multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia
benignitate soluantur. HOC nimirum illa tabernacu
li arca significat, in qua cum tabulis uirga simul &
manna erat: quia scripturæ sacræ scientia in boni re
ctoris sit pectore. Sit uirga discretionis, sit manna
dulcedinis. Et paulò post. Hinc Dauid ait, virga tua
Psal.22 & baculus tuus. &c. Virga enim percutimur, & ba-
culo sustentamur. Sit ergo discretio uirgæ quæ fe-
riat, sit & consolatio baculi, quæ sustentet. Hactenus
ille. Neque immeritò ueteres Sapientiæ dediti &
Poetæ Herculi tribuerunt clauam, & simul ramos
Oliuæ: nimirum ut discretè uteretur claua, & oleũ
clemẽtiæ affunderet rigidę disciplinæ, per quod per
petuus uiror & uigor tranquillitatis, pacis, & fœli-
citatis consequendus esset. Nimium prolixus foré,
si in hæc expatiarer: mihi monstrasse loca satis est,
ex quibus haurire licet, quo nam pacto Ecclesiastici
10 sese gerant erga suorum gregem. †Cæterum cui ad-
huc grex deest, quamuis artem atque modum pascẽ
di optimè teneat: tamen opus est uerumque ipsum
dictitat, ut si uelit pastoralia ferre insignia primum
omnium

omnium præuideat sibi de grege, in cuius quidem collectione nulla opus est virga, nulla adhuc pera, non adhuc duabus tunicis, non pecunia in Zona, non calceamentis, nondum enim ardua, aspera, spinosaque itinera calcanda sunt. Itaque uerissimè ac optimè Christus benedictus mandatum dedit suis Apostolis, dum eos adhuc non modo ut operarios messis, sed ut pastores aliquando futuros dimitteret ad prædicationem Euangelij. Nolite possidere aurũ neque argentum, neque pecuniam in zonis uestris non peram in uia, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque uirgam: dignus enim est operarius cibo suo. Verum factis pastoribus, ut qui iam gregem collegissent, dedit potestatem ligãdi & soluendi, tradidit claues regni cœlorũ D. Petro, & huius successoribus, aperuit modũ accipiẽdi staterã, ut soluerẽt didrachmã, iussit ut facerẽt sacculos, q̃ nõ ueterascũt, Thesaurũ nõ deficientẽ in cœlis, quo fur nõ appropriat, neq; tinea corrũpit. Sed ẽt loculi nõ defuerũt Christo, neque discipulis eius, quamuis Angeli ministrarent illi, & miraculis omnia gubernaret, suoq; Imperio obedientissima haberet. Iudas enim erat loculos habens, colligens ea, quæ mittebantur: neque uirgam solum postea habuerunt, sed gladium quoq; ut legitur Ioannis. 18. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit pontificis seruum. Pecunias collegerunt, utpote pretia possessionum diuenditarum, Constituerunt diaconos mensarum, Vestimenta sufficientia habuerũt, Etenim deposuerunt uestimenta secus pedes adolescentis, qui uocabatur Saulus, & Paulus scribit Timotheo, ut penulam quam reliquit Troade apud Carpum afferat secum. Collectiones quoque pecuniarum fecerunt, sicut constat ex decimo sexto capite primæ Epistolæ ad Corinth. Sicut pastor, qui gregẽ habet, utitur uirga, baculo, pera, ita haud dubiè Ecclesiastici in cura gregis constituti uirgã habere debẽt, baculũ & perã. Virgã inquã disciplinæ, de qua Paulus ad Hæbreos

Mat. 10 *Luc.* 10. *Ma.* 16. *Mat.* 18 *Mat.* 17 *Luc.* 12. *Ioan.* 12 & 13. *Ioan.* 18 *Act.* 4. *Act.* 6. *Act.* 7. 2. *Ti.* 4. 1. *Co.* 16

ait. Fili, mi, noli negligere disciplinã Dñi, neq; fatigeris dũ ab eo argueris: quẽ.n.diligit Dñs, castigat: flagellat autẽ omnem filiũ quẽ recipit. In disciplina perseuerate. Hac uirga D. Petrus percussit Simonem Magũ, Ananiã, & Sapphirã uxorẽ eius. Hac uirga D. Paulus percussit Elymã magũ, & fornicatorem Corinthiacũ tradidit dæmoni. Ab hac uirga depẽdet ius excõmunicationis Ecclesiasticæ. Quandoquidẽ tot curis & instrumẽtis pro grege suo uigilat pastor æquũ est ẽt, ut sicut Paulus ait 1. Cor. 9. capite, Quis pascit gregẽ, & de lacte gregis nõ mãducat? Quinimo ut de superfluis lanis eius se suosq́ue uestiat. Sed meminerit semper illud Orosii: Boni pastoris est tõdere pecus, nõ deglubere. Et ad defensionẽ sui, suiq; gregis sciat uerũ esse illud Christi, Quãdo inquit mi si uos sine sacculo & pera & calceamẽtis, nũquid aliquid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis, sed nũc qui habet sacculũ, tollat similiter & perã & qui nõ habet, uẽdat tunicã suã, & emat gladiũ. Dico.n. uobis, quoniã adhuc hoc qđ scriptũ est, oportet impleri in me. Ad hæc oportet Episcopũ esse hospitalẽ. Quãobrẽ ea materia, per quã hospitalitatẽ exercere potest, illi quoq; subministrãda est: ut sicut uirtus hospitalitatis ad uniuersam multitudinẽ piã redundat: ita quoque cõmuni collatione præbeatur subsidiũ & subleuamẽ præstãdæ huius uirtutis. Qui .n. cupiũt de fructu gaudere, debẽt quoq; onera perferre & ad labores cõtribuere. Porrò pastores habẽt fistulas quib. demulceãt aures pascẽtis gregis partim et securior agat partĩ, ut acq̃rẽdo pubulo ĩtẽtior obedĩetiorq; fiat. Vnde sic Vergilius de pastorib. canit.

Act. 6. *Act. 13. b.* *1. Cor. 5.* *1. Cor. 9.* *Orosius lib. 7.* *Luc. 22.* *1. Ti. 3. ad Th. 1*

Mecum una in siluis imitabere pana canendo.
Pan primus calamos cera coniungere plures.
Instituit. Pan curat oues, ouiumq; magistros. Et.
Est mihi disparibus septem compacta cicutis.
Fistula, Damœtas dono mihi quam dedit olim.
Vel adest tibia. Vnde alibi sic idem.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.

Enimuero

Enimuero Ecclesiastici pastores ueras tibias habent quibus oues suas contineant in securitate,& bonitate, de quibus Ecclesiasticus habet cap.40. Tibiæ & Psalterium suauem faciunt melodiam, & super utraque lingua suauis. Nam licet pastores sine tibiis etiã occinant, iuxta illud: Eccl. 40

Cantando longos memini me tondere soles.

Et illud contra.

Carmina nulla canam, nam me pascente capellæ.

Florentem cytisum, & salices carpetis amaras.

tamẽ cãtus Ecclesiasticus lõgè suauissimus est. paulus namque ait, & nolite inebriari uino in quo est luxuria, sed impleamini Spiritu sancto, loquẽtes uobismetipsis in Psalmis, Hymnis & cãticis spiritualibus cantantes & psallentes in cordibus uestris, Deo gratias agentes semper pro omnibus. Quoties intonat propheta, Cãtate Dño canticũ nouũ? Sed huius materiæ ostiũ aperuisse est syluã mõstrasse. Illud addã, qđ ad maiorẽ custodiã sui gregis pastores sociãt sibi fidũ canẽ, qui suo latratu oues in officio cõtineat & lupos ferasq; arceat. Quo ẽt modo illud ab optimis Episcopis fit, q disertos habẽt linguaq; pollentes Doctores, declamãtes ad populũ ut in probitate pseuerẽt, & à malo declinẽt, quodq; bonũ est, faciãt, inquirãt pacẽ, & persequãtur eã, prohibeant linguã à malo, & labia ne loquantur dolũ. Neq; inique ferant, ꝙ eos canibus comparo, dicente scriptura. Lingua canum tuorum ex inimicis de ipso, Sed & Esaias malos uerbi ꝑdicatores uocat mutos canes, unde sic ait. Canes muti non ualentes latrare, uidentes uana, dormientes, & amantes somnia, canes impudentissimi nesciuerunt saturitatem contra segerunt boni canes. Tobiæ sexto legitur quod Tobias profectus est, & canis sequutus eum: sic boni canes sequũtur præcepta Domini, & pro horum obseruatione, nunquam cessant latrare. Quod uerò antiqua cõsuetudo obtinuit, ut haberent canes ad defensionẽ gregis patet ex tricesimo Iob. Nũc autẽ inqt deridẽt me iuniores

Ephe. 5.
Psal. 32
Psal. 67
Psa. 56.d

iuniores tempore, quorum non dignabar patres po nere cum canibus gregis mei. Quanta uero sollicitudine pastor tueatur suum gregem, & ut omni bono simul abundent, Christus paucis expressit, dum in-
Ioan. 10 quit, Bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis. Nisi bene affectus sit pastor erga suum gregem, nihil poderunt Virga, Baculus, pera, gladius, fistula, calciamenta, canis denique & cantus: sicut illo Epi grammate pulchre testatum est.

Effuso cernens fugientes agmine turmas,
Quis mea nunc inflat cornua? Faunus ait.

Mercenarius nanque etiãsi oĩa prædicta pastoralia habeat, tñ quũ uiderit lupũ uenientẽ fugiet, &
Ioan. 10 pro cantu Euãgelico nõ nisi raucedinẽ habebit. Atque adeò multum est induisse animũ paternũ syncerũq; & amãtissimũ Salutis populi sui. Quisquis Prælatus fuerit, nisi ex aĩo bñ uelit suo gregi, nisi ꝓ hoc sit solicitus noctes & dies, nisi oĩa faciat ad sui gregis defensionẽ, & ornatum, frustra utitur disciplina Ecclesiastica, & cæteris à Deo cõcessis ad populũ bene regendum, ad pascẽdas oues Christi: unde toties Christus interrogãs dixit D. Petro. Petre amas me? pasce agnos meos, pasce oues meas. Ecquid uoluit? Haud dubiè illud uoluit declarare, quod bonus pastor dẽt ponere animã suã pro Ouibus suis, amare illas sicut Christũ: utpote quæ Christi sunt partes, atque inde consequetur ut benè poterit pascere illas. Hoc fecit Petrus, hoc D. Iacobus, hoc Paulus, hoc sancti Episcopi in Ecclesia Christi cõstituti olim fecere, atque etiãnũ faciunt, contra Hæretici, non nisi pecuniã uenãtur, non curant gregẽ, ut quẽ uel obulo uendant lupis, homines ex uera progenie Iudæ enati, digni æternis gehennæ pœnis: hi enim omne dissidiũ, dissipationem, miserias, bella, cœdes, atque chaos malorũ inducũt: illi uerò quantis uiribus possunt, prorsus student ea à suo grege propulsare, gregẽ in tuto, tranquillo atque pacato uitæ huius atque immortalis inde statu constituere, ut sit unum ouile,

ouile, ut agnum uerum sequantur quocunq; iuerit, & semper eius archiducis uocem audiant atque con celebrent. Idq; non solum in terra promissionis, aut ut poetę fingunt in campis Elysiis, sed in cœlesti pa radiso, ubi pro uariis laboribus, molestiis, iniuriis, suppliciis ab impiis illatis, flores immarcessibilis co ronæ dabuntur. Hunc nanque finem certum boni pastores spectant, atque huc omnia dirigunt, sciẽtes quod nos sumus populus Dei, & oues pascuæ eius, ut intrare possimus portas eius in confessione, & atria eius in hymnis, tum si ardua patiantur, conso lationem habebunt. Existimo enim, ait diuus Pau- *Rom.8*
lus, quod non sunt condignæ passiones huius tem poris ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis. His in genere prælibatis de hoc themate quomodo se prælati erga suum populum gerant, subiungam loca particularia sacræ scripturæ. Vnde plenissima sylua aperietur, ut qui uelit ad eam accedat, atque in de haurire poterit copiosiorem materiam, pleniorẽque intellectum huius thematis. Paucis nanque declaraui quod sit officium constituti in aliqua dignitate Ecclesiastica, sumptis exemplis ex ipsa rerum natura. Quorum primum fuit ab oculo, alterũ ab ouibus, tertiũ à pastoribus desumptum: igitur ne plura quàm tria saluti alioqui destinata pocula præ libem, hic subsistere par & æquum est. Loca autem ad quæ lectorem remitto sunt hæc.

14 Quis prælatus est constitutus in Ecclesiastica di gnitate?

Innocentius ait Cap. de summa Trinita, & Cap. de Iud. decernimus, quod prælatus est largè sumen. do omnis qui habet curam animarum, ut episcopi, Abbates, presbyteri ac sacerdotes dicti nimirũ om

15 nes.† Species prælatorum uenerabili dignitate atq; ordine distinguendæ occurrunt, idque bifariam fit, uel iuxta ueram rei ipsius excellentis naturam: uel iuxta communem opinionem, sensum, atque declarationem.

Quantum ad primum sic Ioãnes Chrysostomus disseruit,ut hr̃ distinct.40. Multi sacerdotes,& pauci sacerdotes. Multi in nõie,& pauci in opere. Vide te ergo fratres quo modo sedetis supra cathedrã, qđ non cathedra facit sacerdotẽ, sed sacerdos cathedrã. Non locus sanctificat hoĩem, sed homo sanctificat locum. Non oĩs sacerdos est scũs, sed oĩs scũs est sacerdos. Qui benè sederit sup cathedram, honorem accipit cathedræ. Qui malè sederit, iniuriam facit cathedræ: ideoq; malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit nõ dignitatẽ. In iudicio.n. tuo sedes: si quidem benè uixeris, & benè docueris, populũ instruis: si benè docueris & malè uixeris, tui solius cõdemnator eris. Nam benè uiuendo & benè docẽdo populũ instruis quo modo uiuere debeat: benè autẽ docendo & malè uiuendo Deum instruis qũo debeat te cõdemnare. Idem ait: Quicunq; desyderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in cœlo, nec inter seruos Christi cõputabitur, qui de primatu tractauerit. Nec unusquisq; eorum festinet, qũo aliis maior appareat, sed qũo oĩbus inferior uideatur: qm̃ non qui maior honore fuerit inter homines, ille est iustior, sed qui fuerit iustus & ĩferior, ille maior. Hactenus ille. D. Hieronymus eodẽ modo distinguit Commen. in Leuit. Si quis uult esse pontifex, nõ tam uocabulo quàm merito imitetur Moysen & imitetur Aarõ: quid enim dicitur de eis, qui nõ decedũt de tabernaculo Dñi. erat ergo Moyses indesinenter in tabernaculo Dñi. Quid autẽ ei opus erat? ut aliquid aut à Deo disceret, aut ut ipse populũ doceret. Hęc duo sunt pontificis opera: ut à Deo discat legẽdo scripturas diuinas, & sæpius meditando: aut populum doceat, sed illa doceat, quę à Deo ipse didicerat, non ex proprio sensu uel humano corde, sed quæ Spiritussanctus docet. Porrò si respiciamus ad cõem usitatamq; ordinationem eorum, qui in Ecclesiæ dignitatibus præcellunt, ac generaliter; clerici uocantur, eò ꝙ à sorte sunt dicti,

Dist.36. Si quis.

uel

uel electione sortis locũ explente, tũ occurrunt sacræ personæ antiqui testamenti aliæ & aliæ noui testamenti, in illo sacerdotes Aaron, & horum summus pontifex, Leuitæ, & Nazaræi: in hoc sacerdotes, quorum summus pontifex Christus, & huius successores usq; in præsentem diem summi pontifices Rom. tũ Epi, quorũ alij Archiepi, alij Metropolitani, & q aliquãdo fuere chorepiscopi, primo presbyteri fuere etiam dicti, nomine paulatim transeũte ad sacerdotes minoris administrationis. Tempore Syluestri introducti sunt Cardinales ut collaterales ministri Pontificis summi, & ex quibus Episcopis adiunctis aliis uacante sede Apostolica sine dilatione eligendus est pontifex: tum abbates, & qui monasteriis præfecti uaria nomina sortiuntur: inde pastores parochiani dicti, horumque Sacellani Sacerdotes oẽs, in his uerum est, ut inferiores suis superioribus honorẽ exhibeant & obediant, quanquam teste Hieronymo in epistolã ad Titum, olim idem presbyter, qui Episcopus, & antequam diaboli instinctu studia uel schismata in religione fierent, & diceretur ego sum Pauli, ego sum Apollo, ego sũ Cephæ: consilio presbyterorum cõi Ecclesiæ gubernabãtur. Postquam aũt unusquisq; eos, quos baptizauerat, suos esse putabat, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbyteris superponeret, & schismatum semina tollerẽtur. Sicut ergo presbyteri sciunt se ex Ecclesiæ consuetudine, ei, qui sibi præpositus fuerit esse subiectos, ita Episcopi nouerint se magis consuetudine, quàm dispensationis dñicæ ueritate presbyteris esse maiores, & in cõi debere Ecclesiam regere. Hinc idem ad Nepotianum sic scripsit. Esto subiectus pontifici tuo, & ut parentem animę ama. Sed Episcopi sacerdotes sciant se esse, nõ dominos. Honorent clericos quasi clericos, ut ipsis episcopis clericis quasi Episcopis honor deferatur, Scitum est illud oratoris Domitij. Quur ego te inquit habeam ut principem, quum tu me nõ habeas

24. *Dist.* & 70. *dist.*

Dist. 95.

beas ut Senatorem? De minoribus ordinibus nihil addo, ut qui dignitatem prælati nondum obtinēt, sed huius imperio subiecti sunt. Apud prælatos
16 itaq; talis debet esse dispensatio regiminis, ut Moral. uicesimo D. Greg. prodidit, ut is qui præest ea se circa subditos mensura moderetur, quatenus arridens timeri debeat, & iratus amari. Vt eum nec nimia lætitia uilem reddat, aut immoderata seueritas odiosum. Huc referri possunt quæ in lib. de dignitate sacerdotali D. Ambr. & quæ D Greg. in suo pastorali, & in Registro, & S. Bernard. in lib. cōsyderationum. D. Aug. uerba hic quoq; annotanda uidentur, ut quæ plurimum presbyteros excitare debēt, quur uelint benè præesse. Sic enim in comm. super illud.
1. Tim. 5
1. Timoth. 5. habet: præsbyteri qui bene præsunt uita & doctrina digni habentur à subditis duplici honore, scilicet ut spiritualiter eis obediant, & exteriora bona ministrent. Boni enim dispensatores & fideles non solùm honore sublimi præmiari debent, sed & terreno. ut non contristentur indigentia sumptuum & gaudeant obedientia spiritualium. Instantior enim fit, si non humilietur inopia, & crescit in illo auctoritas, quum uidet se etiam in præsenti laboris fructum percipere, non ut abundet, sed ut nō deficiat. Proinde qui præsunt, sicut D. Gregorius testatur, nō ex locorum uel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debent, nec urbium claritate, sed fidei puritate. Adde huc illud D. Hieronymi super Epistolā Pauli. 1. Timo. 5. Tanta, inquit, debet esse conuersatio & eruditio pontificis, ut oēs motus, & gressus & uniuersa eius opera notabilia sint: Veritatē māte concipiat, & eā toto habitu resonet, & ornatu, ut qcqd agit, quicquid loquitᷣ, doctrina sit populorum, debet efficere ut sit operarius, & operarius dignus mercede: ut ī Homilia sua. D. Gregorius scribit. Quid nos ô Pastores agimus, quando mercedē cōsequimurᷣ, & tamē operarij nequaquam sumus? Fructus quippe sanctę Ecclesiæ in stipendio

Dist. 40 nos qui.
1. Tim. 5

quoti-

quotidiano percipimus, ſed tamen pro æterna Eccleſia minimè in prædicatione laboramus. Penſemus cuius damnationis ſit ſine labore percipere mercedē laboris: hic ecce ex oblatione fidelium uiuimus, ſed quid pro animabus fidelium laboramus? Illa in noſtrum ſtipendium ſumimus, quæ pro redimendis peccatis ſuis fideles obtulerunt: nec tamen contra peccata eadem uel orationis ſtudio, uel prædicationis (ut dignum eſt) inſudamus. Quinimo illi quoq;, ut idē ait, prę cæteris Deū uidere ſublime merētur, qui fidelibus gregibus pręeſſe ſolicitè ſciunt. Et dū ipſi piè ſuper gregē ſuū uigilant, diuina ſuper eos gratia largius coruſcat. Sapientiſſimus Rex Salomō in cap. 6. li. Canticorū cōparat Eccleſiā exercitui bene ordinato, dicēs: Terribilis eſt ut caſtrorū acies ordinata. Nā ſicut ī uno exercitu neceſſe eſt ut ſit unus Imperator, qui ſub ſe habeat Duces, Tribunos, Anteſignanos, Capitaneos, Centuriones, Decuriones, &c. Ita & in eccleſia oportet eſſe caput unum, quod ſub ſe habeat Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Decanos, Paſtores & preſbyteros cum Diaconis & Subdiaconis, ueluti gregarios milites. Neque enim decuit Chriſtū Eccleſiā ſuā ſine regimine in terris relinquere. Propterea diuus Paulus Ephe. 6. cap. dicit quod Chriſtus ubi conſcendiſſet ſuper omnes cœlos, poſuit in eccleſia quoſdam quidē Apoſtolos, quoſdam autē prophetas, alios uerò Euengeliſtas, alios autē Paſtores & doctores. Quare? Ad conſummationē ait ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationē corporis Chriſti. Propter quā cauſam & ipſe Chriſtus poſt ſuā reſurrectionē commiſit Petro ſuas ipſius uices ter illi iniungendo, ut ſuas paſceret oues. Eadē de cauſa ex omnibus ſuis diſcipulis duodecim elegit, quos uocauit Apoſtolos: Et alios ſeptuaginta, quos binos & binos miſit ante ſe prædicare uerbū Dei. Et hęc Hierarchia taliſq; ordo manebit in Eccleſia vſq; ad finem ſeculi, teſtāte beato Paulo ad Eph. 4. ac dicēte. Donec occurramus in

Can. 6. a

Ephe. 6

unitatem fidei,& agnitionis filij Dei in uirum perfectum,in mēsuram ætatis plenitudinis Christi: ut iam non simus paruuli fluctuantes,& circūferamur omni uento doctrinæ,in nequitia hoīm, in astutia ad circunuentionem erroris, hoc aūt non erit nisi post cōsummationē seculi:manebit ergo hæc acies ordinata castrorum in Ecclesia usq; in finē seculi.

18 †Verumtn̄ ad hanc functionem nemo sese ingerere debet:sed ad eam legitimè assumi & ordinari debet:

Hebr.5, quemadmodum Apostolus monet Heb.5. Nec quisque,inquit,sumat honorē, sed qui uocatur à Deo, quemadmodum Aarō,Non.n.à seipso uenit Moyses ad filios Israel,sed missus à Deo, Exod.ca.4. Sic missus est Hieremias ca.1.sic Isaias ca.6.sic Ezechiel cap.1.sic Apostoli cap.10.quod etiam ipsum nomen indicat.Nam Apostolus idem sonat quod mis-

Ioan.20 sus.Sicut(ait Ioan.20)misit me pater,& ego mitto uos.Propterea qui non missi, à seipsis ueniunt: & non missi prophetant,id est,concionantur, nulla legitima potestate ad hoc ordinati, fures, latrones, pseudoprophetæ, atq; lupi rapaces uocantur: qui nihil aliud student quàm oues furari,perdere atque mactare conantur. De quibus apud Hieremiam co-

Hier.14 queritur Dn̄s cap.14.falso prophetæ uaticinātur in nomine meo,non misit eos,& non præcepi eis,ne-

Hier.23 que loquutus sum ad eos. Et cap.23. Non mittebā prophetas,& ipsi currebant,non loquebar ad eos,&

Ioan.10 ipsi prophetabant,Et Dn̄s,Ioan.10.Qui non intrat inquit per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliūde,ille fur est,& latro.Non intrat per ostium qui ordinaria legitimaq; auctoritate ad id munus non est uocatus & assumptus.

19 †Porrò aūt hæc uocabula Apostolus, Propheta, Euāgelista,Ep̄s,Pastor,Doctor,sunt officij uocabula,& sua significatione indicant quid agere debeant qui ad similia officia sunt assumpti. Videlicet superintendere gregi,nec lupus ueniens dispergat oues: pascere:regere,ducere oues illasque docere uerbo & exem-

exemplo:corrigere, arguere, ligare & absoluere ubi
& qñ opus est, hoc mandauit Chrs Petro post resur
rectionem suam, qñ ter dixit ilii: Pasce oues meas, Ioan. 21
hanc & Apostolis commisit auctoritatem, qñ dixit Mat. 18
Matth. 18. Quęcunq; alligaueritis sup terrã, erunt
ligata & in cęlis, & quæcunq; solueritis sup terrã,
erunt soluta & in cœlis. Et post resurrectionẽ Ioã.
20. ca. Quorũ remiseritis pcã, remittuntur eis, quo Ioan. 20
rum retinueritis, retẽta erunt. Propterea diuus Pau
lus Act. 20. illos sui officii bene admonet, dicẽs. At- Act. 20.
tẽdite uobis & uniuerso gregi ĩ quo uos posuit spũs
scũs episcopos, regere ecclesiã Dei, quã acqsiuit san-
guine suo. Et. 1. Timoth. 4. ca. Attẽde tibi & doctri 1. Tim. 4
næ: insta in illis, hoc. n faciens teipsum saluũ facies 2. Tim. 4
& eos q te audiunt. Et in 2. ca. 4. Prædica uerbũ, in-
sta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa, ĩ
oĩ patiẽtia & doctrina. Et Petrus Apostolus ĩ prio-
re epistola ca. 5. Pascite (ait) qui in uobis est gregem 1. Pet. 5
Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè scdm
Deum, neq; turpis lucri gratia, sed uolũtario, neq;
ut dñantes ĩ cleris, sed forma facti gregis ex animo.
Cõtra aũt faciẽtibus diuina scriptura uæ intonat,
ut Hieremiæ. 23. ca. de pastoribus, ait, qui dispergũt Hier. 23
& dilacerant gregẽ pascuæ meæ. Ideo hæc dicit dñs
Deus Israel ad pastores, qui pascunt populũ meũ.
Vos dispersistis gregem meũ, & eiecistis eos, & non
uisitastis eos: Ecce ego uisitabo sup uos malitiam
studiorũ uestrorũ, ait dñs Deus Israel. Et apud Eze-
chielem ca. 34. Væ pastoribus Israel, quę pascunt se- Eze. 34
metipsos. Nonne greges à pastoribus pascũtur? Lac
comedebatis, & lanis operiebamini, & qđ crassum
erat, occidebatis, gregem, autem meum nõ pasceba
tis: quod infirmum fuit non consolidastis, & quod
egrotum, nõ sanastis: & quod cõfractum non alliga
stis, & qđ abiectũ, non reduxistis, & qđ perierat, nõ
quæsiuistis: sed cũ austeritate imperabatis eis & cũ
potentia. Est apud eundem prophetã c. 3. Filij hoĩs Ezech. 3
speculatorẽ posui te domui Israel, & audies de ore

meo

meo uerbum, & annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impium. Morte morieris, non annunciaueris ei, neq; loquutus fueris, ut auertatur à uia sua impia, & uiuat ipse impius, in iniquitate sua morietur sanguinem autem eius de manu tua requiram.

20 †Cæterum non satis est prælatis, si populum uerbotenus moneant, exhortentur, doceant, increpẽt & corripiant. Verumetiam in omni uirtutum genere illis prælucere debent: ne similes sint illis de quibus Dñs Matth. 23. ait. Dicunt & non faciunt, alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt ea super humeros hominum, digito autem suo nolũt ea mouere, sed potius sint Christo similes, de quo scribitur Actuum. 1. cap. quod cepit Iesus facere & docere, prius facere, deinde docere, propterea Paulus ad Rom. 2. cap. Qui dicunt & non faciunt, eos acriter reprehendit dicens. Tu qui confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, magistrum infantium habentem formam sciẽtiæ, & ueritatis in lege. Qui ergo alium doces, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegiũ facis, qui in lege gloriaris, per præuaricationẽ legis, Deum inhonoras. Quod si lex euangelica omnibus promiscuè iubeat sobriè, iustè, ac piè uiuere: quanto magis qui in sublimiori, & excellentiori sunt dignitate constituti inferiores sobrietate, iustitia, ac pietate superare debent. Nam ut D. Chrysost. ait. Quemadmodum Saul ab humero sursum super uniuersum eminebat populum. Ita & qui aliis præest, oẽ uulgus populi in omni uirtutũ genere excellere debet. Hinc Christus Dñs apud Mat. cap. 5. graphicè depingit, quales esse debeant prælati. Nam alloquens suos discipulos, uniuersos quoq; ipsorum successores, episcopos, ac pastores ecclesiæ, sic ait. Vos estis sal terræ, si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihil ultra ualet, nisi ut mittatur foras, & cõculcetur ab hoĩbus. Vos estis lux mundi:

Mat. 23

Act. 1

Rom. 2

Matth. 5

Non

Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem ſita: neque accēdunt lucernam,& ponunt eam ſub modio, ſed ſupra candelabrum, ut luceat oībus, qui in domo ſunt, quibus in uerbis Chriſtus quatuor metaphorat adducit, ex quibus quantæ excellentiæ, quantiq; periculi ſit Eccleſiaſt. prælatorum, & paſtorum ſtatus, ac dignitas patet. Prima metaphora à ſale deſumpta eſt, Secunda à luce. Tertia à ciuitate ſuper montem ſita. Quarta à lucerna accenſa. De quibus nunc aliqua dicere nobis eſt neceſſe, ut intelligant ſpirituales prælati, quo pacto erga populum ſe regere debent. Quantum igitur ad primam metaphorā attinet, breuiter dixit. Vos eſtis ſal terræ: at in breuitate uerborum grādis latet ſenſus, & rationi uis magna ſubeſt.

21 †Audiamus igitur quæ ſit analogia ſalis ad prælatos Eccleſiæ. Sal à fœtore carnem uindicat, & à putredine cibos condit, & ſapores palato gratiores efficit. Omnia ſine ſale inſipida, omnia cum ſale temperato, ſunt ſapida. Quum ergo ait, Vos eſtis ſal terræ, perinde eſt, ac ſi diceret. Veſtrum eſt uerbo, & exemplo alios à corruptela uitæ præſeruare, & ab infecta pręmunire doctrina: Deoq; acceptos, & gratos facere. Vtrumq; enim præſtare oportet prælatum & paſtorem Eccleſiaſticum, ut & ipſe ſit incorruptus fide, & moribus: ad hęc ut ab aliis omnē eximat corruptelam. Verumenimuero quemadmodum ſapido ſale nihil utilius, ita nihil eſt fatuo ſale contēptius, cuius ne ad agrū quidē ſtercorandū ullus eſt uſus: quia ſterilitatē ſecum affert. Aliæ res licet deficiant, ad aliquid tamen aliud ualent, exempli gratia. Progignit uinum quum uapeſcit, acetum. Ita profecto prælati, paſtores, & doctores Eccleſiaſtici, oībus magno ſunt uſui, ſi rectè doceant, ac bene uiuant: uerum ſi deſipuerint, oībus magno ſunt offendiculo. Sed quo pacto quæret aliquis, ſal iſtud euaneſcit aut infatuatur? Gemina ratio. Primò ſi quis habens ſcientiam abutatur ea in ſuperbiam, & per mentis ſuę elatam philautiam, ſcientiæ ſuæ loquitur aduerſa,

ſa, uel conſcientiæ contraria, ſciens ueritatem taliter niti, eſt ueritate in iniuſtitia detinere: eſt lucernam ſub modio ponere, eſt mendacio ueritatem impedire: eſt ſalem ſapiētiæ, in ſalem fatuum præpoſterè commutare: eſt uerbum dicere contra ſpiritū ſanctum. Et hoc fuit pcūm Scribarum, & Phariſæorū, qui tenentes clauem ſcientiæ, nec ipſi intrabāt, nec alios intrare permittebant. Hoc eſt, nec ipſi in Chriſtum credere uolebant, ut ſalui fierēt, nec alios in eū ſinebāt credere. Iſtud fuit & ſcelus Arij. Iſtud ſcelus oīum hæreſiarcharū, quos ideo Spiritusſanctus, remedio pœnitentiæ iudicauit indignos, quia ſciēter ueritatem impugnant. Propterea eum, qui eiuſmodi eſt, tāquam hęreticum poſt unā, & alteram correctionem Paulus uitare monet, Sciens, inquit, quia

Tit. 3. ſubuerſus eſt, & delinquit, quum ſit proprio iudicio cōdēnatus. Alia itē rōne ſal iſtud infatuatur: ſi uidelicet p̄lati, aut paſtoris Eccleſiaſtici dicta, factaq; uitiis ſcateant, ſi ambitione turgeāt, ſimonia diffluāt, auaritia corrumpantur, uoluptuaria libidine conficiantur: ſi cumulandis ſacerdotiis, potius, quā erogandis eleemoſynis inuigilauerint. Etenim p huiuſmodi remoras, uerbum Dei plauſibili ſuo fine priuatur. Propterea terribili comminatione percellit dñs hoc fatuo ſale redūdantē, dū ait, Foras eiicieť, ut ab hoībus conculcetur: hoc eſt, ut cæteris ſit ludibrio, & contemptui, atrocius olim diſcruciandus. Nam ſeruus ſciens uoluntatem Dñi, (ait Chriſtus) & nō faciens vapulabit multis. Hanc ſalis metaphorā protulit Chriſtus, per eam indicare uolens, quāto in periculo uerſentur prælati, paſtores, & doctores, ſi ut

22 oportet munus ſibi creditum nō exequātur. †Dein de lucis metaphoram ſubiungit dicēs: Vos eſtis lux mundi. Triplex lux eſt: quædam nō illuminata ſed illuminans: non alicunde lucem mutuans, ſed ex ſe ſe lucē irradians, quæ illuminat oēm hoīem uenien

Ioan. 1 tem in hunc mūdum. Et ille eſt, qui dixit, Ego ſum lux mundi. Alia eſt lux prius illuminata, & poſtea illuminans:

luminans: quales sunt Apostoli, & Apostolici uiri: prius à Deo illuminati. Deinde alios illuminantes quibus hic dicitur. Vos estis lux mundi. Alii sunt illuminati quidem, sed illam non habent facultatem nec auctoritatē, ut alios illuminare, aut erudire possint, quales sunt idiotæ, laici, ac piæ mulieres. Nunc autem quemadmodum quod superius dictum est: Vos estis sal terræ, non ad solos Apostolos, uerumtamen ac uniuersos prælatos, Episc. & pastores Ecclesiasticos Apostolorum successores dictū putamus ita & quod hic dicitur, uos estis lux mundi, non solum Apostolos, sed oēs scientiā Dei habētes cōcernit, qui sic à patre luminum sunt illuminati, ut aliis prælucere possint: & mortaliū corda errorū tenebris offuscata illuminare, ꝙ oēs uiri. Ecclesiastici iuxta suā uocationē singuli præstare debēt: qua de causa spiritussanctus per Malachiam Prophetam protestatur dicens. Labia sacerdotis custodiūt scientiā, & legē de ore eius exquirēt, quia angelus Domini exercituum est. Porrò autem natura luminis est, ut lucē, ac splendorem (quocunque feratur) emittat: ad hæc ut tenebras ædibus illatas quantotius expellat: sic & lucere debent prælati, pastores, & doctores Ecclesiastici uerbo, & exemplo, doctrina, & uita in uniuerso Christianissimo. Quid agere debeant ecclesiæ speculatores, pastores & doctores duabus metaphoris salis & lucis docuit Christus: duabus consequentibus docens, quæ cauenda sunt illis. Prior à ciuitate
23 montana, posterior à lucerna † accensa desumitur metaphora. Quantū ad priorē attinet sic ait. Nō potest ciuitas abscōdi super montē posita. Super mōtē ædificatur ciuitas, ut si tuta, & hostibus inaccessibilis ut tanquā è specula hostē eminus ferociter aduentantē prospiciens, præmunire se possit, ac tale illius securius eludere. Sunt igitur prælati, & Apostolici uiri super montē & petram Christū ædificati, & constructi, ne uacillent, ne uincantur, ne quippiam terrore cedant imbelles. Deinde meminerint se in æditori

loco positos,& ob id necessariũ esse, ut quo propius ad Christum accedunt, eo firmiores sint, atque perfectiores, factoq; doceant prælatos Ecclesiasticos se ueros esse, atque germanos. Ad hęc solertem suæ uitæ rationem habeant, quia mons in eminenti uertice quos continet, (uelint nolint) omnibus reddit conspicuos. Et quia à plurimis conspiciuntur, ideo pluribus sunt offendiculo, si malè uiuant. Quamobrem æternum uę eisdem Dominus interminatur dicēs: Væ homini illi per quem scandalum uenit. Matth. 18. cap. Postrema metaphora est de lucerna accensa: Neque, ait, accendunt lucernam,& ponunt eam sub modio, sed super Candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Ac si diceret: Vos quos iam dixi esse lucem mundi, non idcirco luminosam scientiæ, ac sapientiæ claritatem, ex arcano thesauro lucis diuinæ accepistis, ut sub inerte silentio tegamini desides, nec perpetuis contenti latibulis abscondamini, sed ut per uestrum ministerium Christus sol iustitię illucere possit. Nam ut Matth. 13. scribitur, dormientibus hominibus superuenit homo inimicus, qui tritico superseminauit Zizania: sic prælatis, & magistris Ecclesiæ dormientibus, ac negligentibus inimicus homo superseminat Zizania in cordibus fidelium, hoc est, in unitatem fidei superfundit dogmata hęreticorum: hoc in Petro,& Iuda figuratum est. Etenim dormiente Petro cum sociis in horto uigilabat Iudas cũ Scribis & Pharisæis in domo Cayphæ, sic sæpe cōtingit, ut dormiēte prælato,& bono magistro Ecclesiæ, uigilent impii hæresiarchæ, ut uirus suum effundant in cordibus fidelium. Nam sermo eorum, ut Paulus ait, ut cancer serpit,& semper proficiunt in peius errantes, & in errorem mittentes, quapropter oportet illos esse uigiles nec abscondere debent lucernam sub modio: Lucernam itaque doctrinam uocat euangelicam: quam sub modio, iuxta Matthæum, ponere non licet: nec subter lectũ, ut Marcus habet, nec in abscondito secundum Lucam,

Mat. 18.

Mat. 13

eam, sed super candelabrum. In abscondito lucernã ponit, ubi peccatorum tenebris uerbum Dei obnubilat, & philautia sua lumen ueritatis offuscat. Ponit sub modio, qui diuitiis huius sæculi, & curis auaritię Dei uerbum suffocat: ponit subtus lectum, qui securitatis, & quietis amans, ocio marcescit, luxu corrũpitur, uoluntate diffluit. Docet ergo Christus qualem prælatum, & episcopum, qualem pastorem, & doctorem esse oportet: nimirum sal terræ: lucem mundi: montem excelsum, & lucernam accensam. Idem docet & Paulus licèt aliis uerbis ad Titiũ scribens. Primo. n. capite sic habet. Oportet Episcopũ sine crimine esse, sicut Dei dispensatorẽ, non superbũ, nõ iracundum, non uinolentũ, nõ percussorem, non turpis lucri cupidũ, sed hospitalem, benignũ, sobriũ, iustum, sanctũ, continentem, amplectentẽ eũ, qui secundũ doctrinam est, fidelẽ sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere. Et rursus ca. 2. In omnibus, ait, teipsum exhibe exemplum bonorum operum, in doctrina, in grauitate, in integritate, uerbum sanum, & irreprehensibile, ut qui ex aduerso est, uereatur: nihil habẽs dicere de nobis. Si alias unquam, hoc profecto tempore habent catholici oẽs, sed præcipue ecclesiastici aduersarios, ac sui instituti detractores, & obloquutores plurimos, nostra omnium proh dolor culpa & uitio, quorum occludere ora non poterimus, nisi deprauatissimos nostros mores corrigamus. Proptérea concludens Dominus ait. Sic ergo luceat lux uestra coram hominibus, ut uidentes opera uestra bona, glorificent patrem uestrum qui in cœlis est: Ita & Petrus conformiter ait: Obsecro uos tanquam aduenas, & peregrinos, abstinere à carnalibus desiderìis, quæ militant aduersus animam, conuersationem uestram inter gentes habẽtes bonam, ut in eo, quod detrectant de uobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus uos considerantes, glorificent Deum in die uisitationis. Blasphematur, ac de-

ad Ti. 1

ad Ti. 2.

1. Pet. 2

decore afficitur pater cœlestis, qñ Ecclesiasticũ, imò
6 Christianum infamatur institutum. †Propter autem corruptos nostros mores, nostrum dedecore afficit institutum. Idcirco ut oĩs in Deũ tollatur blasphemia: & quod nos urit dedecus: uitam nostram ad præscriptum Dei uerbum, sanctorumq; patrum instituta: tanquam ad certam regulã reformare oportet. Nec decet, nec iuuat dicere: Talem uiuendi rõnem reperi: Sic uixerunt, Ita fecerũt qui nos præcesserunt, Talis inoleuit consuetudo: hęc enim & huiusmodi uerba nil aliud sunt, quàm folia ficus, quibus nostra in cupimus (quemadmodum nostri protoplasti fecerunt) cooperire turpitudinem, & nostrum defendere pcũm: Sed noli, ait scriptura, sequi turbã malefacientem. Propterea unusquisq; sic suam instituat uitam, ille præcipue, qui aliis præest, ut meritò sal terræ dici possit, lux, mons, & accensa lucerna. Qui huiusmodi est, semper cogitare debet, ꝙ rõnẽ sit redditurus Deo ꝓ omnibus suis, & ideò summa cura, & sollicitudine illas curare debet. Nam si Patriarcha Iacob pecudibus præfectus, oues rationes expertes pascens, de quibus hominibus tm̃ rõnem redditurus erat, noctes ducebat insomnes, & æstum, & frigus, & quamuis aeris intẽperiem ferebat, ut nulla ex illis pecudibus periret: Prælati qui non rõnis expertibus præsunt, sed paternis ouibus: nec hominibus, sed Deo rõnem sunt redditurí, multo magis debent nihil grauatè facere, aut recusare quicquam eorum, quæ gregibus prodesse possunt: Sed quanto hic grex illi, & homines brutis, & hominibus Deus præstat: tantò ipsi prælati uehementius, & alacrius in hoc studium incumbere debent, ne pereat ex toto grege unica ouis, ꝙ si errauerit aliqua ex illis, ad modum boni pastoris Christi illã per deserta requirere debet, & inuentam non occidere, non deglubere, non percutere, sed super humeros impositam ad gregem reportare cũ gaudio. Luce. 15. Proinde semper oculum habere debet ad summum illum pasto-

Exo. 23.

Gen. 33.

rem

rem, & Epm animarum noſtrarum, quē Petrus uocat principē paſtorum, qui dixit Ioan. 10. Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Mercenarius aūt, cuius non ſunt oues propriæ, uidet lupum uenietem, & fugit. Lupus eſt diabolus, lupus hæreticus, lupus tyrānus, qui aliud nō quærit, quàm diſpergere oues. His lupis ſeſe opponere debēt Prælati Eccleſiæ, & ab ipſis ſuas oues tueri, ac defendere, pro quarum ſalute ſuam etiam uitam exponere debēt, quod ſi ſic fecerint, quum apparuerit princeps paſtorū, inquit Petrus, percipiēt immarceſſibilem gloriæ coronam. 1. Pet. 5 Ioan. 10. 1. Pet. 5

Cauendum Epiſcopis, ne indignis beneficia cōferant, maximè, quæ annexam habēt curam animarum, & ne etiam indignos ſacris initiēt. Propterea Paulus ſic ſuum monet Timotheum, Nemini citò manus impoſueris, neq; communicaueris peccatis alienis. Cōmunicat peccatis alienis, qui indignos promouet, uel ad ſacros ordines, uel ad beneficia. Loca uerò ſacræ ſcripturæ, quæ ad explicationē maiorem huius thematis faciunt, hæc ſunt.

Remiſſiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Teſtamenti.

SECVNDVM THEMA.

QVOMODO SESE COMMVNIS populus debeat regere erga spirituales, Praelatos.

SVMMAE.

1 *propter dignitatem Ecclesiasticam, quae paucis probatur, aequum & iustum esse, ut communis populus illi honore deferat, conuincitur.*

2 *Populus erga Ecclesiasticos sic se habet, ut truncus corporis ad caput.*

3 *Pectoris & partium huius expositione succincta declaratur, quid militarium uirorum, ut Regu, Principum, Ducum & similiu, ac militu officij sit erga Ecclesiasticos.*

4 *Ab irascibili facultate cordis, cui Reges, & Principes comparantur, demonstratur, quod debent Ecclesiasticu ordinem defendere.*

5 *Exemplo manuum demonstratur officium militarium, & quomodo se gerant erga Ecclesiasticos.*

6 *Exemplo uentris pedumque docetur, quomodo plebs se gerat erga Ecclesiasticos.*

7 *Perstringitur succinctè, quid Agricolae, & Opifices, homines plebei, honoris, & obsequij debeant praestare Ecclesiasticis.*

8 *Exemplo ouis praebentis Pastori necessaria, docetur quid populus debet praestare suis praelatis, & simul adiunguntur testimonia scripturae, quòd populus debet uenerari suus praelatos, & sacerdotes.*

9 *Populi est orare quoque, pro suis prælatis, & ecclesiasticis, præpositis. &c.*
10 *Obedire debent homines populares suis prælatis, præpositis, &c.*
11 *Communis populus non debet malam existimationem habere, aut spargere de suis prælatis.*
12 *Populi non est obstrepere suis prælatis.*
13 *Populus lege diuina obligatus est suis prælatis ecclesiasticis soluere decimas, in temporalibus prouidere. &c.*
14 *Populus non debet ullis uti libris, nisi à suis prælatis & ecclesiasticis concessis.*
15 *Populum inobedientem suis prælatis, & ecclesiasticis Deus atrociter punit.*
16 *Quod populus hilari animo abunde elargiri, & ministrare necessaria debet prælatis, etiam cùm abundare uidetur.*
17 *Populus non debet inquirere mysteria ecclesiasticorum in ecclesia obseruata, sed debet tantum credere, & obedire, ac honorare.*
18 *Populus est sicut messis operariorum ecclesiasticorum.*
19 *Populus hederæ comparatur, ut pro sustentaculo animę, & subsidiis spiritualibus digna munera rependat ecclesiasticis.*
20 *Ponitur definitio populi: qua separatur à clero.*
21 *Diuersitas populi, & quod alius bonus, alius malus: Itē alius fidelis, & alius infidelis.*

VVlgatum est illud carmen, nec inutile quod in frontispicio huius thematis, ponatur, ut quo alibi ædium epistylia ornata uiderim.

Tu supplex ora, tu protege, tuque labora,

Continet nanq; Ecclesiasticorum, militantium, atq, Agricolarum officium, quod si rectè in republica Christiana se habuerit, haud multū de crabronibus, muscis, culicibus, atq; impiis hoībus laborandum. Quanquam suprà Ecclesiasticos comparaui ipsis oculis, utpote quibus ipsos spūales prælatos demonstraui esse similes: tñ nunc si oēs sumamus Clericos,

ricos, & iungamus Prelatis, Diaconos, Subdiaconos, Acolitos, Lectores, Exorcistas, & Ostiarios, & consideremus integrũ hunc nexum, haud dubiè rñdere inuenietur ipsi capiti integro humani corpis. Quemadmodum caput uenerabilior pars est ceteris hoīs partibus.: Est enim arx oīs diuinitatis particeps, & ubi Pallas suum natale agnoscit, Ita epi cum suo clero reliquis oībus mundi dignitatibus præcellunt. Enimuero D. Ambrosius in pastorali commemorat sic: Honor & sublimitas, ait, epalis nullis poterit comparationibus adequari: si regum fulgori compares, & Principum diademati, longe erit inferius, quàm si plumbi metallum ad auri fulgorem compares, quippe quum uideas Regum colla & Principum submitti genubus sacerdotũ, & deosculata eorum dextra orationibus eorum se credunt cō muniri. Et paulò post idem. Nihil in seculo excellētius sacerdotibus, nihil sublimius episcopis reperiri potest. Quamobrem longe antecedunt cōi populo, & ab hoc afficiendi sunt oī honore.
2 † preſertim quum uniuersus populus secularis uulgo uocatus sit quasi truncus corpis residui ad caput relatus, ut in quo populo alii existant similes pectori cum manibus: alij rñdeant uentri cũ pedibus. Hi uerò sunt Agricolæ, & opifices necessarii ad suppeditanda instrumenta Agricolis. Illi aũt milites, & uiri Militares, quicũq; etiam militie inseruiunt. Etenim haud aliter Agricole, horumq; causa necessarii opifices se habent ad societatem uel totam Rempublicā Christianam: quam uenter ac pedes ad integrum corpus humanum. Simili modo milites, uiriq; militares in Republica Christiana id sunt, quod in humano corpore pectus, & huius extremitates nimirũ manus. Quamobrem par est, ut ita se cōmunis populus, & huius Principes, ac Reges gerant erga Ecclesiasticos prælatos: sicut pectus cum manibus, & uenter cum pedibus erga suum caput, ut ea quæ ubique desideratur, cōtingat tranquillitas, pax & fœlicitas.

Primò

Primò consideremus quid pectus & manus debeant obsequij capiti: Idem mox de uentre & pedibus per
3 sequamur. †pectus, hoc est ossa, præcordiis & uitali bus natura circuudedit, ac uentri, quem necesse erat increscere, ademit: nulli namque animalium circa uentrem ossa, pectus homini tãtum latum, reliquis carinatum, uolucribus magis & inter eas aquaticis maximè. In hoc costæ homini tantum octonæ sunt suibus denæ: cornigeris tredecim: serpentibus triginta. In hujus medio cor est non solum omnibus cæteris animalibus, sed etiam homini: quanquam Plinius dicit, quòd homini tantum est infra lęuam papillam turbinato mucrone in priora eminẽs. hoc solis piscibus ad os spectat: atque id est, quod primũ nascentibus formari in utero tradunt. Deinde cerebrum, sicut tardissime oculos: sed hos primum mori cor nouissimè. Huic præcipuus color palpitat certè & quasi alterum mouetur animal, intra præmollissimoque opertum membranæ inuolucro, munitum costarum & pectoris simul muro, ut pariat præcipuã uitę causam & origine. Prima domicilia inter se animo & sanguini præbet, sinuoso specu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. Ibi mentem habitare uisum Chrysippo, Plinio, atque pluri mis aliis philosophis. Contra sedem tantum ibi esse animæ irascibilis, ex placitis Hipprocratis & platonis manifestis ac optimis argumẽtis Galenus demonstrat in libris de dogmatibus Hipp. & platonis Huius etiam robur, portio, ac dispositio toti corpori communicatur. Quale cor, tale corpus, Hirtũ cor hirtum corpus, uires ualidissimæ, & contra. Sed etiã Christus, inquit, quod abundantia cordis os loquitur. Verum cor principis atque Regis formam repręsentat optimè. Nam qualis Rex uel princeps talis populus. Et illud uerum est, quamuis triuiale: Regis ad exemplum totus componitur orbis. Si prudentes Reges sunt: prudens erit populus, & contra: unde Horatius id breuiter sic innuit.

Luc. 6. *Mat. 12*

Tabula

Tabula qua Paridis propter narratur amorem,
Græcia Barbariæ lento collisa duello,
Stultorum Regum & populorum continet æstus. Eccl.10

Sed & Eccles.10.legitur, qualis est rector Ciuitatis, tales habitantes in ea,& ut Sapientiæ.6.habetur. Verè Rex sapiens populi stabilimentum. Videmus autem omnes pectus, & in huius medio ipsum cor, subiectum esse capiti, tametsi subministret illi sanguinem ut alimentum, tum spiritum, ut materiã gubernationis in capite tanquam officium Iouis formandam, ut inde parturiat Palladem Vulcani armis optimè tectam & panoplæam, tertio calorem, quo frigiditas capitis temperari potest, denique robur, ut in erecta eminentia ipsum caput existat, sensuumque debita munera exequatur. Quamdiu uerò hoc fit, non mala est corporis constitutio, aut si quæ sit, ea facile ui Palladis corrigitur, & in optatum statum restituitur. Non est mirum ergo si Reges & principes se submittant, & humilient coram Prælatis Ecclesiasticis, quamuis ipsi alimenta, auctoritatem, ornamenta, denique defensionem præstent, nec sine ipsis hęc illos habere Deus uoluit, ut indissolubili hoc uinculo charitas deuincta, Christianæque Reip. fœlicitas constaret. Consideranti mihi profecto, uarias Rerump. formas, illæ uidentur fœlicissimæ, quæ Reges, Principes, breuiter, suum magistratum habuere obedientẽ spirituali sacro magistratui: cuius nũc Ecclesiastica dignitas typum exprimit non rudem, sed uerum & perfectissimum, ut ab ipso Dei filio confirmatum, eoque sanctiorem & illustriorem. Ecquid Sicyoniorum Resp. florentissima fuit, quandiu suum sacrum magistratum honorauerunt, summus apud hos sacerdos uocabatur, Charnius, ipsum Collegiũ nuncupabatur Pastophorum, ubi id sua insolentia uiolassent, res tota concidit. Athenienses Archierosynem suum uenerabantur, & Daduchum, Stephanophorum, Eleobutadem, Buzigem, omnes sacros magistratus, & Respub. mirum in modum augebatur

Sapien.6

rur literis, uirtute, rerũq; copia: tandẽ cõtẽplationis philosophorũ, Protagoræ, Diagoræ, ac cæterorũ inde sequentiũ pcipitati in uarias de diis opiniones, primò tranquillitatẽ Reip. tũ formã administratio-nis, deniq; ipsam Rẽp. prodidere, & amisere. Lacedæmoniorũ Regib. incõsultis, sacris in bellũ profici sci capitale erat, ac tũ fuit cõditio Lacedæmoniorũ beata: ubi magistratus sacer cœpit esse in contẽptu, res tota nihilũ cõcidit. Quẽadmodũ uerò nusquam maior fuit ueneratio sacrorũ, q̃ apud Romanos, idq; à Romæ Põpilij usq; tẽpore: ita nulla Resp. fuit potẽ
4 tior, nec fœlicior: donec tandẽ à Clodio sacra bonæ Deæ uiolarẽtur, nec antiquus honos sacerdotib. exhiberetur; tũ. n. mutuis dissidiis, intestinis odiis, cru delib. & ciuilib. bellis forma Reip. florẽtissima pœnitus euersa est. Põtificia dignitas apud Iudæos in summa ueneratione habita iussu Dei, ordinationeque Moysis fuit. Huic iudices parebãt, & totus populus mox Reges & populus, tãdẽ cõtẽpti ab antiqua disciplina discesserũt, & à ueritate. Quũ aũt ipsa ueritas, nimirũ Christus, eos in uerã uiã niteret reuoca re, atq; populũ ad illorũ imperia dirigere & pducere, odio habitus, iniquè cõdẽnatus, & innocẽs cruci
Mat. 23 fixus est. Hic. n. pcepit, sit dicẽs. Supra cathedrã Moysi sederũt scribæ & pharisæi, oĩa ergo quæ dixerint uobis seruate & facite: ẽm opera eorũ nolite facere: dicũt. n. & nõ faciũt. At Rex Herodes, Pilatus, denique populus, exceptis selectis Christi alioquin uniuersus hæc uerba spreuit, suũ magistratũ sacrũ non curauit, unde à Vespasiano ciuitas Hierosolyma uastata est miserabiliter, atque ipsi Iudæi passim omnes, qui non sequebantur doctrinam Christi, horrẽda internecione pœnas dederunt suæ inobediẽtiæ. Hæc Christiano populo tot malorũ hominũ opinionibus ascriptis nũc scisso esse documẽto debẽt: ne Reges, Principes, populus deniq; ipse ab imperio Sacerdotũ discedãt, si saluã Rẽp. Christianã uelint. Quur Iudæa, Aegyptus, Græcia, atq; plurima uicina

na regna, quę olim Christiana fuere, nūc Barbaris, & idolatris miserè seruiunt? non ob aliud q̄ quod hæreses & schismata amplexi nō tribuerūt Catholicæ Ecclesiæ Christi debitū honorē, nō coluerūt sacerdotes sicut debēbāt, sperantes tanquā Aesopicæ ranæ pro trabe rege sortiri placidiorē & prudentiorē, obtinuerūt ciconiā, quę deglutiat, & excarnificet terribiliter. Sed forsan nimiū digressus sum, præsentia tēpora nō patiuntur plura dici de hoc themate, pp nasutū nimis populū, & qui auitā religionē nititur ubiq; pessundare, nisi partim ui, partim metu coerceatur. Si quis desiderat uidere, quantū studium fuit ipsis etiā ethnicis colendi suos sacros magistratus, recurrat ad Valeriū Maximū, de cultu deorum, de neglecta religione &c. Primus nāq; liber plenus est exēplis huius generis. Exēplo itaq; cordis Christiani, Reges, Principes, & cōsules debēt subesse suis Prælatis nō coacti, sed sua sponte, & lege naturæ, & lege Dei. Hinc tres Magi ab oriēte uenerūt, ut adorarēt Christū, & attulerūt illi munera sua. Nūquid Herodes quoq; simulauit se uelle adorare Christum? *Mat. 2* In ueteri testamento scriptū est. Orietur in diebus eius iustitia, & abundātia pacis, donec auferatur luna, & dominabitur à mari ad mare, & a fluimine usq; ad terminos orbis terrarū. Corā illo procident Aethiopes, & inimici eius terrā lingēt. Reges Tharsis & Insulæ munera offerēt, Reges Arabū, & Saba dona adducēt, & adorabūt eū oēs reges, oēs gentes adorabūt eū. Est aūt in corde † māsio animę irascibilis, unde ira, & cupiditas ulciscēdi malū illatū, ac defendēdi cognitū bonū, cēsetur ira in tāto bono, ut adagiū natū sit hinc. Irā nō hēt, qui mentē nō hēt. Peripatetici irā laudāt, tū ꝙ ad fortitudinem quasi calcaribus quibusdā incitat: tū ꝙ in partā fortitudinis referatur, sicut placet Aristoteli. Boni āt Reges & Principes similiter irascūtur, qn̄ uidēt Ecclesiasticā dignitatē non satis honorari, ulciscūtur illatam illi iniuriā, atq; huius causa etiā arma induūt, (suasque *Psa. 71.*

5

que

quę manus expediunt, quę sunt milites, & militares copiæ, sicut Vergilius de Aenea scripsit.

Terribilis sæuam nullo discrimine pugnam,
Suscitat, irarumq; omnes effundit habenas.

Homerus iracundum facit Achillem ubiq;. Ouidianus quoq;. Hercules Acheloum:

—iam dudum lumine toruo,
Spectat, & accensæ non fortiter imperat iræ.

Pro. 19 Et prouerb. 19. dicitur sicut fremitus Leonis, ita
Rom. 13 Regis. Sed Paulus ad Romanos paucis hoc declarauit, ubi inquit. Omnis potestas a Deo. Et paulò post, Vindex in iram ei, qui malum operatur, ideoque necessitate subditi estote, non solū propter iram, sed etiam propter conscientiam. Quid nanq; tot munimenta cordis designant? nihil, nisi ut regia potestas satellitibus septa queat defendere Ecclesiasticam præeminentiā. Atq; ad huius maiorem facilitatem manibus ipsis annexis adiuuatur. Quid sunt manus, nisi exercitus, milites, & amici eius, unde dicitur, *An nescis regibus longas esse manus?* & illud Græco Prouerbio usitatū, hoc est in lege manuū. Hinc Briareus centimanus à Virgilio centum geminus dictus, & centum geminus Briareus ac Bellua Lernæ Hodie manet ius ecclesiæ de inuocando brachio sæculari. Docet hoc D. Augustinus in Epis.
Act. 23 ad Bonifacium, & Paulus auxilium implorauit con
23. q. 3. tra maleficos Iudæos, suos inimicos, uide 23. quæst. 3. in iure Canonico. Nec sine causa Paulus inquit, sic scribens. Non enim sine causa gladium portat (scilicet in manu) potestas. Neque uerò Ecclesiastici: neque priuati aliquem occidere possunt. Hoc confirmauerunt Iudæi dicentes. Nobis non licet occi-
Ioan. 18 dere quenquam. Occidere non licet, gladio aut manu intellige. Nam alias D. Petrus occidit Ananiam & Sapphiram ui & uirtute Dei, atque Regum, principum & magistratus militaris proprium est, atque officium à Deo iniunctum, ut malos puniant, bonos tueantur. Sic Iosue, Gedeon, atque optimi Iudi

ces

ces populi Israel occiderunt eos bello, gladio, suspē-
dio, qui sibi aduersabantur: sic Dauid occidit de Sy 2.Re.10
ris septingentos currus: & Salomon interfecit pec-
catores: sic Machabæi gloriosè decertauerūt pro le
ge, & plurimos occiderunt uiolenta manu. Nabu-
chodonosor ex impio conuersus per Danielem oc- Dani.14
cidit Sacerdotes Bel, & tradidit Bel in potestatem
Danielis, qui subuertit eum. Hoc autem fit ad de-
fensionem Ecclesiasticæ piæ congregationis. Sic in
ecclesia Christi Constantinus Imperator Christia-
nus factus puniebat eos qui Ecclesiam Christi iniu
ria afficerent Idem deinde alii catholici Reges, Prin.
cipes & Magistratus hactenus faciunt, atque ita se
gerunt aduersus Prælatos, ut sint horum defenso-
res. Deinde sicut cor in medio humani corporis in
circulum expansi deprehenditur: Ita Regius atque
militaris magistratus cœtusque, est medius inter
Ecclesiasticos, & rudem populum Nimirum cogit
rudes, a ut duros, intractabilesq; homines ad disci-
plinam Ecclesiasticam: à qua erudiantur ad salutem
animę. Orpheus dicitur homines syluestres insti-
tuisse in Græcia, & Saturnus in Italia: sed longe per
fectius hoc fecit Moyses in Aegypto, & Iudaico in
populo: tum Christus, atque huius sancta ecclesia
per totum orbem terrarum idem præstat. Sed qui-
cunque non audiuerit ecclesiam, sit ethnicus & pu-
blicanus: & si contra leges peccat politicas, à milita
ri magistratu punitur. †Quo quidem pacto facilè in
5 telligitur, quòd militaris magistratus continet po-
pulum in officio, ut audeant sanā doctrinā Christi
& iuxta eam uiuant, & ecclesiasticam Maiestatem
confirmat, ut uelit, possit, & debeat docere omnem
populum: & disciplinam ueræ gubernationis obser
uare, cuius causa ipse militaris magistratus se sub-
mittit catholicę Ecclesiæ: nimirum Imperatores, Re
ges, principes, aliique ciuiles magistratus manus ha
bent adiuuandæ Ecclesiæ. Vis naturę, ruinæ capitis
aut iniuriæ oculis inferendæ semper munum obii-
cit,

est, hinc uulgati prouerbio locus cessit: Vbi passio, ibi manus. Sic uiri militares debent esse promptissimi ad defensionem Ecclesiasticorum. Elephas proboscide, quæ manus ipsius est, sibi necessaria acquirit, & noxia abigit: sic manus militaris illud habet muneris, ut congregationi Ecclesiasticæ inseruiat, & ab illa omnes iniurias propulset: in cęteris contenta suis stipendiis neminem pulset, ut præcepit D. Ioannes. Hæc moderatione usi Romani multarum gentiũ domini sunt facti: unde Seneca trag. 3. Qui uult regnare, languida regnet manu. Quod si militares uiri non detraxerunt Ecclesiasticis alimenta, sed potius ea abunde procurauerint exemplo Constantini & aliorum Catholicorum Imperatorum, Regum, principum: si auctoritatem Ecclesiæ defenderint, si auxilium tulerint prompto obsequio, ac strenua opera contra hostes, & pacis perturbatores: si potestatẽ suam ad Dei cultum dilatandũ, impenderint, haud dubiè summum bonum inde continget: neque id mirum quandoquidem sic ius & uis æqua manu cõcordant, quod hoc Emblemate pulchre edocetur. Luc. 3.

Laertæ genitum, genitum quoque Tydeos una
Hac cera expressit Zenalis apta manus.
Viribus hic præstat, hic pollet acumine mentis,
Nec tamen alterius non eget alter ope.
Cum duo coniuncti ueniunt, uictoria certa est,
Solum mens hominem, dexterave destituit.

6 † Quandoquidem satis perstrinxisse uideor, quo modo se militares erga Ecclesiasticos habere decet: nunc ad populum communem trãseam, quod autẽ uenter cum pedibus obsequium facit capiti, idem agricolæ & opifices debent Ecclesiasticis prælatis: Neque dubium est, quin quotiescunque non exequuntur hoc officium, grauiter peccant, & in uaria grandiaque pericula præcipitantur, uentris autem usus est, ut materiam & alimentum naturale omnibus partibus subministret, in primis autem cordi, à quo quod perfecte elaboratum est, ad caput distribui

tur

tur. Plures etiam partes uni huic negotio inseruiũt. Omnes tamen à cruribus sustentantur, diriguntur, & auxilium præcipuum habent. Neque uero actiones singularum partium nutritiuarum hic recensere opus: quoniam constat, quod omnes inseruiunt non solum ad nutritionem sui, sed etiam totius corporis. Ad eundem modum ratio ipsa dictitat, ut Agricolæ & operarii cogitent, intentique sint, ut acquirant non solum necessaria ipsis, sed quoque Ecclesiasticis, ac militaribus. Possum huc referre illud Ciceronis pulchrum dogma, sed quoniam, ait, ut præclarè scriptum est à Platone, non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patria uendicat, partem parentes, partem amici, atque (ut placet Stoicis) quæ in terris gignuntur, ad usum hominũ omnia creari, homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se aliis alii prodesse possint. In hoc naturam ducem sequi debemus, & communes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum, dando, accipiendo, tum facultatibus deuincire hominum inter homines societatem: qua quidẽ in re Cicero non paruam partem iustitiæ statuit. 1. Offic.
Cogitent itaque Agricolæ & operarii quod spiritualia longè sunt pretiosiora carnalibus. Hæc enim caduca, ac momentanea, illa sublimia & æterna. Hęc humana & mutabilia, illa diuina ac immutabilia. Sed Ecclesiastici dãt spiritualia: quare ipsi Agricolæ & opifices reddere tenent hilariter & benignè tpalia bona. Vnde Paulus, inquit, si seminamus spiritualia, qu ur nõ metemus ẽt carnalia? Porrò si pes officiũ manus sibi usurparet, si iecur cordis, si stomachus cerebri, haud dubiè corpus cōtabesceret, oĩaq; simul mẽbra euerterẽtur, & penit⁹ perirẽt. Quare illi, q ac laborãdũ nati sũt, q sũt Agricolæ, & opifices ĩ hac sua uocatione manebũt. Huc quoq; paul⁹ respexit, ubi scripsit. Seruus uocat⁹ es? nõ sit tibi curæ, sed si potes liber fieri, magis utere: q. n. uocat⁹ est in dño seruus, liber ẽst dñi. Similiter quoq; liber uocatus, 1. Co. 9. 1. Cor. 7

seruus Christi est. Pretio empti estis: nolite fieri serui hominū, q͡sq; in quo uocatus est, fratres, in hóc maneat apud Deū. Necesse est. n. unicuiq; parti humani corporis, ut eā, quā à Deo & natura sortita est formā & actionem, in obsequiū aliarum partium seruet: ita unicuiq; homini in ea uocatione, in quā uocatus est, ut maneat, & hanc quanta potest diligentia exerceat. Quod si etiam iniqui homines, aut mali rerum æstimatores ab hac uocatione nos abducere uelint, non debemus horum serui fieri: nam nocebunt, & in multa mala nos perducent: sicut de Phaetonte fabula significat. Vnde sic Alciatus scripsit.

Aspicis aurigam currus Phaetonta paterni
Igniuomos ausum flectere solis equos.
Maxima qui postquam terris incendia sparsit.
Est temerè insesso lapsus ab axe miser.
Sic plerique rotis fortunæ ad sidera reges
Euecti ambitio quos iuuenilis agit.
Post magnam humani generis cladeḿq;, suamque,
Cunctorum pœnas denique dant scelerum.

In multis Respub. serui inuaserunt aliquando dominium, sed statim euerterunt primò omnia bona, demū se quoq;. Et mulieres imperia sumpserūt. unde uaria bella statim, aut ipsis defunctis emanauerunt. Scio Christianas fœminas optimo regimine
Eccl. 10 aliquot locis præfuisse, sed hæ usæ sunt prudentissimo consilio bonorum uirorū, & paruerunt sanctæ Catholicæ Ecclesiæ. & puer si regere uelit, nunquid statim in plurima mala impinget? Ecclesiasticis 10.
Psa. 127 legitur. Væ terræ cuius rex puer est. Si asinus admoueatur ad lyrā, nunquid ridiculū erit? Agricolæ itaque & operarii, huiusque classis omnes uocati ad labores manuum, hos tractent. Sic enim ait Propheta. Labores manuū tuarū manducabis, beatus es, & benè erit tibi. Si his relictis uelint ea subire, ad quæ nec nati, nec facti sunt, & se, & alios in ruinā præcipitabūt. Qđ cū aliàs sæpius, tū impræsentiarū quo-

que

que cõtigisse Græciæ, Vngariæ, Liuoniũq; status satis declarat. Qui uelint perpẽdãt, an ne hæc sit causa, & origo mali in Belgio nuper cõcitati: quod plebei homines, & nati ad obedientiã ecclesiasticis præstandam, uoluerunt esse Ecclesiastici, & formam religionis, fideiq; præscribere Sanctæ Catholicæ Ecclesię: huiusq; antistitibus: quod certè antiquo lepido prouerbio notari pt. Sus Mineruã. Neq; uerò æquũ est neq; iustũ, ut quis suã falcẽ mittat in messem alienã: & metiri se quẽq; suo modulo ac pede uerũ est. At quanto præclarius actuũ esset, si ne sutor quidẽ ultra crepidã, quod dici solet, uerũ sero sapiũt Phryges. Exemplũ hinc tamẽ sumere debemus, ne peccet quis in posterũ: nimirum ut uenter cũ pedibus, hoc est Agricolæ cum opificibus suũ officiũ præstent Ecclesiasticis, ac militaribus: neq; ab hoc discedant: quantũ discesserint, tantũ protinus læserint communem hominũ societatẽ, & sese in primis cũ suis. Agricolæ igitur, non debent se amplius immiscere negotiis Ecclesiæ quàm præcipitur, sed sedulo debẽt laborare, alii agrum colendo, seminando, & pabula subministrando: alii pascendo, aucupando, piscando, uenando: alii plantando, curandoq; rem hortensem: alii uillaticã rem exercendo: omniũq; prouentuũ, ac perceptarum rerum, & augmenti primitias, decimas, & Xenia libenter tribuant Ecclesiasticis, ut Deũ orando, & sacra solennia celebrando, ubertatẽ impetrẽt: ut militares dirigant ad custodiam ipsorũ & defensionem, ne prædæ exponantur. Tales autẽ non quærent quæ sua sunt, sed quæ Dei, ut cuius liberalitate, serenitate, pluuiis, & calore dato omnia obtinent: idcirco cultoribus Dei ad uictum, & amictum necessaria suppeditabunt: tum quæ communis societatis, ut iustitiæ satisfaciant. Denique quæ sua, ut ipsi quoque de fructibus suis sustententur, sicut de oblatis aræ sacerdotes. Possum hos comparare uentriculo, iecori, lieni & intestinis. Interea illud Galeni obiter annotabo, qui dicit, quod lien bene

tẽperatus est similis bono Regi, qui sua beneficẽtia totam Rempublicam exhilarat: at male affectus, est ut Tyrãnus: quia se replet, totum corpus emacerat, & extinguit. Equidem commodius omnes Agricolas assimilarem lieni, iecori, atque uentriculo cũ suis appendicibus. Nam quandocunque Agricolæ abunde suppeditãt uictui, & amictui necessaria, tũ Reipublicæ benè se habent, & gaudent. Regis enim est gubernare, ut omnia fiant ita ut debent, Ecclesiasticorum est modum gubernationis, iustitiã, pacem, & quæ huc faciunt tradere. Agricolarũ procurare copiam cõmeatuum, & cornu copiæ inferre, sin minus Agricolæ uel sua negligentia, uel desidia, uel neglecto deorũ cultu ea subministrent, uel etiam propter auaritiã sibi reseruent, tum inopia, charitas annonæ, & defectus Reipu. exoritur, ipsaq; Resp. multas calamitates patitur. Iã famuli Agricolarũ sunt opifices, operæque uarię. Sicut pedes ministeriũ exequũtur, uentri, & hunc baiulant, sustentant, & ad res necessarias acquirendas per uaria loca deportãt ipsum uentrem. Quia Paulus sæpe utitur huiusmodi comparitione, imò uerò ipse Christus ad uolatilia cœli, ad uulpes, ad lilia campi nos mandat, Salomon ad formicas, idcirco nemo miretur me huiusmodi cõparitionibus usum esse: unde omnes homines plebei discant quo modo se gerere debent erga suum Ecclesiasticum magistratum. Nam quæcunque sunt opificia, ea dicto audientes esse debent Ecclesiasticis, nihil cogitare, facere, dicere, audire, denique habere, quod non fiat in nomine Christi. Qua de causa Prælatus Ecclesiæ omnia opera, animique cõceptus reuelabunt, impiumque censebunt frui pace per curam, & multas tribulationes Ecclesiasticorum sine omni deuotione erga eos, carnalia & temporalia ut affatim suppeditent Ecclesiasticis, diligenter laborabunt. Falso conqueruntur omnes de sacerdotibus, quasi mali sint. Sed Agricolæ, operarii, opifices, & huius generis omnes uulgares

gares; quum non porrigant sacerdotibus necessaria, efficiunt, ut pro bonis habeant malos pastores. Si enim oues suo pastori non lac, non lanam ad uitæ subsidia referunt, uel pastor relicto grege ad aliam uitæ conditionem dilabitur, uel penuria conficitur, & curam gregis abiicere compellitur. Etenim Scriptura sacra tam ueteris quàm noui testamenti simplicem populum ouibus comparare consueuit, ouesque appellare: nec sine causa. Nam quemadmodum inter omnia animantia ouis magis eget cura pastoris, qui eam ad pascua ducat, reducat, regat, sanet, à quo & tota pendet: sic & populus maxima eget cura Prælatorum spiritualium, à quibus pascatur, ducatur, regatur, sine quibus reuera facile periret salus populi. Ex natura igitur, & proprietate ouis facile colligi potest, quid populus debeat suis prælatis spiritualibus, quos scriptura pastores uocare solet ouium, non rationis expertium, sed ratione utentium. Ouium itaque est non præire, sed suum sequi pastorem: non iubere, aut præcipere, sed suo parere, & obedire pastori: illum audire, uocem illius agnoscere: lac & lanam illi suppeditare: ab illo pascua accipere, & quò pastor ducit ad pascua ire, alienum nequaquam sequi, quia non nouit ouis (ut ait Christus) uocem alienorum. Ioan. 10. cap. non murmurare contra pastorem? sed patienter ferre ut tondeatur, ut ducatur, ut regatur. Ad eundem sane modum se regere debet populus erga suos prælatos, & pastores spirituales. Nam populi est non præire, sed sequi suos prælatos, & pastores: quibus primò omnem debent honorem, ac reuerentiam, haud secus atque suis parentibus, illis assurgendo, cedendo, caput aperiendo, cum omni reuerentia, & mansuetudine illos alloquendo. Sic Paulus iubet cum honore suscipere, ac deducere. Timoth. 1. Corinth. 16. & Epaphroditum, & similes euãgelij cooperatores patresq; spirituales, ut habetur ad Philip. 2. Quin & expressis uerbis hoc iubet. 1. ad Thes. 5. cap. Rogo (ait) uos

Zach. 7
2. Co. 6.
1. Co. 4
Philip. 2.
Heb. 13
Matt. 23
Ioan. 10
1. Cor. 16
Philip. 2
1. Tes. 5.

uos fratres, ut noueritis eos, qui laborant inter uos, & præsunt uobis in domino, & monēt uos, ut habeatis illos abūdantius in Charitate pp opus illorū, & pacē habete cū illis. Et Eccle. 7. c. Honorifica, inquit, sacerdotes: qui si boni sunt, ac uitæ integræ, illos sequi, ac imitari oportet. Quemadmodū Paulus monet primo Corinth. 6. dicens: Rogo uos imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Et Philippen. pariter dicens ca. 3. Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, qui ambulant sicut habetis formam nostram. Similiter Hebręos, dum ait Cap. 13. Mementote præpositorum uestrorū, qui uobis locuti sunt uerbum ueritatis, quorum intuentes exitū conuersationis imitamini fidem. Hic peccant grauissimè qui prælatos, ac uiros Ecclesiasticos nihili pendunt: quibus adeo presbyteri, aut sacerdotis nomen & uocabulum odiosum est, ut ipsis eisdem presbyteris illud improperent: quibus etiam in omnibus illos preire, illisque præesse uolunt. Hoc non fecit diuus Martinus, qui in mensa Imperatoris plus honoris impendit suo presbytero, quàm ipsi Imperatori, propinando ei poculum post se diuino Martino, quod expectabat Imperator accipere à sancto uiro: Qui huiusmodi sunt non cogitant quod in prælatis, & sacerdotibus honoretur, & uilipendatur Deus. Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit: qui aūt me spernit, spernit eum qui misit me. Luc. 10. Et Ioan. 13. ca. Amen amen dico uobis, qui accipit quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum, qui me misit. Quinimò grauius minatur fore iudicium illis, qui cum honore suos, quos mittit prælatos, & pastores non excipiunt, non uenerantur, non tractant sicut par est, grauius inquam quam Sodomorum, & Gomorrhæorum iudicium, In quamcunque, ait, ciuitatem intraueritis, & non susceperint uos, exeuntes in plateas eis, dicite: Etiam puluerem, qui adhæsit nobis de ciuitate uestra extergimus

Marginal notes: *Eccle. 7* · *1. Co. 6.* · *1. Co. 4* · *Philip. 3* · *Heb. 13* · *Luc. 10* · *Ioan. 14* · *Mat. 10* · *Luc. 10.*

in uos. Dico uobis, quia Sodomis in die illa remissius erit, quàm illi ciuitati. Honor igitur, aut cõtemptus qui exhibetur sacerdotibus in uniuersorũ Dominũ redundat. Quod si quosuis hoĩes pp ætatẽ, uenerabiles existimamus, multomagis patres spirituales sacerdotii dignitate præditos, quos lex diuina deos nominat. Diis, inquit, nõ detrahes, & principi populi tui non maledices.

9 †Secundo pro prælatis spiritualib. eorum oues ac subditi orare debent: quemadmodum Ecclesia pro Petro orabat, quũ esset detentus in carcere, sicut scribitur. Act. 10. c. Oratio (ait Lucas) fiebat sine intermissione ab Ecclesia pro eo. Hinc est quod Paulus à suis subditis toties pro se preces requirit. Primo à Romanis, dicẽs: Obsecro uos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatẽ sancti spiritus, ut adiuuetis me in orationibus uestris pro me ad Deum, ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudęa. Secundo idẽ requirit à Thessalonicensibus. 1. Thessal. 5. cap. Fratres orate pro nobis. Et rursus 2. Thess. c. 3. pro successu Euangelii, & liberatione a malis hominibus preces petit dicens: Fratres orate pro nobis, ut sermo Dei currat, & clarificetur, sicut & apud uos, & ut liberemur ab importunis, & malis hominibus. Idem requirit ab Ephesiis, dũ ait, c. 6. per omnem orationẽ, & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, & in ipso uigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis, & pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei cũ fiducia, notum facere mysteriũ Euangelii, pro quo legatione fungor in cathena ista: Ita ut ipse audeam prout oportet me loqui. Hic grauiter peccant qui non solum non orant pro suis prælatis: uerumetiam illis dira, & pessima quæque imprecantur. De quibus & obloquuntur: quos & calumniis, & criminibus falsissimis onerant: ut sic uel sua peccata obtegant, uel ut illos apud omnes odiosos reddant, & ab eorum obedientia simplicem populũ

Act. 10.
Rom. 15
1. Thes. 5
2. The. 3
Ephe. 6.

retrahant. Et hoc facere uulgare est oĩbus hæreticis, qui de summo pontifice aut quibusuis prælatis nequaquam bene loqui possunt: quum tñ lex diuina iubeat: Principi populi tui non maledices. †Tertio in his, quę fidem, & mores concernunt oĩno ac simpliciter suis prælatis obedire debent. Propterea Paulus, Obedite (ait) præpositis vestris, & subiacere illis: ipsi enim peruigilãt, quasi rõnem reddituri pro aĩabus vestris, ut cum gaudio hoc faciãt, & non gemẽtes. Nihil enim magis cõtristat prælatos, quàm subditorum rebellio, & inobediẽtia, proteruitas, & pertinacia. Constitutiones pariter, & ordinationes eorum obseruare debent: quemadmodum ipse paulus Act. 15. cap. præcipiebat gentibus ad Christianismũ conuersis custodire præcepta Apostolorũ, ac seniorum: Et c. 16. eiusdem libri aperte indicat populum obseruare debere quæ à synodis patrũ decreta fuit dogmata, illisq; fide adhibere. Tradebat (inquit Lucas de paulo) custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus, qui erãt Hierosolymis. Nec ualet excusatio eorum, qui dicunt: pessimæ uitæ sunt prælati: quia non solùm probis, sed etiam malis obediendum est: quando quæ præcipiunt, ad rectam fidem, & bonos mores spectant. Et quod ità sit faciendum, Christus expresse docet Mat. 23. quãdo de Scribis, hac Pharisæis mentionem faciens, sic ait Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, quæcunq; igitur dixerint uobis, seruate, & facite: scdm aũt opera illorũ nolite facere: dicunt. n. & non faciunt. Et ita nullam excusationem malæ suæ uitæ afferre poterunt reprobi in die iudicij dicentes, sic uidi facere prælatum, & pastorem meum: & quo illi fecerunt, sic & ego feci, ego enim sequutus sum illos. Sed rñdet illis iustus Iudex, ait, Augustinus: Nunquid ego dixi uobis, quæcũq; dixerint uobis, seruate & facite, sed scdm opera eorum nolite facere, dicunt. n. & non faciũt. Deinde sacerdoti summo rebelles, & proteruos lex diuina Deuteronomij. cap.

Heb. 13. c

Act. 15.

Act. 16.

Mat. 23.

Deu. 17.

cap. 17. interfici iubet dicēs. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio: qui eo tpe mini strat dño Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel, cunctusq; populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia. Sed & Christus Dñs in Euangelio Matthæi. 18. qui eiusmodi sunt excōicandos censet, dicens: Si quis Ecclesiam nō audierit, erit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Per ecclesiam hoc loco diuus Chrysostomus intelligit ecclesiæ prælatos. Hinc manifestum est quàm grauiter peccēt, qui Prælatorum contemnunt Præcepta, constitutiones ordinationes: atque sacrorum decreta cōciliorum, & sanctiones, quales innumeros hoc tempore inuenire licet. Matt. 18

11 †Quartò de suis Prælatis bonam habere debent existimationem tanquam de legatis, ac ministris Christi, neque de illis quicquam sinistrè iudicare, quemadmodum de se, ac suis commilitonibus beatus Paulus admonet, dicens, 1. Corinth. 4. ca. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispēsatores mysteriorum, Et paucis interiectis. Mihi pro minimo est, ut a uobis iudicer: aut ab humano die: sed neq; meipsum iudico: qui ante iudicat me Dñs. Itaq; nolite ante tempus iudicare, quoadusq; ueniat Dñs, qui & illuminabit abscōdita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Hic peccant grauiter, q de prælatis, & ecclesiasticis, deq; eorū vita, moribus, & conuersatione ferunt (ut lubet) sentētiam, qui in discutiendis ipsorū vitiis, & defectibus plusquam lynces sunt, in suis aūt uitiis talpis sunt cæciores. Vidēt, ut hypocritæ festucam in oculis fratris sui, trabē aūt, quæ est in oculis suis non considerant. Non sic Constantinus ille magnus. Cui quum libelli à quibusdā Epis offerrentur, ut de ipsis snīam ferret, oēs huiusmodi libellos ne aspexit quidē, sed mox coniecit in ignē, dicens: Vos iudices mei estis, nō ego uester: Ego à uobis dēo iudicari. Nūc aūt & famosi libelli, & pasquilli uirulentissimi in plātos ecclesiæ 1. Cor. 4

contra

contra omnem honestatem & Christianam pietatē sparguntur in scandalumtotius Ecclesiæ.

12 †Quinto, non debent de illis murmurare, sicut filii Israel contra Aaron summum sacerdotem murmurarunt: propterea probè nos monet Apostolus dicēs, Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum
1. Co. 10 murmurauerunt, & à serpentibus perierunt. Hic peccant etiam multi, qui aut ex inuidia, aut ex malitia contra suos superiores murmurant, si quando ab ipsis secundum leges, & canones, de suis uitiis, & delictis corripiantur, nec ullam uolunt habere patientiā nec æquo animo ferre, si quid de illis statuitur, & ordinatur.

13 †Sexto, illis decimas, iuraque omnia ex præcepto diuino soluere debent, & illis omnibus modis prouidere ut habeant, unde honestè uiuāt. De decimis, ac primitiis habetur præceptum Deuteronomii. 26. cap. 2. paralipo. 31. cap. Sed & Abraam patriarcha,
Deut. 29 ut scribit Paulus ad Hebræos. 7. cap. decimas de præ
2. Pa. 3. cipuis dedit Melchisedech sacerdoti dei altissimi. Vn
Heb. 7. de peccant grauiter qui illas soluere recusant, aut q̄ illis Ecclesiasticos fraudant.

Debent quoque subditi, & oues suis pastoribus, & patribus spiritualibus de uitæ necessarii prouidere. Si nos inquit Paulus. 1. Corint. 9. Spiritualia no-
1. Co. 9. bis seminauimus, magnum est si carnalia uestra metamus? Et paucis interiectis: Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt? Et qui altario deseruiunt, cum altario participant? Ita & Dominus ordinauit, his qui Euangeliū annūtiant, de Euangelio uiuere. Sed & ad Thimothæum
1. Co. 9. discipulum scribens, quinto capite prioris epistolæ de presbyteris sic sanciuit. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore (id est, duplici munere, ac mercede) digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo, & doctrina. Deinde id probat duobus testimoniis, quorum unum ex ueteri, alterum ex nouo testamento desumptum est. Testimonium ex ueteri testa

mento

mēto, Deuteronomii.25.sic habet. Nō alligabis os boui trituranti:quem exponens locū 1.Corinthiorum.9.cap.sic ait: Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos utique hoc dicit?Nam propter nos utique hæc scripta sunt: quoniam debet in spe, qui arat arare:& qui triturat,in spe fructus percipiendi: Ex nouo autem testamento profert quod Dominus Matthæi 19.& Lucæ 10. dixit discipulis suis, dum mitteret eos prædicare uerbum Dei sine sacco,& pecunia:& ne quærerent: Vnde uiuemus? adiecit: Dignus est operarius mercede sua:quibus ex locis uidemus, quòd iure diuino tenetur populus necessaria uitæ ministrare prædicatoribus, ac eorum patribus spiritualibus, per quos instruatur in his quæ sunt fidei,& bonorum morum:Quod apertius idem Apostolus ad Galatas 6. cap.iubet dicens, Communicet is,qui catechizatur(id est,instruitur)uerbo ei, qui se catechisat in omnibus bonis.Quin & ipse Philippēses commendat quod sibiipsi ministrauerint ac miserint necessaria, ut uidere est ad Philippens.4.capite.Hinc uidemus quam grauiter peccant, qui suis pastoribus & cōcionatoribus necessaria uitę tribuere recusant,quū illis adsit facultas id pstādi.Sed maximè omniū peccāt,qui fundationes,& bona Ecclesiæ siue mobilia siue immobilia usurpāt & in usus prophanos conuertunt †Postremò sicut oues à pastoribus ad pascua dicuntur,& illis pascua præbent,quæ uidentur ouibus conuenire: Sic populus & liberis, & doctrinis hæreticorum à prēlatis Ecclesiæ damnatis,ac prohibitis,cauere,& abstinere debet,ne uirus pro cibo sumat. Exemplum habemus in Actis Apostolorum cap.19.quod multi ex eis,qui fuerant curiosa sectari, contulerunt libros,& combusserunt eos coram omnibus.Hęc sunt igitur, quæ populus præstare debet suis prælatis: † Sed præcipuum omnium est obedientia,quam Dominus Deus præfert omnibus uictimis, loquens per Samuelem ad Saulē regem,qui ad præceptum Domini non interfecerat

Deut.25
1.Cor.9.
Mat.19
Luc.10.
Gala.6.
Phili.4.
14
Act.19.
15

Agag,

Agag, regem Amalech. Melior est, inquit obedientia quàm uictimę: & auscultare magis, quàm offerre adi
1. Reg. 15 pem arietum: quoniam quasi peccatum hariolantis est, repugnare & quasi scelus idololatriæ, nolle acqui escere; qui quidem Saul quia Samueli sacerdoti, & prophetæ parere noluit, abiectus est à Deo, & regno priuatus. Sic Ozias rex Iudæ quia officium sacerdo
2. Para. 26. tis usurpare uoluit adolendo incensum, lepra percus sus est. Nadab & Abiu filii Aaron, quia contra præce ptum Moysi obtulerunt ignem alienum, egressus ignis à Domino deuorauit eos, & mortui sunt corā
Leui. 10 Domino, ut scribitur Leuitici . 10 . cap. Heliodoro pessimè cessit, nimirum atrociter flagellato ab ange lis Dei, eò quod templum Dei in Hierosolymis spo liare uellet. 2. Machab. 3. Populi est itaque & secula-
2. Ma. 3. tris magistratus, suis sacerdotibus obtemperare, ne-
16 cessaria procurare, & illos honore: †Quanquam ipsi satis habent: cogitabunt tamen amplius laborandū esse, ut habeant, quæ dent Ecclesiæ, & sacris uiris, ne curam abiiciant, ne à uera religione deficiant, quòd si ex opificio aliquo non satis acquirant, intendant laborem, petant consilium ab Ecclesiasticis, iactent curam suam in Deum, & ipse enutriet eos. Sciant cō fessionem in Ecclesia summa cum ratione institutā esse: confiteantur omnia sua delicta liberè ipsis sacer dotibus. Si aliquid hinc incommodi sentiunt: quan quam iactura nulla est, quæ maxima utilitate compensatur tamen æquo animo id ferant. Melius enim est, ut Deo dent, & pro sancta Ecclesia expendant, q̄ ut hostibus, & infidelibus per uim, & arma ea abripientibus, uel intendentibus seruent, adhuc animæ detrimentum faciant. Iob rectè dixit: Dominus dedit Dominus abstulit, ut Domino placuit, ita fa-
1. Tim. 6 ctum est, sit nomen Domini benedictum. Paulus
Eccle. 5. ait. Nihil intulimus in mundum, nihil asportabimus inde: Ecclesiastes scribit: Miserabilis prorsus infirmitas hominis, sicut uenit, ita reuerti-
Eccle. 8. tur, & paulò post. Laudaui igitur lætitiam, quod

eſt homini bonum ſub ſole, niſi quod comederet,
& biberet, atque gauderet, & hoc ſolum ſecum au-
ferret de labore ſuo omnibus diebus uitæ ſuæ,
quos dedit ei Deus ſub ſole. Eccleſiaſtes ſatis indi-
cat ſoli citudines, & labores pro acumulandis diui-
tiis eſſe uanitatem, ſed eam eſſe ueram lætitiam, ſi
quis diligenter laborans edat, bibat, & gaudeat,
hoc eſt, uiuat in pace Eccleſiæ Dei, & in huius
uſum omnia ſua referat. Sine pace Eccleſiæ nullum
poteſt eſſe gaudium Galatarum quinto legitur. Fru
ctus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patiē Gal. 5.
tia, Nunc conſiderent, & cor pulſent uſurarii, ſene-
ratores, mercatores, & huius ſentinæ homines, qui
ſuis priuatis commodis ſtudent, idque cum detrimē
to proximi, & cum iniuria Sanctę Catholicę Eccle-
ſiæ. Quid de ipſis cenſendum ſit. Paulas apertæ præ- Ioan. 2.
cepit ad Philippenſes ſcribens. Nemo quæ ſunt ſua
quæret, ſed etiam quę proximi ſunt. Hoc enim in
uobis ſapite, quod etiam in Domino Chriſto Ieſu,
contra quod cū faciant uſurarii mercatores, etenim
nō mirum, quod Chriſtus hos eiecit de templo emē
tes, & uendentes. Attamen ſi ſcire uolunt, quomo- Philip. 2
do ſe gerant erga Eccleſiaſticos, diſcāt exemplo Mat- Mat. 21
thæi relinquere telonium & ſequi Eccleſiam, faciant
id quod Zachæus, quod diuus Antonius, quod S.
Barthulomæus, qnod D. Franciſcus: aut ſi mercatu-
ræ quæſtum omittere nolint, faciant eam cum chari
tate, ſine fraude, mendacio, omni dolo: dent eccleſię
quæ huius ſunt, non detrahant, ſed ament, ornent,
& in commune more apum conuehant, ne apoſte-
ma, aut cancrum gignant in Republic. Chriſtiana,
Nō ſint pedes ueloces ad effundendum ſanguinem
ad fallendum proximum, non habeant pedes euan-
gelizantium, ſed eorum ueſtigiis inſiſtant, & ſequā-
tur: pedes uerò ſint recti, dirigantur in uiam pacis,
loti ſint, mundi à ſordibus, non attriti, calceati, ne
terrenis nimiū iungantur, non podagrici, aut ſimili
17 malo, neq; lepra ægri. †Hæc paucis erudire poſſunt

cõem populũ, quõ se gerat erga suos prælatos, hoc est spũalem magistratum. Nam sicut oues sequunt uocem pastoris, ita par est, ut populos suos audiat pastores, si contradixerit, lupus insidiabitur & Diabolus ceu leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Exodi 24. sic legitur. Solusq; Moyses ascendet
Exod. 24 ad Dñm, & illi non appropinquabũt, nec populus ascẽdet cum eo. Venit ergo Moyses, & narrauit plebi oĩa uerba Dñi, & iudicia eius: rñditq; omnis populus una uoce. Oĩa uerba Dñi, quæ loquutus est, faciemus. & paulò post. Omnia quæcunq; loquutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes. hinc patet, quod mysteriorum inquisitio non pertinet ad populum, sed debet credere uocatis sacerdotibus, facere, & obedire. Christus verò non immutauit hanc legem, sed stabiliuit, dicens leproso, Ito & ostẽdito te Sacerdoti. Quamobrem cautè populus ambulare debet, sacerdotes uerò honorare, & oĩ amore amplecti, ne in lepram, aut maledictionem incurrant, aut
Cap. 4. si inciderint, ut liberentur. Oseas propheta manifestò hoc declarat. Veruntamen unusquisque non iudicet, & non arguatur uir, populus enim tuus sicut ij, qui contradicunt sacerdoti. Et corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum. Nocte tacere feci matrem tuam. & paulò post: Et erit sicut populus, sic sacerdos. Quod in terris hæreticis uidere licet. ubi omnibus bonis, & Catholicis sacerdotibus pulsis, aut seclusis, nouos & hæreticos constituere sacerdotes: & rectè multis locis nolunt sacerdotes uocari:
2. Tim. 4 quia id ita fore Paulus prædixit. Et erit tẽpus, quod populus non sustinebit sanam doctrinam, sed ad desideria propria coaceruabit sibi magistros, prurientes auribus ipsorum. A ueritate quidem aures auertet, & conuertetur ad fabulas. At boni & synceri populi est obedire suo magistratui spirituali, & hũc uenerari omnibus uiribus, & opibus, ut docet Pau
Galat. 6. lus ad Galatas sic. Qui instituuntur in doctrina ecclesiæ, debent eos, qui informant honorare, & iuuare in

re in omni bono. Atheniensis populus Trasybulū magno honore affecit, quod concordiam ciuium re sarciuerat, ut patet hoc Tetrasticho.

Dum iustis patriam Trasybulus uindicat armis,
Dumq; simultates ponere quemque iubet:
Concors ordo omnis magni instar muneris illi
Palladiæ sertum frondis habere dedit.

Cæterum quis satis iustus, & dignus honos impendi ecclesiasticis potest, utpote qui semper intenti sunt conciliandis animorum, & hominum diffidiis, quiq; laborant populum in unitate continere? certè populus debet esse gratus, & obediēs, & sacra
18 uenerari. †Porrò Christus ait, Messis magna est, sed operarij pauci, Orate igitur Dominum messis, ut emittat operarios in messem suam. Consentiūt omnes, quod operarij sunt sacerdotes, Apostoli, & discipuli Christi: messis uerò est ipse populus. Quamobrem sicut messis ab operariis demetitur, colligitur, eximitur, excutitur, & tandem materiam panis præstat: ita populus, qui uult esse saluus, à sacerdotibus demeti debet, purgariq; à uitiis carnalibus, inde in congregationem Ecclesiæ recipitur, probatur, cogitur de abundanti contribuere, & tandem subiectus omnino Ecclesiasticis in unitate confirmatur, sicut omnia illa messis patitur: ita etiā populus hæc
19 sustinebit. †Populus quoq; hederæ potest comparari. Nam ut innitendo assurgit hedera: ita populus Eccles. Vnde legimus Ionæ. 4. & præparauit Dominus Deus hederam, & ascendit super caput Ionæ, ut esset umbra super caput eius, & protegeret eum: laborauerat enim. Et lætatus est Ionas super hedera lętitia magna. Et parauit Deus vermen in ascensu diluculi in crastinum: & percussit hederam & exaruit, & cū ortus fuisset sol, præcepit Dominus uento calido, & urenti: & percussit sol sup caput Ionæ, & æstuabat, & petiuit animæ suæ ut moreretur, & dixit: Melius est mihi mori, quàm uiuere, & dixit: Deus ad Ionam: Putasne benè irasceris tu super hederam?

Matt. 9.

Ion. 4

deram? & dixit, Bene irascor ego usque ad mortem. Et dixit Dominus, Tu doles super hederã, in qua non laborasti, nec fecisti ut cresceret, quæ sub una nocte nata est, & sub una nocte periit, & ego nõ parcam Niniuæ ciuitati magnæ, in quã sunt plusquã centum uiginti milia hominum, qui nesciunt quid sit inter dextram, sinistram suam, & iumenta multa. Hactenus Ionas. Multi hoc loco pro hedera legunt cucurbitam. Vtriusque ea natura est, ut sine adminiculo stare nequeat, aut si supra terram serpat, protinus degenerat, & malos, putridos, uel uenenatos, uel nullos fructus profert: quemadmodum ne populus quidem citra bonos Rectores in societatem coalescere potest, quales sunt ecclesiastici, quorũ cura, industria, atq; disciplina multis in locis populus creuit in gentem magnam & potentem, & cœpit postea suum ecclesiasticum magistratum spernere, noua dogmata, & nouam religionem confingere: qua de causa in ruinam præcipitatus est. Id autem Emblemate Alciati pulchrè exprimitur.

Aeriam propter creuisse cucurbita primum
Dicitur, & grandi luxuriasse coma.
Cum ramos complexa ipsumque egressa cacumen
Se præstare aliis credidit arboribus.
Cui Pinus: minium breuis est hæc gloria. Nam te
Protinus adueniet quæ malè perdet hyems.

Iam uerò etiam hederæ, & Cucurbitę est propriũ nocere arboribus, iuxta quas crescit, nisi succisione, & pampinatione castigetur: quare populus non debet abhorrere ab ecclesiastica disciplina, cuius effectus est, ut populus, & sibi, & aliis sit utilis, habeatq; diuturnum stabilimentum: ne ecclesiasticam dignitatem opprimat. Vitis autẽ prodest arboribus quibus iungitur, & tamen amputatur. utinam populus esset sicut uitis, quæ nec emorientem ulmum deserit, prolandum est autem quod potius apri naturam sibi sumit, de quo propheta canit in psalmis:
Psal. 79 Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus

rus depaſtus eſt eum. Sed recolligamus uela, Oſtẽdi exemplo pectoris, uentris, & extremitatum, quo nã pacto ſe habebit communis populis erga ſuum ſpiritualẽ magiſtratũ, addidi de ouibus, meſſe, & hedera, quæ loco aliorum ſufficere poſſunt.

Loca quædam bonorum auctorum adiuncta, ad quæ qui uelis recurrere poteris.

20 †Quid populus? eſt autem populus cœtus iuris conſenſu, & utilitatis communione ſociatus. Ita D. Auguſtinus li. 1. de Ciuitate Dei ſcripſit. Nihil in re omnino ab hac definitione D. Thomas diſcrepat. Sic enim ait prima parte quæſt. 33. artic. 1. populus eſt multitudo hominum iuris conſenſu & concordi communione ſociata.

Nos autẽ hoc loco populum à clero ſeparauimus, vocamuſque populum cœtum omnem non Eccleſiaſticum, ſed ſæcularem (ut uulgo ferunt) in quo omnes ciuitatis aut Reipub. Chriſtianæ inſunt ordines,
21 omneſque partes; ita †populus Romanus conſtabat ex patribus, equitibus, & plebe, ſic nunc Chriſtiana Reſpubli. cõſtat ex clero, & populo. Nec omittẽdum illud Iob, quod propter peccata populi Deus facit regnare Principem Hypocritam. Illud D. Hieronymus etiam de Prælatis dicit: quod etiam mali ſunt propter peccata populi, & huius malitiam. Si populus uelit bonos prælatos, ſit ipſe, & ſtudeat eſſe bonus. Populus uerò à Græcis laos dicitur: unde in Eccleſia Chriſti laici dicũtur omnes qui nullos habent ordines inter clericos. Hic uerò populus non intromittet ſe rebus Eccleſiæ, nec harum cõmiſſionem petat, ut D. Gregorius perſcripſit ad Ioannẽ Carolitanum Epiſcopum: & ut in Concilio Toletano decimo confirmatum eſt. Intelligendum eſt etiã populum eſſe alium infidelem, quem Origenes priorem uocat, & multi ſæcularem dicunt, & hic Anathema hĩ, populus Gomorræ, &c. etiam alium eſſe

Iob. 34
8. q. 1.
Diſti. 99
Orige. ſuper Ioſu 7

H

eſſe fidelem, electum, ut olim Iudæorum, & poſtea Chriſtianus dictus poſterior populus. quæ ad hunc pertinent, pulchrè Dionyſius Carthuſianus collegit in libellis de particulari iudicio ſingulorum: de uita militum: de uita Nobilium: de uita principũ, eò recurrat qui uelit. His ſubnecto loca ſacræ ſcripturæ, quæ ad plenum intellectum huius negotij faciunt.

Remiſſiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Teſtamenti.

Deutero.	12.c.	Roma.	15.f.
	17.b		16.c.
	25	1.Corinth.	4.a.
2.Paralip.	30.b.		9.a.
Eccleſia.	4.a.		10.g.
	7.d.		11.a.
Eſaiæ.	3.b.		16.c.
Hieremiæ.	23.c.	2.Corinth.	11.c.
Matth.	7.c.	Galat.	5.b.
	9.b.		6.b.
	10 b.& e.	Epheſ.	4.c.
	15.a.& b.		5.d.
	16.		6.c.
	23.a.	Philip.	2.d.
	24.a.		3.a.d.
Marci.	8.b.		4.b.
Lucæ.	10.a.b.& c.	Coloſſen.	2.b.
	12.a.		4.a.
	21.b.	1.Theſſal.	5.c.
Ioan.	13.c.	2.Theſſal.	2.d.
Act.	4.c.		3.a & b.
	12.a.	1.Timoth.	5.c.
	15.g.	Hebræ.	13.b.
	16.a.	1.Ioannis.	4.a.

TER-

TERTIVM THEMA.

DE MVNDI MAIESTATE, sicuti Imperatoris, Regum, principum, Dominorum, Iustitiariorum, & Officiariorum. Et quomodo ipsi debeant uiuere erga suos subiectos, aut subditos.

SVMMAE.

1 *Nulla est potestas, uel maiestas mundi usquam terrarũ, quæ non sit à Deo, uel permissu Dei.*

2 *Quòd maiestas, & potestas est necessaria gubernandis rebuspublicis.*

3 *Peccata populi faciunt, quod mali in gubernandis ciuitatibus constituuntur.*

4 *Regis, & Principis, ac Magistratus in Republica officiũ est, sic præesse, quemadmodum bonus paterfamilias suis domesticis, & pastoribus, consilio & prudentia ubique uti oportet.*

5 *Sapientia, & prudentia imperantium, debet esse coniuncta cum constantia, & animi fortitudine.*

6 *Qui regunt Respublicas, prouidere debent, ut sint ęqui, & boni iudices.*

7 *Iudices cum timore Domini debent iudicare: quoniam iniqui iudices à Deo puniuntur, & populus propter eos.*

8 *Boni Reges, principes, &c. semper à Deo auxilium, & laudem, ac honorem obtinuerunt, contra mali.*

MVndi Maiestatem à diuina maiestate constitutam & ordinatã nemo ambigit Christianus, qui uniuersa Dei prouidentia regi, & gubernari credit, & intelligit: quiq; Dei uerbo (ut par est) suam tribuit ueritatem, & auctoritatem. Nam Prouerbio. 8. ipsa sapientia diuina aperrè clamat: Per me Reges regnant, legũ conditores (uel ut alia lectio habet) Principes iusta decernunt, Quin & ipse Rex Salomon 2. *Proue. 8*

Paralip 1.ingenuè cōfitetur,se à Deo regē Israel cō-
2.Par.1 stitutū,his uerbis utēs in sua oratione ad deum. Tu
fecisti cum Dauid patre meo misericordiā magnam,
& constituisti me regē pro eo : Quod si quæ sint na-
tiones,quæ super se constituant regē, id absque Dei
prouidentia fieri prorsus negamus: quia filiis Israel
Deut.17 præceptum fuit Deutero.17. capite,ne alium regem
super se constituerent, quàm illum quem ipse elegis-
set,essetque de ipsorum natione. Sic enim textus ha-
bet: Eum constitues super te regem, quem Domi-
nus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum.
Non poteris alterius gentis hominē regē facere,qui
nō sit frater tuus. Et nō tm̄ reges, uerumēt Iudices,
Magistratus, ptātes,& quæcunque sunt prælaturæ,
à Deo sunt teste Paulo ad Rom. 13. cap. sic scriben-
Ro.13.a te:Non est potestas nisi à Deo,quæ autē sunt, à Deo
ordinata sunt. Propterea Christus Pilato arrogāter
dicenti,Nescis quia potestatem habeo crucifigere te,
uel dimittere te,respondit: Non haberes aduersum
me potestatem ullam, nisi tibi datum esset desuper.
Quinimo in rebuspublicis,ubi nullus est Iudex,aut
Magistratus,illic constitui iubet Deuteronomij.16.
Deu.16 Iudices,& Magistros (siue ut alia lectio habet præfe-
ctos)constitues,in omnibus portis tuis,quas Domi
nus Deus dederit tibi per singulas tribus tuas,ut iu
dicent populum iusto iudicio, nec in alteram partē
2 declinent.† Videmus igitur hanc mundi maiestatem
non tantum esse à Deo,uerumetiam reipublicæ ita
necessariam,ut sine ea prorsus constare non possit.
Quare admodū rectè dixit diuus Augustinus:Quid
sunt regna absque iustitia, nisi mera latrocinia? Cu-
ius sententiæ optimè concordat sapientissimus Sa-
Pro. 11. lomon Prouerbiorum undecimo capite. Ubi, in-
quit,non est gubernator,populus corruet, salus au-
tem,ubi multa consilia:In confesso est igitur ad uti
litatem reipublicæ,& salutem populi reges,princi-
pes,magistratus,ac iudices à Deo,Deique prouiden
3 tia esse constitutos.† Quod si qui conquerantur de
malis

malis regibus, principibus, aut magistratibus, nec tamen ideo minus illos regnare, siue præsidere sine diuina prouidentia iudicamus: Cæterũ id fieri propter peccata populi omnino censemus: teste Iob sanctissimo propheta, qui. 34. capite suæ prophetiæ sic ait de Deo. Qui regnare facit hominẽ Hypocritam pp peccata populi. Vbi alia lectio hẽt ad affligendũ populũ? Et hoc est, quod Dominus Deus cõminabatur populo Israel (qui fuit figura populi Christiani) nisi resipiscerent illis dare regẽ, qui propter populi peccata, non qualẽ ipsi cuperent dirẽ præesset. Dabo, inquit, uobis regẽ in furore meo, & auferam in indignatione mea Duo hic minatur Dominus, uidelicet dare sæuissimum regem ad affligendum populum propter peccata. Deinde eadem de causa auferre à populo clementissimũ regem: Et hæc ita uera sunt, ut sola ipsa quotidiana experientia ad probationem sufficiat. Vnde per Samuelem filios Israel qui petebant regẽ ualde radarguit, ut habetur. 1. Reg. 8. Nõ te abiecerũt, sed me, ne regnem super eos. Deinde, ait, hoc erit ius regis, qui imperaturus est uobis: filios uestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites, & præcursores quadrigarũ suarũ, & constituet sibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum suorum, & messores segetũ, & fabros armorũ, & cu rruũ suorũ. Filias quoque uestras sibi faciet unguentarias, & focaris, & panificas. Agros quoq; uestros, & uineas, & olineta optima tollet, & dabit seruis suis. Et cætera quæ sequuntur. Greges quoq; uestros addecimabit, uosq; eritis ei serui. Et clamabitis in die illa à facie regis uestri, quem elegistis uobis, & non exaudiet uos in die illa. Quo ex loco intelligim⁹, Deũ nõ solũ dare regẽ sęuissimũ populo propter scelera, uerũ etiam aliquando exigentibus peccatis nolle audire populi preces, ut tã iniquũ regẽ auferat. Adde qđ sapientissimus Salomon dixit Prouerbiorũ. 21. Cor regis in manu Dñi, quocũq; uoluerit, inclinabit illud, uel ad pacẽ, uel ad bellũ:

Iob 34. *Ozeæ. 13* *1. Reg. 8* *Pro. 21.*

uel ad seueritatem, uel ad clementiam. Et quemadmodum pp peccata populi regnant, ac dñantur impij eadem de causa etiam transferuntur regna: Sic enim habet sapiens Ecclesiasticus cap. 10. Regnum à gente in gentem transfertur, pp iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. Regnũ Chananæorum dedit Dñs filiis Israel ipsis Chananæis partim expulsis, partim deletis. Sed & Regnum Israel diuisit dñs in duas partes pp peccata Salomonis, & Roboam filij eius sæuitiam & intolerabilesq; exactiones: adeo ut decem tribus traderẽtur Hieroboã, & duæ tm̃ remanerent Roboam filio Salomonis. Et quum Roboam rex collegisset exercitum octoginta millium uirorum electorum, ut pugnarẽt contra domum Israel, & reducerent regnum, prohibuit hoc Dñs per Semeiam prophetam, dicens: Non ascendetis, neq; bellabitis pp fratres vestros Israel: Reuertatur unusquisq; in domum suam, à me enim factum est verbũ hoc, id est, res hæc. Deinde Dñs oẽ regnũ abstulit à Iudæis pp peccata ipsorum, & tradidit illud Romano Imperio, iussitq; Dñs illis, ut Romano parerent Imperio, dicẽs: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari. Et nũc regnum illud abstulit à Romano Imperio, & dedit Turcis, nimirũ id exigentibus peccatis Christianorum. Mutatio aũt, atq; trãslatio huiusmodi regnorũ ostẽsa est Danieli in quatuor illis bestiis ascendentibus de mari, quarum prima erat similis Leænæ, secunda similis Vrso, tertia similis Pardo, quarta terribilis, atq; mirabilis, & fortis nimis, habens dentes ferreos magnos. Prima quasi Leæna designat Imperium Assyriorum. Secunda similis Vrso, regnum est Persarum: tertia quasi Pardus, regnũ est Græcorum: quarta terribilis, atq; mirabilis, imperium est Romanorum. Hæc quatuor imperia sibi inuicem successerunt. Romanum Imperiũ adhuc stat: sed ualde debile, quod ubi oĩno defecerit, tunc ut uidetur innuere Paulus Apostolus. 2. Thess. 2. ueniet filius perditionis, & homo peccati, qui est Antichristus

Eccl. 10

3. Re. 11 & 12

Danie. 7

stus

stus: q nunc innumeros habet pcursores, & anteambulones: qué Dñs Iesus (ut idē ait Apostolus) interficiet spū oris sui, & illustratione aduētus sui: ppea ipsi Danieli ostensum est excidium oīum illorum regnorum: & regnum Christi æternum, qd non corrũpetur Dan. 7. cap. Mutationes igitur regnorũ à Deo sunt, ut expressis uerbis idem propheta cap. 2. testat, dicens: Ipse mutat tpa, & ætates, trāsfert regna, atq; constituit. Maiestas ergo mundi à Deo est, & quotquot sunt regna à Deo sunt constituta. Danie. 7 Danie. 2

4 †Porrò aūt Rex est in mūdo, quod paterfamilias in domo: unde & pater patriæ nuncupatur. Aristoteles in Ethicis dicit sępius, quod similis est comparatio regis ad subditos, patris ad filios, ut pastoris ad oues. Decet ergo regem prospicere commodo, paci, & utilitati subditorum suorum, & paternũ in eos gerere affectum, utendo clementia, & mãsuetudine. Nam ut sapientissimus Salomon ait Prou. 20. Misericordia, & ueritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. Sicut patet in Apibus, de quibus sic Virgilius canit Georg. 4. Ethic. 8. Prou. 20

His quidem signis, & hæc exempla secuti
Esse Apibus partem diuinæ mentis & haustus
Aethereos dixere.

Apum exemplo docetur principibus debere adesse clemētiam, ut testatum est, & hoc carmine Alciati,

Vesparum quod nulla unquam Rex spicula figet
Quodque aliis duplo corpore maior erit,
Arguet imperium clemens, moderataque regna
Sanctaque iudicibus credita iura bonis.

Sed in primis sapientia, & in agendis rerum prudētia in rege relucere debet: nec enim principe digna uox est dicere, non putabam. Nam ut Sapientiæ. 6. scribitur: Melior est sapiētia, quàm uires, & uir prudens, quàm fortis: Vires enim, ac robur corpis, & opum potentia temeritate sua nõnunquã & ciuitates, & respublicas, imò & regna ipsa etiã opulētissima perdiderunt: ubi sapientia, & prudentia, ibi non

solũ cõseruantur, sed et acquiruntur imperia. Vnde
Eccl. 10 sapiens Ecclesiasticus ca. 10 Rex, ait, insipiens pdet populum suũ, & ciuitates inhabitabũtur p sensum
Eccle. 4. prudentium. Et Salomon in suo Ecclesiaste cap. 4. Meliorem asserit puerum pauperem & sapiẽtem, rege sene, & stulto, q nescit præuidere in posterũ. Qđ & de carcere, catenisq́; interdum sua prudentia, & sapientia quis ingrediatur ad regnũ. (ut patet in Iosepho) & alius natus in regno inopia consumatur.
Eccle. 9. Quamobrem idem Salomon in eodem libro. ca. 9. dicit, ꝙ uerba sapientium audiuntur in silẽtio plus quàm clamor principis inter stultos. Et qđ melior
Sapiẽ. 6. est sapiẽtia, quàm arma bellica. Propterea ipsa Sapiẽtia (Sapientiæ 6.) ait, Ad uos ò reges sunt sermones mei, ut discatis sapientiam, & nõ excedatis. Et post pauca: Multitudo sapientium, sanitas est orbis terrarum: & Rex sapiens stabilimentum populi est. ergo accipite disciplinã per sermones, & proderit uobis.
5 †Sãctus Bernardus ad Eugenium Pontificem, li. 1. sic scripsit: Simia in bancho est, Rex fatuus in solio, & à D. Greg. dicitur illa terra beata, cuius Rex nobilis, hoc est sapiens & uirtutibus præditus est: & uæ terræ, cuius rex puer est. Sed huiusmodi regis sapientia, & prudentia cum constantia & animi fortitudine debet esse coniunctą. Imò et cum clementia. Nã æque peccat princeps, aut iudex cõniuẽdo flagitiis, & correctionẽ dissimulando, sicut & per tyrannidẽ, sæuitiã exercẽdo: parum. n. differt à crudelitate, sine re maleficos uiuere super terrã, & innocentes opprimere: ppea in pusillanimes, & ad uitia conniuentes
Eccle. 7. sic loquit Ecclesiasticus. ca. 7. Noli quęrere fieri iudex, nisi ualeas uirtute irrũpere in iniqtates, ne fortè extimescas faciẽ potentis, & ponas scandalũ in agilitate tua: Aduersos eos aũt qui immemores oĩs mansuetudinis, & clemẽtiæ, sæuitiã plusquã Scythi
Sopho. 3 cam exercent in populũ, sic clamat Sophonias propheta c. 3. Principes eius in medio eius quasi leones rugientes: Iudices eius lupi uespere, nõ relinquebãt

usq;

nsq; mane. Hoc est, nihil reliquũ faciebant. De quibus apud Michęam prophetam conquerit Dñs, dicens: Comederunt carnes populi mei, & pellẽ eorũ desuper excoriauerunt, & ossa eorũ confregerunt, & cōciderunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ, ut hr̃ Michæę. 3. Cæterum, sicut paterfamilias sua p̃sentia, à domo & familia oĩa mala auertit, quæ illam corrumpere possint: sic & Rex in suo regno. *Mich. 3.* Vnde bene dixit Salomon Prouerbiorum 10. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipet oẽ malum intuitu *Prou. 10* Quod aũt de regibus dicimus, idem de principibus, dñis, iudicibus, atq; magistratibus dici putamus: quotũ interest regere rempublicã: quos passim monet uerbum Dei, ut iustè iudicent, quales Iethro depinxit genero suo Moysi Exo. 16. ca. dicens. Prouide de oĩ plebe uiros potentes, & timentes Deũ: in quibus sit ueritas, & qui oderint auaritiam: & cõstitue *Exod. 16* ex eis tribunos, & cẽturiones, & quinquagenarios, & decanos: qui iudicent populum oĩ tpe: quod consilium Moyses sollicitè adimpleuit; & illud approbauit Dñs, et Dñs Leuit. 19. Non facies inquit, qđ iniquum est, nec iniustè iudicabis. Non consideres *Leui. 19* personam pauperis, nec honores uultum potentis: Iustè iudica proximo tuo. Et Deuteronomij. 1. Moyses ad populi iudices, & præfectos. Quod iustũ est *Deut. 1.* (ait) iudicate, siue ciuis sit ille, siue peregrinus: Nulla erit distantia personarum in iudicio: ita paruum audite, ut magnum, nec accipietis cuiusquam personam. Dei enim iudicium est. Et pius Rex ille Iosaphat, ut scribitur. 2. Paralip. 19. cap. In cunctis ciuitatibus Iuda constituit iudices: quos his uerbis *2. Pa. 19* monuit dicens: Videte quid faciatis: non enim hominis exercetis iudiciũ, sed Domini, & quodcunq; 7 iudicaueritis, in uos redundabit. † Sit timor dñi uobiscũ, & cum diligentia cũcta facite: Non est enim apud dominum Deum nostrũ iniquitas, nec personarũ acceptio, nec cupido munerũ. Cõtra propheta dauid iniquos iudices ex ore dñi grauiter obiurgat

dicens:

Psal. 81 dicens: Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis? Iudicate egeno, & pupillo, humilem, & pauperem iustificate. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Et Dominus Per Esaiam prophetam uehementer conqueritur de principibus, ac iudicibus ciuitatis Ierusalem dicens cap. 1. Quomodo facta est meretrix ciuitas fi
Isaiæ. 1. delis, plena iudicii. Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidię. Principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant: & causa uiduæ non ingreditur ad eos. Propter enim peccata principũ, & dominorũ sæpe plectitur populus. Culpa Principis, inquit, Ambrosius, plaga populi. Et profert Dauidem regẽ, qui propterea, quod numerasset populũ, immisit Dominus pestilentiam in terrã Iuda, adeo ut innumeri morerentur peste, quod agnoscens pius rex dicebat: Ego sum qui peccaui & ego iniquè egi: Isti qui oues sunt, quid fecerunt? uertatur quæso manus tua contra me, & contra domum patris mei. 2. Regum uige
2. *Re.* 24 simoquarto.

8 † Ex his, quæ diximus, colligimus bonos esse, ac malos reges: probos, & improbos principes: iustos & iniquos iudices, atque prȩfectos. Boni, probi, & iusti summe laude digni sunt, & in sacris pariter atque prophanis scripturis tanquam benemeriti de republica celebrantur, quibus & fausta oĩa pollicetur Deus. Quinimò semper illis adfuit, semper illos protexit. exemplum habemus in Dauide, Asa, Iosaph. Ezechia, Iosia, & huiusmodi. Contra mali, improbi, & iniqui maximè detestantur, quibus sacræ atq; prophanæ literæ infausta omnia, diraque minantur, ut patet in Saul, Achab, Amon, Sedechia, & aliis. Vnde bene dicebat Samuel filiis Israel petentibus regẽ. 1. Reg. 12. Si perseuerauerit in malitia, & uos, & rex uester pariter peribitis. Proinde tria ex Agathonis philosophi sentẽtia meminisse decet Magistratum. Primum se hominibus imperare Alterum ex legibus imperare:

imperare; Tertio se non semper imperaturum esse. Hac ratione fiet, ut probi perseuerent in officio, & improbi redeant ad sanam mentem.

Sequuntur quædam collecta ex doctis uiris tam sacris quàm profanis, quæ poterunt suis locis aptari.

CHRYSOSTOMVS.

Regum Dei duo nouit. Vnũ familiare & domesticum. Alterũ quod creationis rationẽ spectat. Est enim Deus rex uniuersorum, & Græcorum, & Iudæorum, & Dæmonum, & aduersariorum creatio nis ratione: Hæc ille. Regnum Græcorũ cui uoluit tradidit, regnum Iudæorum etiam cui uoluit tradidit, & sic de reliquis. Ita ut regnum tanquam à Deo constitutum, sit legitima præfectura.

IDEM.

Nihil est quod sic magistratum ostendat, ut amor & beneuolentia erga eos, qui sunt sub eius Imperio. Nam pater non solum procreando, sed etiam diligẽdo, post creationem efficitur: quod si ubi natura est, charitate est opus: multo magis ubi gratia.

IDEM.

Non in ueste & zona, nec in præconis uoce agnoscitur Princeps, sed in reficiendo fracta, & quę malè constituta sunt corrigendo, ac improbos puniẽdo, nec permittendo, ut potentia ius cuiquam eripiatur & auferatur.

BASILIVS.

Hoc differt tyrãnus à Rege: quod ille sua undecũque parat commoda, hic eorum, quibus præest, quæritur utilitatem.

IDEM.

Propriũ est Regis, his quibus præest, prospicere.

IDEM.

Si cor Regis in manu Dei est, non seruatur armorum robore, sed diuino adminiculo, & ductu. Est autem

tē in dei manu nō quis, ſed hoc Regis noīe dignus.

I D E M.

Honeſtum eſt ut præſtātior ſemper deteriori præ ſit & imperet.

IOANNES DAMASCENVS.

Optimum principem decet in ſuis quidem pecca tis eſſe acerbum iudicem: & minimè ignoſcentem: at in erratis ſubiectorum placidum, & ad ignoſcendum facilem.

PHILO IVDAEVS.

Tyrānus eſt princeps belli: Rex uerò, pacis pſes.

I D E M.

Quid regis beneuolētia, ſubiectis populis optabi lius, aut melius eſſe poſſit.

PLVTARCHVS.

Nullum firmius principis præſidium quàm uera & conſtans beneuolentia: cum enim uulgus, & pro ceres, aſſuefacti fuerint, non principem principi timere: tum multis oculis uidet, multis auribus audit ac quæ geruntur præſentiſcit.

DEMOCRITVS.

Principē in rerū opportunitatibus uti decet ratione: aduerſus hoſtes audacia: beneuolentia, autem erga ſubiectos.

CLITARCHVS.

Regem prudentem diadema non efficit, mens. n. eſt, quę imperat.

I D E M.

Si parere non didiciſti, imperare ne aggreditor.

P L A T O.

Decet qui rebus maximis præſit, eum prudentia præditum eſſe maxima.

C A T O.

Debent potentes parcè uti poteſtate, ut ſemper uti poſſint.

I D E M.

Magiſtratus aut Iudex, neque pro iuſtis orari, ne que pro iniuſtis exorari debet.

ANTI-

ANTISTHENES.

Tum ciuitates interire solent, quum qui imperant, improbos à probis discernere non possunt.

IDEM.

Vt furioso gladium: sic improbo potestatem dare periculosum est.

DEMOSTHENES.

Fortunatum esse præter dignitatẽ, despiendi præter dignitatem occasio est.

Dominicus Soto confessor Caroli. 5. Imperatoris. in epistolam ad Roma.

Celeritas misericordiæ ornamentum potissimum. Nouerca Iustitiæ dicitur præcipitatio.

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

Exodi,	18.c.		29.c.
	23.a.		31.b.
	32.g.		32.b.
Leuit.	19.c.		34.d.
	24.d.	Psalm.	2.c.
Numeri.	14.c.		14.a.
Deutero.	1.b.c.		71.a.
	16.d.		100
	17.c.		101.a.
	24.d.	Prouerb.	8.b.
	25.a.		11.b.c.
	27.c.		14.d.
1.Regum.	7.b.d		16.a.b.
	8.a.		17.b.d.
	12.a.	Prouerb.	19.b.
2.Regum.	24.c.		20.a.d.
3.Regum.	3.a.b.		21.a.b.
2.Paralip.	1.b.		24.c.
	9.c.		25.a.&c.
	19.c.		28.a.c.
Iob,	15.d.		29.d.a.&c.
			Sapientiæ.

QVARTVM THEMA.

QVOMODO IPSI SVBDITI se gerant erga suos superiores, Regimen seculare uel temporale habentes:

SVMMAE.

1 *Populus, & subditi iure diuino debent obedire Regibus, & Principibus.*

2 *Populus & subditi, amore & beneuolentia prosequantur suos*

suos Reges, & Principes. &c.

3 *Similitudine sumpta à bonis equis declaratur, quod populus, & subditi æquanimiter patiantur se regi à superioribus.*

4 *Subditorum est, pro suis superioribus, & sæculari magistratu orare Deum.*

5 *Requiritur in subditis reuerentia superiorum non solum in factis, sed etiam in dictis.*

6 *Subditi non debent obmurmurare suis superioribus, ut Principibus, Dominis &c.*

7 *Rebelles, & obmurmurantes suis superioribus, puniuntur à Deo manifestis supplicijs.*

8 *Subditi opibus & opera iuuare tenentur suos superiores exigente necessitate.*

QVoniam Rex, & populus: Princeps, & subditi correlatiuè se habent, operæpretium est, ut de populo, & subditis aliquid dicamus, docentes quo pacto erga suos Reges, & Principes, quibus subiiciũtur se gerere debent.

1 †In primis hoc obseruandum, quod sicut Deus ordinatione sua diuina Reges, Principes ac Magistratus instituit: ita decreto suo diuino uult populũ, ac subditos Regibus, Principibus, atque Magistratibus subesse, parere, & obedire: docens per suũ Apostolum Romanorum. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo. Et quæ sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit: & qui resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.

Cæterum sicut Reges, Principes, ac Magistratus sicut patres patriæ sunt, qui paternum affectum, erga suos subditos habere debent: Ita & populus siue subditi erga suos Reges, Principes, & Magistratus haud secus atque filij se gerere debent. Filiorum est diligere parentes, illos reuereri, de ipsis bene loqui, pro eis orare, illis assurgere, obedire, illos à calũniis pessimo-

pessimorum defendere, & in omni necessitate auxilium ferre. Ad eundem modum populus, & subditi suos Reges, Principes, & Magistratus, haud secus atque parentes syncero affectu diligere debent, hoc est, illis bene uelle, salutē animæ, & corporis optare:

Quemadmodum enim in decalogi quarto præcepto, adiecta est à Deo Benedictio omnibus seruantibus illud: ita negligentibus præsentissima adest & sequitur maledictio, ut qui honorant parētes, sint longæui super terram: qui honorant qualemcunque Magistratum policitum iustè ordinatum, uaria uitæ longæ munera consequantur: Contra non honorantes parentes, ignominia se ipsos confundunt, & sicut dicitur in Prou. Filius insipiens confusio est patris, ita qui parentes non reuereretur, est sibi insipiēs. Quid ita? quia uidemus, & necessitas exigit, ut puniatur ut dicitur, communi disticho.

Sæpè est carnifici iugulum præbere coactus,
Qui spreuit patris dicta seuera sui.

Quid enim sunt speculatores, lictores, carnifices, & satellites, huiusq́, classis homines militares, nisi ut puniant eos, qui suis magistratibus, tanquam parentibus obtemperare nolunt. Neque uerè est ordo à Deo humano generi insitus, hac in parte prætereundus silentio, qui talis est. Primò filius parenti honorem debet ratione corporis, tum seculari magistratui ratione uictus, & uestitus: inde suis præceptoribus propter institutionem sermonis, & morū: dein sacerdotibus propter conscientiæ rectificationem. Denique Deo, propter animę maiestatem salutem, & immortalitatem. Vnde non temerè dicitur etiam ab ethnicis: Itaque Deo supplicia: parentes ama: maiores cole: minori cede. Qui sunt maiores? nisi magistratus ordinati in republica, ut Maiestate uel (ut uulgò dici solet) Maioritate sua præsint, & regant minores, profectò si minores, & subditi, rectè regi, & duci optant, imitari debent bonos illos Platonicos equos, qui audiunt habenas auri-

gę prudentis. Nam si auriga sit prudens, & bonus moderator, nec tñ equi cedant loris, frustrà tendit retinacula, & necessitate compellitur ui coercere effrænes equos, aut se, currũ, oẽsq; in curru Reipub. subsistentes, præcipitat in perniciem, & barathrum malorum, demum oĩa euertit. Ipsi aũt equi intereà eadem ruina se interimunt, aut in uaria discrimina se coniiçiunt. Quod si uerò equi sint boni & placidi, atq; frenis regi possint, & aurigam audiant: tum dirigitur facilis cursus, & fęlix iter contingit. Ita si populus dicto est audiens suo Magistratui, non opus habet suppliciis, non duro imperio, aut Draconicis legibus, sed excitat magistratum sua obedientia, ut magis pro se uigilet, & solicitus de salute Reipub. agat. Proinde cõsequitur illud quod beneuolentia, & obedientia subditorum erga suum Magistratum, Promouet Reipublicæ tranquillitatem, & fœlicitatem, & simul priuata plurima cõmoda in familiis, in rebus, atq; personis priuatis procurat. Quia uerò populus est nõ Magistratus causa, sed ipse Magistratus est à Deo ordinatus populi causa: ergo certè populus debet Magistratui tanq̃ duci suo oẽm præstare obedientiam, non solùm quia melior est obedientia quàm uictima sed etiã quia hoc utilitas publica & priuata postulat, & ipsa necessitas imperat. Quã obrem populus quoque debet pio affectu erga suum magistratum, erga Regem, Principem, Ducem, Consulem, & prætorem, moueri & pro illis semper orare.

Quemadmodum ipse Paulus. 1. Timoth. 2. cap. iubet dicens: Obsecro (siue adhortor) primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate constituti sunt, ut tranquillam, & quietam uitam agamus in omni pietate, & castitate. Quãtas calamitates, quot dãna, iniurias, miserias, populus cogitur ferre, quando Reges, & Principes mutuis bellis exagitantur, 1. *Tim*. 2

nemo nō experitur. Et quantum paci, & quieti sub ditorum detrahant huiusmodi bella nemo nescit, quot scelera grassentur, omnes uident. Exulat tunc pietas in Deum: Charitas in proximū, castitas omnisque uirtus uitiis multis ubique grassantibus sepulta iacet: quare non iniuria, neque sine causa adhortatur nos Paulus orare pro regibus, ac Principibus.

Ex hoc loco (Ambrosio teste) formam accepit Ecclesia pro oībus orandi, in precibus quas Deo offert in sacrificio missæ, quando dicit, Pro famulo tuo Papa nostro, & antistite nostro, & Rege nostro, & pro omnibus orthodoxis Catholicę & Apostolicæ fidei cultoribus. Ante Paulum idem monuerat propheta Baruch facere Hierosolymitanos, dicens cap. 1.
Baruch 1 Orate pro uita Nabuchodonosor Regis Babylonis: & pro uita Balthassar filij eius, ut sint dies eorū
5 sicut dies cœli super terram. Item debet esse in subditis in suos Reges, Principes, ac Magistratus reuerentia, tam in uerbis, quàm in gestis: ut illis ac de illis reuerenter, & honorificè loquantur. Hinc legi-
Gen. 23. mus Genes. 23. quanta reuerentia Abraham principes terræ, in qua habitabat, filios Heth alloquutus fuerit: sic Iacob Pharaonem Regem Aegypti. Ge-
Gen. 47 nes. 47. sic Nathan propheta & Bersabee Dauidē Re-
3. Reg. 1. gem. 3. Reg. 1. Nam honor ille qui exhibetur Regi, aut Principi, uel Magistratui exhibetur ipsi Deo, cuius sunt ministri. Etiam uerbis, imo, & titulis honorificis compellari debent, sicut uiri probi olim faciebant, dicentes: Rex in æternum uiue. Abstinendum tamen est à titulis adulatoriis, qui Maiestatē
1. *Pet.* 2 diuinam offendere possint. 1. Petri. 2. Regem honorificate.

Et quemadmodum à uerbis adulatoriis abstinendū est: ita & à detrectatoriis, & iniuriosis. Hæc enim ualde displicent Deo: propterea per Moysem legem tulit dicens: Dijs non detrahes, & Principi populi
Exo. 23. tui non maledices. Exodi. 23. Hinc patet quàm grauiter

uiter pecent illi, qui pasquillos, & multa alia in contumeliam Regum, & Principum dictant, euulgāt, spargunt quiq; de illis palam, & publicè obloquuntur. Et qui more Cham illos, illorumq; defectus, uitia, & imperfectiores rident, subsannāt, omnibusq; propalant.

6 †Debent etiam subditi suis Principibus & Dominis promptam obedientiam sine murmuratione: propterea Paulus ad Romanos. cap. 13. Subditi estote, non tantùm propter iram: sed etiam propter conscientiam. Et Tito discipulo iubebat, ut ad præstandum moneret populum, dicens: Admone eos principibus, & potestatibus subditos esse dicto, siue (ut alia lectio habet) magistratui obedire. Et Petrus Apostolus in priore Epistola cap. 2. Subiecti estote oī humanæ creaturæ pp dñm, siue Regi quasi pcellē ti, siue ducibus tanq̄ ab eo missis ad uindictā malefactorum, laudem uerò bonorum, quia sic est uolūtas Dei. Quod quidē fieri debet alacri animo sine murmuratione, ut monet Paulus ad Philippen. 2. omnia, inquiens, facite sine murmuratione. Nam murmur contra superiores refertur in Deum, qui posuit illos super capita nostra. Hinc dicebat Moyses filijs Israel qui cōtra se, & Aaron murmurabant. Non cōtra nos est murmur uestrum, sed contra Dominū. De nulla re, ait Augustinus, magis Deum offendisse ille populus dicitur, quam murmurando: propter hanc causam Maria soror Moysi percussa est lepra. Propterea immissis serpentibus multi ex filiis Israel perierunt. Vnde Paulus: Ne murmuraueritis, inquit, sicut quidam eorum murmurauerunt, & à serpentibus perierunt. 1. Cor. 10. cap.

Rom. 13 · Tit. 3. a. · 1. Pet. 2 · Philip. 2 · 1. Cor. 10

7 †Hinc patet quàm grauiter peccent, qui suis principibus, & Magistratibus sunt rebelles, & inobdientes, qui & alios ad rebellionem, ac seditionem, concitant. Sane quàm graue sit crimen ipsorum, & quā ta ultione dignum, ostēdit Deus in punitione, quā fecit de Core, Dathan & Abiron, de quibus Nume-

Nu. 16. ri. 16. dicitur, quod apériens terra os suum, deuorauit illos cum tabernaculis suis, & uniuersa substantia eorum: descenderuntq; uiui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis.

8 †Postremo illos iuuare debent de suis facultatibus, dum ratio & necessitas exigit, ferendis sumptibus ad tuendam patriam aduersus hostes, uel ad illos inuadendos, & coercendos, qui patriæ ac religioni sunt perniciosa. Ad hęc, sunt imposita uectigalia, subsidia, tributa, & huiusmodi: quæ unusquisq; soluere tenetur, queadmodū ipse paulus ad Romanos. Rom. 13. 13. c. scribit, dicens: Cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem Mat. 22 honorem. Et Christus. Matth. 22. Reddite quę sunt Cæsaris Cæsari. Quin Ioseph, & Maria obedientes fuerunt Cęsari Augusto, de soluendo censu ab ipso Cæsare decreto. Et Christus ipse tributum soluit pro Mat. 17 se, & Petro, ut habetur Matth. 17. cap. Animaduertimus in aĩalibus brutis huius generis uaria exempla, quibus mouemur, & pducimur, ut grati simus Magistratui, Regibus, & Ducibus. Nam oues etiam Arietem habent suum ducem, & hunc sequuntur, huic locū dant, & si in optimo loco pascant, cedūt tamen ipsi Arieti tanquam duci, & meliorem pabuli partem concedunt: Anne Rex apum domi in aluearijs remanet? & cæteræ apes quantis possunt uiribus student mellificio, ipsiq; suo Regi abundè suppeditant de melle, & de optimis partibus sui laboris, Quare non erit graue populo persoluere sui Magistratui, suo Regi, Principi, Duci &c. Vectigal, tributum, ac similes ingruentes exactiones: quin id sedulò faciet, ut sic excitet diligētiam suorum superiorum ad defensionem, & curam Resp.

AVGVSTINVS.

Quid iniquus, quàm uellę sibi obtemperari à minoribus, & nolle obtemperare maioribus?

GREGORIVS.

Qui contra sibi superpositam potestatem murmurat,

murat, liquet quod Deum redarguit, qui eadem hominibus potestatem dedit.

IDEM.

Obedientia non seruili metu, sed charitatis affectu, seruanda est: non timore pœnæ, sed amore Iustitiæ.

Remissiue iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

Genes.	34.c.		59.b.
	43.d.	Sapientiæ.	1.a.
	47.e.	2.Machab.	9.c.
	50.d.		14.g.
Exodi.	12.d.	Matth.	22.c.
	16.a.b.	Marci.	12.a.b.
	22.d.	Lucæ.	2.g
Leuit.	19.d.		15.d.
	21.a.		19.e.
	24.c.		20.b.d.
	25.c.	Ioannis.	9.f
Numeri.	16.	Act.	15.e.
Deutero.	1.c.		22.c
Iudic.	14.d.		23.a.
4.Reg.	10.e.	Romano.	3.c.
1.Paralip.	27.c.		13.a.b.
2.Paralip.	21.b.	1.Corinth.	14.g.
Prouerb.	17.d.	Ephes.	2.d.
	14.c.	1.Timoth.	2.a.
Ecclesiast.	4.d		3.a.
	10.d.	Tit.	3.a.
Esaiæ.	24.b.	1.Petri.	2.c.
	52.b.		
Hieremiæ.	14.b.		
Psalm.	36.b.		
	46.a.		

QVINTVM THEMA.

DE SENIORIBVS (SICVTI de Patre, & Matre) & quo pacto sese habebunt in gubernando suas proles. Item de Senioribus erga iuniores.

SVMMAE.

1 *Naturalis amor parẽtum in liberos demonstrat, quod hos illi diligere debent.*

2 *Parentes debent in filiis suis eos diligendo inserere uirtutes animæ, & bona corporis.*

3 *Institutione Tobiæ docetur, quomodo filios suos debẽt erudire ipsi parentes.*

4 *Sicut filios, ita & filias, ipsi parentes edocere debent.*

5 *Parentes non debent ullũ malum exemplum præbere suis filiis.*

6 *Parentes non debent reprehendere, & castigare uitia filiorum.*

7 *Omnis castigatio debet esse moderata.*

8 *Parentes curam corporis filiorum gerant.*

9 *Parentes non tribuant nimis magnam facultatum copiã suis filiis, ne postea egeant.*

10 *In studiis honestis, ut à parentibus alantur, & instituantur liberi, docetur.*

11 *Parentes morituri facto testamento adimant filiis omnẽ litigandi materiam.*

12 *Quod officium est parentum in filios, idem seniorum in iuniores.*

13 *Officia senum paucis attinguntur.*

1 NAtura duce certũ est parentes suas amore proles, Nã (teste diuo Ioanne Chrysostomo) quod est in herbis, aut arboribus humor, hoc est in hominibus amor: Sicut enim herbæ ex humore nascuntur, & crescunt: sic homines per amorẽ incipiunt, & augentur. Humor quidem de radicibus ascendit

bam, de herba autem non reuertitur ad radices, sed sursum transmittitur ad semen. Sic & amor de parentibus descendit in filios, de filiis autem non remittitur ad parentes. Ideo parentes quidē diligunt, sed non sic diliguntur à filiis: Quia sicut herba, non deorsum, sed sursum ad semen transmittit humorē: sic & homo, non ad parentes, sed ad procreandos filios transmittit affectum. Procreantur aūt à parentibus proles, nō ut negligātur, sed ut curētur, ac educentur. Bestiis ac serpentibus crudeliores sunt, qui proles suas non curant. Qui suorū inquit Paulus. 1. Timo. 5. & maximè domesticorū curā non habet, fidem negauit, & est infideli deterior: Duo autē sunt in nobis corpus, & anima: Vtrumque in suis prolibus parentes curare debent. Sed quoniam anima corpore præstantior est, animæ curam in primis habere oportet. Est aūt anima pueri, tanquam tabula rasa, in qua nihil depictum est: & ueluti nascēs uirgultum, quod potest ad quodlibet flecti: facile igitur fuerit huiusmodi animæ, siue uitia, siue uirtutes inserere, uel depingere, quas retinebit atque sequetur ad senectā usque. Nam ut ait Salomon in Prouerb. c. 22. Adolescens iuxta uiam suam gradiens, etiam quum senuerit, non recedet ab ea: Et Poeta, *Quo semel est imbuta recens seruabit odorem testa diu*. Optimū ergo fuerit à teneris annis puerum assuefacere pietati, ac illum in timore Dei, in lege, ac præceptis diuinis educare. Ita iubet Moyses Deuteronomii. 4. c. parentes facere dicens, Docebis mandata Dei filios, ac nepotes tuos. Sic Abraham fecisse legimus dicente Domino Genes. 18. cap. Scio quòd præcepturus sit filiis suis post se ut custodiant uiam Domini & faciant iudicium, & iustitiam: Iob quoque orabat pro filiis suis, pro quibus etiam offerebat sacrificiū, & singulos monebat ad pietatem, ne fortè peccarēt, & maledicerent deo in cordibus suis: Sic Dauid moriturus filium Salomonem adhuc iuuenem monuit, ut custodiret mandata domini dei, & ambularet

1. Tim. 5 *Prou. 22* *Deut. 4.* *Gene. 18* *Iob 1.* *3. Reg. 1* *1. Pa. 18*

Tob. 1. Dani. 13 1. Ma. 2 ret in uiis eius, sicut. 3. Reg. 2. & 1. Paralip. 18. scribitur. Sic Tobias genuit filiũ, quẽ (ut Tobiæ. 1. c. scribitur,) ab infantia timere Deũ docuit, & abstinere ab oĩ peccato. Sic parentes Susannæ, quũ essent iusti erudierunt filiã suã secundũ legẽ Moysi: Sic Mathias moriturus benedixit filiis suis, & adhortatus

prou. 29 est eos ad legẽ Dei seruãdã. Hoc est quod monet facere parẽtes Salomõ in Prouerbiis. c. 29. Erudi filium

prou. 10 tuũ, & refrigerabit te, & dabit delitias animæ tuæ. Nã ut c. 10. scribit Filius sapiẽs lætificat patrẽ: filius uerò stultus mæstitia est matri suæ. Nõ. n. sapiẽtes nascũtur filii, sed tales bona educatio efficit illos. Vnde & ipse Tobias suũ educãdo filiũ docet parentes, quã curã habere debẽt de salute proliũ suarũ: & de quibus illos admonere habent. Nã sic loquitur filio

Tobiæ. 4 suo. c. 4. Quũ Deus ceperit animã meã, corpus meũ sepeli, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus uitæ eius. Memor enim esse debes, quæ, & quanta pericula passa sit propter te in utero suo. Deinde admonet illum, ut memor sit Dei: non uno die, aut uno anno tantũ, sed omnibus diebus uitæ suæ. Tertiò ne prætermittat aliquod præceptum Domini, sed ex integro omnia obseruet. Quartò ad opera misericordiæ proximo exhibenda illum admonet, iuxta suam facultatem. Quintò, ut abstineat à fornicatione, & præter uxorem ipsius, nunquam patiatur crimen scire. Sextò ne superbiam redoleat ullam, neque in sensu, neque in uerbo: addens quod ex superbia sumpsit initium omne peccatum. Septimò, ut operariis, ac mercenariis suis, non in crastinum, sed statim mercedem restituat. Octauò, ne alicui faciat, quod sibi fieri nolit, id quod & ip-

Matt. 7. se Christus docuit. Nonò, ut cum egentibus, ac esurientibus panem suum comedat, & uinum suum bibat. Decimò, ut sine consilio neqnicquam attentet, sed & consilium non à stulto, sed à sapiente requirat: Vndecimò, ut omni tempore tam aduersitatis, quàm ꝓsperitatis benedicat Domino, ac illũ ro

get, quatenus in omnibus agendis eum dirigat: qa sine Deo nihil possumus. Tandem ac postremo de temporalibus loquitur, & indicat illi, quid mutuo dederit: & qua ratione mutuatam pecuniam recipere poterit. Neque satis illi fuit sic monuisse filium quinimo iam moriturus, ipsum, & septem nepotes filios filii sui uocauit, quibus dixit: Audite filii mei patrem uestrum. Primò seruite Domino in ueritate, hoc est, non in hypocrisi, neque fictè. Secundo. Inquirite ut faciatis quæ placita sunt illi. Hoc in primis inquirere debemus, scire uidelicet, quæ placita sunt Domino, & illa operibus adimplere. Et quia id ex nobis non ualemus, ideo ab ipso postulanda est gratia, qua hoc præstare ualeamus. Tertiò admonet et illos, ut suos filios adhortentur ad pia opera: Filijs, est, inquit, uestris mandate ut faciant iustitias & eleemosynas: Et ut sint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore. (Hoc est tam aduerso, quam prospero) in ueritate, id est, sine fictione: & in tota uirtute sua: quia Deus nil amplius exigit à no

4 bis, quàm quod possumus. † Et quamuis hæc ad Tobiam, & ad proles masculas tantum spectare uidentur, reuera etiam de puellis sunt intelligenda: ut in eodem libro cap. 10. uidere licet, ubi Raguel, & An- *Tob.* 10

na uxor eius filiam suam Saram admonent quæ sui sunt officii: quatenus pax sit in domo socerorum suorum. Sic enim habet textus: Et apprehendentes filiam suā parentes osculari sunt illam, & dimiserūt ire, monentes eā, primò, honorare soceros, secundò diligere maritum, tertiò regere familiam, quartò, gubernare domum: quintò, seipsam irreprehensibilem

5 exhibere. † Hæc ideo diffusius tractaui: ut discant parentes ex his bonis uiris, ac patriarchis, qualem curam gerere debeant de salute prolium suarum, & de quibus illos admonere habeant. Ex quibus colligi potest, quod parentes cauere debent, ne uerbo aut facto suis prolibus sint occasio peccati. Nam quod uident proles facere parētes, aut dicere, audiūt facile,

ac libenter imitantur. Scripsit Iuuenalis in Satyra decima quarta pulcherrime de hac materia, ubi sic incipit.

Plurima sunt, Fuscine, & fama digna sinistra,
Et nitidis maculam ac rugam figentia rebus,
Quæ monstrant ipsi pueris, traduntque parentes,
Si damnosa senem iuuat alea, ludit & hæres
Bullatus, paruoque eadem mouet arma fritillo.

Et quod sequitur.

Maxima debetur puero reuerentia. si quid,
Turpe paras, nec tu pueri, contempseris annos,
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans,

Nec omittenda sunt præcepta moralia Phocylidis, quæ huc faciunt optimè, ut parentes sciant, quod etiam ab ethnicis instituuntur, externis moribus puerorũ suorũ honestam formam iniũgere, & præstare: sic enim ait.

Neque in masculo filio nutria, crinium iubam.
Neque uerticem capitis implices, neque uincula obliqua corymborum,
Masculum non decet Coma. Mollicies conuenit mulieribus,
Filij pulchri custodias iuuenilem florem.

Hinc Periander rectè inquit: *Filios erudi.*
Et Horatius ait.

Fingit equum tenera docilem ceruice Magister,
Ire uiam, quam, iubet eques, uenaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula,
Militat in syluis catulus, nunc adhibe puro
Pectore uerba puer, nunc te melioribus offer.

Videmus agricolas rectè formare teneram ætatẽ suorum equorũ, boũ, asinorum &c. Venaticũ catulos, aucupem aues: quum filii sint lõgè excellẽtiores equis, asinis, bobus catulis & auibus: Dolendum est quod multi parẽtes nõ maiorẽ adhibent diligentiã in recte instituenda tenera ætate suorum filiorum. *præsertim quum adeo multum sit à teneris,*
Rectè assuescere. & uerum illud triuiale

Quod noua testa capit, inueterata sapit.

Seneca optime scripsit educatio, & disciplina mores facit, & illud unusquisq; scit quod didicit. Ideo libro de Ira ait, Præceptores pædagogosq; placidos pueris conuenit dari. Certe Chrysostomus rectè dixit, quod iuuentus est sicut terra fauctuosa, quæ si negligitur, multas producit spinas. Quid sibi uult illud Iob, Ab infantia circuit mecũ miseratio. certè parẽtes oĩ diligẽtia bene informare tenerã ætatẽ, ut foris forma, & intus uires, ac ætas uirtutũ crescant.

Et uę minatur Christus Matth. 18. his qui pusil- *Mat.* 18
6 los scandalizant, † Et non solum non dabunt parentes suis prolibus occasionem male, aut loquẽdi, aut agẽdi: uerum etiã illos reprehendere debent, si quid malè agant, & loquantur, seueriusque obiurgare, imò & flagellare, si quid proteruius loquantur, aut faciant. propterea Salomon in prouerbiis cap. 13. *prou.* 13
Qui parcit uirgæ, odit filium suum: qui autem diligit, instanter erudit. Et capi. 23. Noli subtrahere à puero disciplinam; Si enim percusseris eum uirga, non morietur. Tu uirga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis. Sacerdos & Iudex populi Israel fuit Heli, ac filios suos impiè erga se gerentes reprehendit quidem, sed quia non satis uehementer obiurgauit, pater alioqui pius, pœnam filiorum temeritatis & iniquitatis luit. Debent etiam parentes filias suas bene obseruare, & diligenti custodia continere, ne confusionem suis adferant parentib. sed principue illas quæ lasciuiores sunt. propterea sapiens Ecclesiasticus cap. 22. Super filiã luxuriosam *Ec.* 22. *e*
confirma custodiam, ne quando faciat te in opprobrium uenire inimicis tuis: Et cap. 7. eiusdem libri: Filii tibi sunt? erudi illos & curua illos à pueritia *Eccle.* 7.
eorum, filiæ tibi sunt? serua corpus illarum, & non
7 ostendas hilarem faciem tuam ad illas. † Cæterum sic debent parentes suas proles obiurgare, corripere atque castigare: ut non obliuiscantur paterni affectus, & non excedant in correctione paternum amo-

tem,

Ephe. 6 rem, ne fortè in desperationem adigant suas proles.
Colo. 3. Vnde Paulus ad Ephe. capite. 6. Patres nolite ad ira cundiam prouocare filios uestros, sed educate illos in disciplina, & correptione Domini: Et ad Col. 3. Patres nolite ad indignationem prouocare filios ue stros, ut non pusillo animo fiant. Multi enim hac ratione suas perdiderunt proles. Oportet enim mederi malo: non perdere ægrotum. Et hæc sunt quæ pro salute suarum prolium facere debent parentes.

8 †Verum & corpora ipsorum nequaquam negligere debent: sed illis prouideāt de alimento, ac uestimen to, quantum suppetit facultas, & exigit necessitas, status, & conditio: Caueant tamē semper in huiusmodi fastum, pompam, luxum, & excessum, quando quidem in his assuefacere proles suas non est bonū.
2. Co. 12 Et quum teste Paulo. 2. Cor. 12. non debeant filij pa rentibus thesaurizare, sed parentes filiis, perperam agunt parentes, qui à suis prędecessoribus relicta bo na ita prodigunt, ut nihil remaneat post ipsorū obi

9 tum prolibus suis. † Sed nec illis consultum est, ut suis prolibus ipsis adhuc uiuentibus, hæreditatem suam, ac bona sua tradant, sub illa spe quod in sua se nectute alentur à suis filiis. Nam nonnunquam secus accidit, propterea bene monet sapiens. Eccl. 33.
Ecc. 33. Filio & mulieri, fratri, & amico non des proprietatē super te in uita tua, & non dederis alij possessionem tuam, ne fortè pœniteāt te: Melius est enim ut filii tui te rogent, quàm te respicere in manus filiorum tuorum.

10 †Ad hæc, qui habent unde possint filios suos in studio alere, debent hos alere in studiis, duplici de causa, Primo ut rectè uiuant, tum ut rebus relictis rectè norint uti.

Non minor est uirtus quam quærere parta tueri: casus inest illis, hoc erit artis opus.

Sed & qui non habent opes, Ethnici consilio iu-
bentur

bentur filios erudere literis, ut dicitur in illo disticho.

Si tibi sint nati, nec opes, tunc artibus illos
Instrue, quo possint tenuem defendere uitam.

Cũ tali prouidentia hoc faciãt, ut ipsi cũ bonis literis addiscant & pietatẽ, ppea caueãt ne filios unquã illuc mittant ad studiũ, ubi nõ colitur pietas, & auita religio, sed sectæ uigent, & hæreses, qui autem nõ habẽt unde suos in studio alant, sic tñ ipsis prouidere debẽt, ut opificiũ aliquod perdiscãt, quo labore manuũ suarũ uictũ, & amictũ cõquirere possint, ne forte cogãtur, uel furari, uel latrocinari, uel aliquo alio scelere acquirere sibi unde uiuant. Sic Propheta Dauid monet dicens, Labores manuum tuarum quia mãducabis, beatus es & bene tibi erit. Et Paulus ad Ieiunium relegat illos, qui laborare, & operari nolunt, dicens: Qui non laborat nec manducet. 2. Thessal. 3. cap. Ps. 127. 2. The. 3

11 †Postremo parentes morituri tam prudenter, ac sapienter condant suum testamentum, ut post ipsorum mortem nulla possit lis, & discordia oriri inter suas proles, & ne unus solus sic abundet, ut cæteri egeant: Nam uni prouidere, alterum relinquere: unum curare, alterum negligere, non est hominum ratione utentium, sed potius bestiarum, & maximè aquilarum, quæ (aiunt qui de natura scripserunt auium) quum duos ediderint pullos, alterum alis impellentes in terram deiectum allidunt: alterum retentum tantummodo pro suo, & legitimo habẽt. At bene monet Basilius, ut sicut parentes ex æquo singulis liberis corporis essentiã impertiri sunt, sic eisdẽ æqualiter, pariq; cõditione, quæ ad uitã degendam pertinent, iure optimo præbere debent. Similiter parentes indicare debent filiis, quæ, & quibus debeant, & quæ à quibus illis debetur, quemadmodum
12 Tobiam seniorem fecisse legimus. † Quod de parentibus dictum est, re uera, & senibus aliquo modo conuenit. Nam debent esse iuuenibus à cõsilio,

ab exemplo, à leui correctione, & obiurgatione, tuta est. n. seniorũ doctrina, & consiliũ lõgæ uitę, & rerũ usu adiũctũ, & firmatũ, qui et & patres uocãtur.
Deu. 33. Vnde in Deute. c. 33. Moyses: Interroga patrẽ tuum & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicẽt tibi. In
Iob 12. antiquis, ait Iob. c. 12. est sapientia, & in multo tempore prudentia: Bonũ cõsiliũ dederãt seniores Roboã Regi, sed quia noluit ipsorũ cõsilio parere, pessimè illi cessit. Nam decẽ partes regni sui perdidit, decem uidelicet tribus regni sui.

Ad tit. 2. 13 †Quales porrò debeant esse senes Paulus docet ad Titum scribens. c. 2. Admone, inquit, senes ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Vere senex, ait Philo, non ex temporis longinquitate, sed ex laudabili, & perfecta uita laudatur. Nihil interest, ait Basilius, inter ætatẽ puerilem, & mentem pueros imitantẽ. Huiusmodi senes uocat scriptura pueros centum annorum, quibus canescit pilus, non animus, de cuiusmodi rectè Plutarchus dixit: Senex stultus quemadmodum lucerna uetusta nulli rei est aptus: Non decent ergo senes puerilia ludicra: Et uera canicies est, non capilli albi, sed animi uirtus.

CRHYSOSTOMVS.

Liberorum modestiam, & temperantiam patres non curantes, liberorum interfectores sunt, atque grauius peccant, quàm illi, quantò scilicet animi perditio & mors, grauior est quam corporis.

PHILO.

Quod Deus est in mundo, hoc liberis parentes esse arbitror: Nam ut ille, quod non erat, ut existeret, effecit: sic & hi imitantes (quo ad fieri potest) illius potentiã genus immortale reddunt.

DIOGENES.

Ridiculũ est, enim qui suis parcat, alios castigare uelle.

EPICTETVS.

Cura ut filios tuos eruditos magis, quàm opulentos

tos relinquas: præ stant enim eruditorum expectationes, quàm indoctorum diuitię.

Si filius tuus sapiens, ac bene educatus fuerit, sat opum habebit: si stultus nimium habet. Nam stultum non decent opes.

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

Genes.	18.c.		17.a.
	25.c		19.c.
	49.a		20.b.
Leuitici.	19.g.		22.a.c.
Deuteron.	4.a.		23.b.
	6.a.	Ecclesiastes.	4.c.
	11.c.	Ecclesi.	7.c.
	22.c.		16 a.
	23.c.		22.a.
Iosuæ.	15.a.		26.b.
1.Reg.	2.c.f.g.		30.a.
	3.		33.c.
2.Reg.	18.b.		42.b.
3.Reg.	2.a.	Hierem.	14.a.
	12.b.	Daniel.	13.a.
	12.b.	1.Machab.	2.f.g.
4.Reg.	19.a.	2.Machab.	7.
1.Paralipo.	28.c.	Matth.	2.d.
2.Paralipo.	10.b.		18.a.
	36.c.	Marci.	10.g.
Tobiæ.	1.a.	Lucæ.	6.f.
	4.a.	2.Corinth.	12.c.
	10.d.	Ephes.	6.a.
	14.a.b.c.	Coloss.	3.c.
Iob.	1.a.	1.Timoth.	5.a.
	13.d.	Tit.	2.a.
Psalmo.	104.b.	Iacobi.	3.a.
	148.b.	2.Petri.	2.b.
Prouerb.	13.d.		

SEXTVM THEMA.

DE PVERIS, ATQVE IVVENIBUS. Et quomodo ipsi suis Senioribus subiecti erunt, eos honorando cum timore Dei.

SVMMAE.

1 *Filiorum est honorem deferre parentibus, & iis obedire.*

2 *In quibus consistat honor, parentibus impendendus.*

3 *Quibus, filij incitari possunt, ut parentibus honorem, & obedientiam deferant.*

4 *Exemplo ciconiæ docetur antipelargin. Hoc est pro officio officium reddere.*

5 *Quomodo filij peccant contra quartum præceptum, & quod illud fieri non debet præsentibus semper pœnis.*

6 *Quatenus se extendat dilectio, quę requiritur à filijs erga parentes.*

7 *Sicut filij parentibus, ita iuniores senioribus debent obtemperare.*

COmmune prouerbium est, Diis, Parentibus, & Magistris non est reddere ęqu iualens. Id prouerbium itauerum est, ut nemo inficiari queat, nisi insaniat: post Deum habemus parētes, & Magistros quibus uicem parem rependere non ualemus: Propterea omnis lex diuina, & humana præcipit, & mādat, ut omnes pueri, ac iuuenes suis parentibus, & senioribus obediant, subditi sint, & honorem debitum illis impendant. Nam Exodi. 20. & Deuteronomii. 5. lex Diuina expresse dicit: Honora patrem tuū & matrem tuam: Quam declaret, & interpretatur diuus Paulus Ephes. 6. cap. dicens, Filii obedite parētibus uestris in Domino, hoc enim iustum est. Et ad Colo. 3. Filii obedite parentibus per omnia. Hoc enim placitum est in Domino.

Exo. 20. Deut. 5. Ephe. 6. Colos. 3.

Verè autem honorare parentes est obsequium pietatis, & reuerentiam illis exhibere, ac necessaria ministrare.

ministrare. Cõsistit porrò iste honor in quatuor maximè, In affectu, In signo, In effectu, In subuētione. Primò in affectu quidem, ut liberi suos parentes diligant ament, bona eis optent, pro eis rogent, eos timeant, & eorum caueāt offensam, propter pietatem quam à Deo in filios habent. Propterea Leuit. 19. c. unusquisque, ait Dominus, patrem suum ac matrem suam timeat. Consistit secundò hic honor in signo exteriori, ac reuerentia, illis assurgēdo, honorabiliorem locum tribuendo, illis cedendo, benedicendo, affabiliter illis loquendo, mansuetè, & humiliter illis respondendo, illos patienter audiendo. Vnde Sapiēs Prouerbiorum. 23. Audi patrem, qui genuit te, & ne contemnas cum senuerit mater tua. Et Ecclesiastici. 7. Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris: Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses. Hic grauiter peccant, qui parentes, ac maiores suos despiciunt: qui illos illorũque imperfectiones, aut defectus rident, ac subsannant: qui dure, & aspere illis loquuntur, qui responsant, qui litigant, qui suis iniuriis, & maledicentiis illos prouocant. Tertiò, consistit hic honor in effectu: Nō enim satis est aperire caput, flectere genu, dicere, faciam: sed etiam opus est, ut in omnibus illis obediant, in his saltem, quæ pertinēt ad utilitatem ac necessitatem rei familiaris, & quæ ad bonos mores spectant, suntque ad salutem necessaria. Iuxta illud Apostoli ad Ephese. 6. cap. Obedite filii parentibus uestris in Domino, id est, secundum iustitiam, & fidem Domini Dei. Et ad Colos. 3. cap. Filii obedite parētibus uestris in omnibus, subaudi quæ spectant ad utilitatem rei familiaris, & ad bonos mores.

Leuit. 19 *pron. 23* *Ecc. 7.* *Ephe. 6.* *Colos. 3.*

Quartò consistit hic honor in subuentione, siue sustētatione parentũ: quæ fit tribus modis. Primò, uerbo per consolationem, dulcibus etenim uerbis liberi parentes consolari debent, in infirmitate, & tribulatione eorum, Nam filius sapiens, ut scribit

Prou. 10 prouerbio. 10. lætificat patrem suum. Secundò, in facto per ministeria corporalia, ubi opus est, seruiendo, ac ministrando illis in omnibus. Tertiò, Dono temporali, alendo, ac nutriendo illos, quando laborant inopia. De hoc liberorum officio erga parētes, multa scribit Sapiens Ecclesiastici. 3. cap. quæ per singula bene notare debent iuuenes ac pueri. Nam admonet illos: Primò, ut timentes Deum honorent eos: quia sic uult, ac præcipit Deus. Secundò ut seruiant illis, quasi dominis. Tertiò, quo pacto illos honorare oporteat: uidelicet in opere, & sermone, & omni patientia. Quartò promittit à Deo benedictionem sic facienti, ut superueniat, inquit, tibi benedictio à Deo. Quintò admonet, ne glorietur puer in contumelia patris, quare? quia gloria hominis (ait) ex honore patris sui est: & dedecus filij pater sine honore. Sextò, mandat, & iubet ut suscipiat filius senectam patris sui: & non contristet eum in uita illius: Et si defecerit sensu, ueniam det, & ne propterea spernat eum. Contra multos, qui cum peruenerint ad honores, dignitates, diuitias, & officia, parētes suos inopes, debiles, pauperes, & infirmos despiciunt: Addit Sapiens uelut præmium, quod eleemosyna, & misericordia in patrem impensa non erit in obliuione. Postremo, illum asserit malæ famæ, qui derelinquit patrem, scilicet in senectute, in infirmitate, in paupertate, & necessitate. Et maledictus est à Deo qui exasperat matrem suam. Iste locus sufficiens est ad docendum proles, quid suis debeant parentibus: & quam accepturi sint mercedem si sic aut secus fecerint.

3 † Veruntamen nobis uisum est motiua aliqua addere, quibus liberi prouocari & excitari possint ad hęc præstanda parentibus. Primò. Illos mouere debet dira maledictio in eos qui secus fecerint.

Genes. 9 Nam Cham deridens patris sui Noe uerenda, in posteris suis maledictus est. Genes. 9. Ruben primogenitus Iacob, ob iniuriam irrogatā patri dormiendo cū Bala ipsius concubina, à patre audire meruit maledictionem,

dictionem, hanc: Non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratũ eius. Genes. 49. Esau uenator, fornicator, & prophanus, qui utrunque parentem offenderat: quod ipsis inconsultis alienigenas uxores duxerat: primogenituræ perdidit benedictionem, quã Iacob matri obediens obtinuit. Gene. 27. Hebræ. 12. Propterea Deuter. 27. cap. inter maledictiones, quæ imprecantur iniquis, ac sceleratis, ponitur & hæc, Maledictus qui non honorat patrẽ suũ, & matrem suam, & dicet omnis populus Amen. Et Prouer. 29. Qui affligit patrem, & fugat matrẽ, ignominiosus erit, & infœlix.

Gen. 49. *Gen. 27.* *He. 12.d* *Deu. 27* *Prou. 29*

Secundo, ad hoc mouere debet iuuenes, quod qui sunt rebelles parentibus iure diuino plecti, & tolli de medio debent: quodque etiã si non tollantur per Magistratum, nihilo secius plerũq; malè pereũt, & ante maturã ætatẽ. Nã lex diuina sic habet Deutero. 21. Si genuerit homo filiũ contumacẽ, & proteruũ, qui non audierit patris ac matris imperiũ, & coercitus obedire cõtẽpserit, apprehendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicii: dicentque ad eos, Filius noster iste proteruus, & contumax est, monita nostra audire contemnit, cõmessationibus uacat, & luxuriç, atque conuiuiis: lapidibus eũ obruet populus ciuitatis, ut auferatis malum de medio uestri: Et Exod. 21. Leuit. 20. & Prouerb. 20. sic scribitur, qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Sic duo filii Heli, Ophni & Phinees à patre correpti nec emendati, iuuenes uno die occisi sunt in bello capta arca. 1. Reg. 4. Sic Absolon patri Dauid iniurius, & contumeliosus miserabili fato periit: nempe suspendio 2. Regum. 18. Proinde sapiẽs Prou. 30. Oculũ ait, qui subsannat patrẽ, & q despicit partũ, uel (ut alia lectio hẽt) obediẽtiã matris suç, effodiãt eũ corui de torrẽtib. & comedãt eũ filii aquilç. Id est, suspẽdãtur: Nã indigni sunt uita, q rebelles sunt his, à quibus uitæ munus acceperunt.

Deu. 21. *Exod. 21* *Leu. 20.* *Prou. 20* *1. Reg. 4.* *2. Re. 18* *Prou. 30*

Tertiò, Itẽ multiplex benedictio, quæ iuuenibus

Ephes. 6 probæ idolis promittitur, ut lõgitudo uitæ cũ prosperitate. Propterea Paulus ad Eph. 6. c. Honora patrẽ tuũ, & matrẽ tuam, quod est primũ mandatũ in promissione: ut bene sit tibi, & sis lõgæuus super terrã. Sic Sem filius Noe, eo quod honore patrẽ suũ affecerit cũ fratre Iaphet, benedictionẽ accepit, diutissime
Gen. 11 que uixit, nempe ultra sexcentos annos. Genes. 11. Sic Ioseph, ac multi alii. Sic Rechabitæ, cum liberis, parentes præcepto patris sui Ionadab, in perpetuum non biberunt uinum: domum non ædificauerunt, sementem non fecerunt uineam non plantarunt, & in tabernaculis semper diuersati sunt: nisi bellorum iniuria aliud cogeret. Ideo præ cunctis Israelitis lau
Hie. 35. dantur à Deo, ut Hieremiæ cap. 35. Sic Ester Regina laudatur ac benedicitur ab omnibus: quod patruo suo Mardochæo obediebat, & quicquid ille præcipiebat, obseruabat, & ita cuncta faciebat ut eo tempore solita erat, quo eam paruulam nutriebat. Et per huiusmodi obedientiam, & humilitatem à Rege Assuero impetrauit Iudæorum salutem, qui per Aman erant ad mortem destinati.

Quarto, ad idem nos mouere debẽt exempla piorum, qui de suis parentibus semper fuerũt solliciti, ut patet de Dauid, qui dũ persequeretur à Saule, de patre, & matre sollicitus fuit, commẽdando eos Regi Moab, ut scribitur. 1. Reg. 22. Sed præcipuè Chri-
1. Re. 22 sti Iesu Domini nostri Deique filii exemplum omnes mouere debet, qui testante sacro eloquio subditus erat Mariæ, & Ioseph & in mortis agonia de matre sollicitus, uirginem uirgini commendauit, dicens discipulo Ioanni: Ecce mater tua: erat enim tunc crux, cathedra magistri, liberos, ac iuuenes
Ioan. 6 docentis, qui & Ioan. 6. cap. dicebat, Descendi de
Ioann. 8 cœlo, non ut faciam uoluntatem meam, sed eius qui misit me. Et rursus. 8. capit. Sicut docuit me pater hæc loquor. Et qui misit me, mecum est, & nõ reliquit me solum, quia quæ placita sunt ei, fa-
Ioan. 14 cio semper. Et iterum capit. 14. Diligo patrem,

& sicut

& ſicut mandatũ dedit mihi pater, ſic facio. Sic Tobias Iunior reſpondebat patri ſuo, Omnia quæcunque dixiſti pater, faciam.

4 †Quid plura? etiam irrationabiles creaturæ ad idem nos prouocant. Nonne Ciconiæ (ut ſcribit D. Ambroſius in hexæmeron,) parẽtes ſenes nudatos plumis tegunt, fouent alis, & nutriunt alimentis. Vnde prouerbio locus ceſſit Græcis, qui Antipelargin dicitur. Nam certè non pigebit attingere carmẽ elegans de hac pietate.

Aerio inſignis pietate ciconia nido,
Inueſtes pullos pignora grata fouet:
Taliaque expectat ſibi munera mutua reddi,
Auxilio hoc quoties mater egebit anus.
Nec pia ſpem ſoboles fallit ſed feſſa parentum,
Corpora fert humeris, præſtat & ore cibos.

Quid dicemus de cornicum erga parẽtes clementia? Nam ut idem Doctor ait, quum parentes per longæuam ſenectutem plumarum tegmine, & alarum regimine minorari contingit, cornices iuniores, propriis pennis eos fouent, & collecto cibo paſcũt: Quin & apes iuniores, non in opere tantum, ſed ẽt in fœtu coadiuuant matres. De inſenſibilibus uerò ſi cupis exemplum, audi Petrum Rauennatem, non indoctum, nec ineruditum doctorem. Tolle, inquit, radium à ſole, & non lucet. Riuum à fonte, & deſiccatur, ramum ab arbore, & areſcet, membrum à corpore, & putreſcet: Sic ſepara filium à deuotione paterna, & iam non eſt filius, ſed collega eorum, de quibus dicitur Ioãnis. 8. Vos ex patre diabolo eſtis & deſideria patris ueſtri uultis facere.

5 †Ex his facilè colligi poteſt, quod liberi multis modis peccant contra præceptum de honore parentum. Primò qui parentes irrident, pauperes, debiles, aut defectuoſos, hos terreat maledictio Chã Geneſ. 11. Secundo, qui parentes duris, & aſperis uerbis cõtriſtant, contra Paulum. 1. Timoth. 5. dicentem. Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra ut patrem. *Gen.* 11. 1. *Tim.* 5

Exo. 21. Tertiò, qui parentibus maledicunt: contra quos intonat lex diuina Exod. 21. Qui maledixerit patri, uel
Pro. 20. matri, morte moriatur. Et Sapiens Prouerb. 20. Qui maledixerit patri, uel matri, extinguetur lumẽ eius in medijs tenebris, hoc est, mala morte morietur, in peccatis videlicet suis. Quartò, qui parentum optãt mortem, uel ex odio, uel apetitu honoris, aut hæreditatis: Adde, furantur patri, uel matri. Vnde sapiens
Pro. 28. Prouerb. 28. Qui subſtrahit aliquid à patre ſuo, uel à matre, & dicit, hoc non eſſe peccatum, particeps homicidæ eſt. Quinto q̃ parẽtibus, ſenibus, debilibus, pauperibus, ac indigentibus, non miniſtrãt pro ſua facultate neceſſaria, facientes contra illud: Fili, ſuſci
Eccle. 3. pe ſenectam patris. Eccleſ. 3. cap.

Sexto, qui non obediunt in his, quæ pertinent ad patris imperium: ſed proteruè recalcitrant. Et qui tales ſunt Exod. 21. capite, iubẽtur lapidari. Septimò, qui manus uiolentas in parentes inijciunt. Contra
Exo. 21. quos lex diuina Exod. 21. clamat. Qui percuſſerit patrem, morte moriatur. Octauò. Qui parentibus defunctis per ſuffragia non ſubueniunt, nec parẽtũ creditoribus ſatisfacere curant, quum tamen parentes, ut id faciant iniunxerint, & opes, quibus id poſ
6 ſint, abundanter reliquerint.† Cæterum hic animaduertendum, quod parentes non ſunt præferendi Deo, propterea ſi quid preciperent, quod eſſet contra præceptum, aut uerbum Dei, illis non eſt parẽdum, ſed reſpondendum. Obedire magnis oportet Deo, quàm hominibus. Diligendi quidem ſunt parentes, ſed infra Deũ. propterea Chriſtus: Qui amat, inquit, patrem, aut matrem pluſquam me, non eſt me
Mat. 10 dignus. Matth. 10. Et Luc. 14. Si quis uenit ad
Luc. 14. me, & nõ odit patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc & animã ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. De illis parẽtibus hic loquitur, qui filiorum uolunt impedire ſalutem, aut illos in errorẽ attrahere. Oẽs ergo parẽtes ſunt Chriſto poſtponendi, nec audire illos debemus, nec

ſequi,

ſequi, quando ſunt nobis ſcandalo, propterea Chriſtus. Si oculus, inquit, tuus ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te: bonum eſt enim tibi cum uno oculo intrare ad uitam, quàm cum duobus oculis mitti in gehénam. Idem dicit, de manu, & pede: Per quæ membra intelligit parẽtes, amicos, notos, & qui nobis ſunt neceſſarii: quos audire non debemus, quando nos ad malum inducere uolunt: quia melius eſt, ſine patre, aut matre, aut amico, ingredi uitã æternã, quàm cum illis mitti in ignem æternum. Cęterum ubi quę præcipiunt noſtram non impediunt ſalutẽ, ſed honeſta ſunt, ac licita, ad bonos mores pertinentia, illis proculdubio parere oportet.

7 †Et quemadmodum liberi parentibus: ita & iuuenes ſenioribus honorem debent impendere, illis aſſurgendo, cedendo loco, manſuetè loquendo, illos bene monentes audiendo. Mobiliſſima enim eſt iuuentus, & ad uitia propenſa: diuerſis item perturbationum fluctibus agitatur. Eget igitur ductore, qui ad portum recta deducat. Illi ſunt ſenes, qui longo rerum uſu, longaque experientia ſapientiam & prudentiam in agendis conſequuti. Illos igitur audire debent illisque obedire. Imò & ab illis, non à ſuis coætaneis (quemadmodum fecit Roboam Rex) conſilium quærere. Interroga, inquit Moyſes, patrẽ tuũ, & annunciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi. Deuter. 32. Quos quia Rex Roboam audire contẽpſit, peſſimè illi ceſſit. Vnde Sapiens Eccleſiaſtici. 8. Iuuenes optimè monet, dicens: Non te prætereat narratio ſeniorum. Ipſi enim didicerunt a patribus ſuis: quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſſitatis dare reſpõſum. Vtinã hæc bene perpenderẽt, qui maiorũ noſtrorũ inſtituta, & patrũ doctrinã cõtẽnunt, qui ſe illis pferũt in ſciẽtia, & eruditione: & nouas (neſcio quas) doctrinas è ſuo cerebro confictas, tanquam Euangelium, & Dei uerbum rudi ac ſimplici populo proponunt, proficientes in peius ut ait Paulus, errantes, & in errorem mittentes,

Deut. 32
Eccle. 8.

parũ attendentes, quid præcipiat Salomõ in Prouer.
Pro. 22. cap. 22. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Peccant igitur grauiter iuuenes, qui senes, debiles, & defectuosos rident, ac subsannant: digni ultione diuina. Quemadmodum legimus de pueris, qui Helizæum senem, ob caluitiũ irridebant: dicẽtes ascende calue, ascende calue: Sed mox ultio diuina irrisores comprehendit. Nam ursi duo egressi sunt de saltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros: ut scribitur. 4. Regum. 2. capit.

4. Reg. 2

LEVIT. 19.

Vnusquisque patrem suum, & matrem suam timeat.

LEVIT. 20.

Qui maledixerit patri, uel matri, morte moriatur.

DEVTERON. 4.

Honora patrem tuum, & matrem tuam.

Augustinus in uerbis Domini.

Pater & mater si ratione sunt educantes te, si in Christo nutrientes te, audiendi sunt, & in omnibus obtemperandum est eis in omni iussione.

HIERONYMVS.

Super illud. Honora, Meretur cæcitatis subire supplicium, qui parentum uultus toruo uisu despexerit & ætatis oculis læserit pietatem.

HIERONYMVS.

Super illud Matth. 10. Qui amat patrem, Si necessitas uenerit, ut amor parentum siue filiorum, amori Dei comparetur, nec possit utrumque seruari odiũ in suos, pietas in Deum seruanda est.

AMBROSIVS.

Super illud Matth. 19. Honora parentem, Primus gradus pietatis est iste, ut quos auctores tibi uoluit esse Deus, honores obequijs, abstineas contumeliis, nec vultu lædenda est pietas parentum.

CHRI-

CHRYSOSTOMVS.

Super illud Matth. Mulier ecce filius tuus, docet nos Christus usque ad ultimam respirationem parẽtum diligentiam habere.

ARISTOT. 8. TOPIC.

Qui dubitat utrum oporteat deos uenerari, aut parentes honorare, non indiget ratione, sed pœna.

VALERIVS MAXIM. LIB. I.

Iustissimè quadam pari uindicta parẽtum, ac deorum uiolatio expianda est.

PITTACVS.

Noli cõtendere cum parentibus, etiam si iusta dicas, & parentes uenerare.

CLEOBVLVS.

Parentes patientia uince.

Isocrates in oratione ad Dæmonicum.

Talis sis erga parẽtes, qualis utique precatus fueris tuos fore filios erga teipsum.

MAENANDER.

Velis parentes, antè omne in honore habere, & idem. Parentes honora, & beneficio amicos affice.

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

SEPTIMVM THEMA.

DE MAGISTRIS, DOMINIS, *& Matribus familias, & quonam pacto ipsi sese habebũt erga suos discipulos, seruos, liberos, pedissequas, ac ancillas.*

SVMMAE.

1 *Paucis definiuntur nomina magistrorum, dominorum, & matrumfamilias.*

2 *Ex sacra scriptura ostẽditur esse magistros, dominos, &c. quamuis ex uerbis Christi illud uideatur prohiberi, ne sint magistri.*

3 *Quod sit officium magistrorum, ut bene se gerant, erga discipulos.*

4 *Nomina Dominorũ, & ordinatio à Deo, quòd Domini sunt, docetur.*

5 *Quod officium dominorum, ut se bene gerant erga seruos.*

6 *Quod officium matrumfamilias.*

7 *De matribus familias habentibus liberos, & familiam, quomodo uiuant cum suis domesticis.*

De

8 *De Matribus Ecclesiasticis, & quę præsunt in monasteriis, uel simili statu uitæ sine matrimonio, quomodo uiuant cum suis domesticis.*

1 QVod suprà diximus de principibus & dominis temporalibus,& de parentibus,& quo nam pacto illi ad suos subditos: isti erga suos liberos se habere debeant: idem fere iudicium est de magistris,& dominis erga suos discipulos,& seruos, & de matribusfamilias erga suos liberos, & pedissequas.

Verum ut cuncta lucidius declarētur, scire necesse est, qui propriè uocentur magistri, domini, & matresfamilias. Magistri propriè artium sunt præceptores: quamuis etiam ad omnes transferri possint, quibus præcipua rerum cura incumbit. Dicti magistri, quòd magis cæteris possunt, uel quod magis, quàm cæteri, diligentiam rerum quibus præsunt, habere debent. Hinc pagorum, societatum, uicorum, collegiorum, pecorum magistri dicuntur, qui pagis, societatibus, uicis, collegijs, & pecoribus præsunt. Et Magistrum equitum uocant, cui summa potestas est in equites, quem vulgus Gallicum Connestabilem appellat.

Hoc loco magistros intelligi uolumus præceptores, qui sub se discipulos habent, in bonis literis, ac moribus instituendos.

Dominus is propriè dicitur, qui domui præest, & qui domus imperium habet.

Item Dominus uocatur, cui seruitur, & cui populi subsunt.

Materfamilias autem nō necessariò requirit maritum, aut matrimonium.

Nam & uiduę, & uirgines possunt esse matresfamilias. Matremfamilias igitur mores discernunt, non cōditio, neq; status. Illa ergo quæ pēst alicui familię siue matrimonio iuncta, siue uidua, siue uirgo sit, si nō inhonestè sed honestè, & cū dignitate in ea uiuit

2 iure materfamilias appellaſ † aduertēdū insup Christū nō ꝓhibere magistros esse, quādo Matthæi. 23. *Mat.* 23

cap.

ca.dixit discipulis:Ne uocemini magistri,qm̃ unus est magister uester Christus : sed ambitionẽ ipsam, non aũt officium magistri, quod est docere : qui ex adiuncto declarat seipsum,dum ait. Vnus est magister uester Christus,nimirum se esse præcipuum magistrum,& doctorem:sine quo incassum laborãt oẽs magistri,& doctores. Nam ipse solus est , qui intus docet, ac uerè docet. Sic & quod diuus Iacobus ait cap.3.Nolite plures magistri fieri , nõ prohibet his verbis esse magistros,& præceptores: sed sectas prohibet,ac plures fieri in Ecclesia sectarũ professores, ac magistros,queadmodum olim inter philosophos erãt Stoici,Peripatetici, Academici, Pytagorici,Epicurei,&c.Et nunc inter hæreticos Lutherani, Caluiniani,Anabaptistæ,Adamitæ,Libertini,&c. Nã oẽs orthodoxi doctores , & magistri quia idem sentiũt, & idem dicunt, quãtum ad fidem attinet, & mores, non plures,sed unus magister reputantur:quod sub magisterio unius,ac ueri magistri Christi, oẽs se cõtinent. Et tm̃ abest, ut Christus & Iacobus prohibeant,& arceant à Christianismo magistros , & doctores:quum ipse Paulus Ephe.4.cap.dicat Christũ posuisse in Ecclesia non solùm Apostolos, & Euangelistas: sed etiam pastores , & doctores . Quinimò 2.Timoth.1.cap.seipsum prædicatorem, & Apostolum,& magistrũm gentium appellat . †Magistrorũ igitur est,in bonis literis, artibus scientiis,atq; disciplinis suos erudire,atq; ĩstituere discipulos. Et hoc non solùm , uetumetiam in oĩ pietate, & optimis moribus,non minus enim magister bonis exẽplis, quã sana doctrina suos discipulos erudire debet: qa ut ait Aristoteles,magis mouent exẽpla, quàm uerba,& in actionibus humanis minus creditur sermonibus, quàm operibus. Vnde magistri contemnuntur,quum sermones dissonant in operibus sensibiliter,& politicorum septimo idem Arist.docet, quod Iuuenes sunt custodiendi,à magistris, ut nec dicãt, nec audiant aliquod malum,uel turpe:quia & dicere,

Margin: Iacob.3. — Ephe. 4. — 2.Tim.4 — 3 — 10.Ethic

re, & audire aliquid turpium de facili perducit eo, ut quis etiã faciat turpia, & quod de Rectore populi Solon dixit, illud huc transferre possum, Interrogatus Solon qualis debet esse populi rector, rñdit: Populi rector prius se, quàm populũ rectificare debet; alioquin fecerit idem, ac si umbram curuam prius conetur rectificare, quàm uirga curua umbrã faciẽs: recta fiat: ita magister debet seipsum antè omnia rectè gerere, & corrigere uitã. Nam aliàs audiet illud Catonis.

Quæ culpare soles, ea tu ne feceris ipse.
Turpè est doctori, quum culpa redarguit ipsum.

Leo Papa ait: Validiora sunt exempla, quàm uerba, & plenius opere docetur, quàm uoce. Adiungere oportet illud Augustini de pastoribus: Oĩs qui malè uiuit in conspectu eorum, quibus præpositus est, quantũ in ipso est, occidit, & fortè qui inuitat, moritur, qui non iuuitat, uiuit, tñ quantum ad illum attinet, ambo occidunt: & idem de ouibus: Non tm̃ curemur, ut habeamus conscientiam bonã, sed quãtum potest nostra infirmitas, quantũ uigilantia fragilitatis humanæ, curemus nihil etiam facere, quod ueniat in malam suspitionẽ infirmo fratri: certè magister ita se gerat, ne ullius mali suspicionẽ suis discipulis præbeat, mala enim statim radices agũt. Hinc pulchrum est illud Horatii libro tertio Ode. 5.

Hoc cauerat mens prouida Reguli,
Dissentientis conditionibus
Fœdis, & exemplo trahentis,
Perniciem ueniens in æuum
Si non periret immiserabilis
Captiua pubes.

Philippus Macedoniæ Rex industria Epaminũdæ Regis Thebanorum sub optimis magistris educatus fuit, & maximus euasit, huius filius à patre fœlix habet, ꝙ natus est tpe Aristotelis ut eo magistro rectè instituti posset. Verè magnus extitit Alexander benè ab optimis magistris institutus, non tamen,

ut D. Hieronymus, & Quintilianus, multique alij testantur, potuit carere uitijs Leonidis Pędagogi, & magistri sui in moribus, & incessu, ut quæ paruulus in illo uiderat, procliuis est enim malorum æmulatio, & quorum uirtutes aliquis assequi nescit, uitia imitatur. & Seneca ait, plus hoīes oculis q̃ auribus credunt. Longum est enim iter præcepta, breue per exempla. Cleantes enim nunquam Zenonem expressisset, si tantum audiuisset, sed obseruauit illum, ut ex forma uitæ illius uiueret. Qui ergo magistri uolunt honorati, sibi credi, & benè præesse, ac discipulos sibi similes, uel maiores relinquere, debent moribus præcedere. Alioqui, ut Paulus ait, scientia in-
1.Cor. 8. flat. Propterea præceptores, & magistri cauere debẽt, ne iuuentuti proponant aliquas malas artes, aut iure prohibitas. Vt sunt magicæ artes, & huiusmodi: neve poetas impudicos illis prælegant, aut auctores non probatæ fidei, uel ueneno hæreseos infectos.
1.Co. 15 Nam quemadmodum, ut Paulus ait, corrumpunt bonos mores colloquia mala: Ita & poetæ impudici, & auctores hæretici corrumpunt iuuentutem, si iuuenibus prælegantur. Secundò debent illis bonũ præbere exemplum tam in uerbis, quàm in factis.

Tertio illos corrigere debẽt si errent, aut aliquid admittant quod non decet. Verùm in corripiendis, & corrigendis illorum defectibus prudentia utãtur præceptores, ne sua sæuitia ad desperationem adigant iuuentutem: & ne Orbilij potius, quàm magistri dicantur, Ars enim summa est regere iuuenũ ingenia: quæ sæpenumero duci magis, uolunt quàm cogi.

Vnde Horatius plagosum uocat Orbilium, sic.

..memini quæ plagosum mihi paruo
Orbilium dictare, sed emendata uideri,
Pulchraque, & exactis minimum distantia, miror

Potius sequatur consilium Horatii.

Quid uetat? ut pueris olim dant crustula blandi
Doctores, elementa uelint, ut discere prima.

Sicut

Sicut Lucretius docet,

Quòd medentes pueris oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flauoque liquore,
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenus, interea perpotet amarum
Absynthi lasicem, deceptaque non capiatur,
Sed potius tali tactu re creata valescat.

Sic etiam facient præceptores puerorum, ut cum dulcedine quæ amara sunt præcepta, & exempla uitæ, morum, scientiarumq; inculcentur.

4 †Quod de magistris, & præceptoribus dictum est, idem de dominis dicere pôssumus: Nam tametsi, iuxta Philonem, nullus sit natura, & essentia uerè Dominus ex his qui procreati sunt, etiamsi dominiũ, & imperium suum in omnes ultimas terras prætẽderit: sed solus est non falsè Dux & Dominus, qui creator est omnium: tamen id nomen multis communicauit Deus, ut sint & uocentur Domini, hoc est quod Paulus. 1. Cor. 8. cap. uidetur dicere. Nam etsi sint, ait, qui uocentur Dij, siue in cœlo siue in terra (siquidem sunt Dii multi, & Domini multi) nobis tamen unus est Deus pater, ex quo omnia, & nos in illo, & unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Quemadmodnm ergo unus est solus bonus Deus essentia, & natura, qui tamen suam bonitatem aliis communicauit, & adhuc communicat: Ita unus est quidem essentia, & natura Dominus, ut Paulus ad Ephe. ca. 4. scribit: unus Dominus, una fides, unum baptisma. Sed is idem aliis et sub se dominij iurisdictionem, & auctoritatem communicauit, ut alijs præsint, ut seruos habeant, quibus & populi subsint. quandoquidem sine ordine Deus nihil fecit, qui attingit à fine usque ad finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter.

1. Cor. 8

Ephe. 4.

5 †Officium autem dominorum est imperare suis, qui sibi subsunt, & domui cui præsunt: quos de suis uitiis, & defectibus corrigere deberent, admonere, exhortari, minari, atque flagellare illos, qui uerè serui sunt,

ſunt, ſi quid perperam admiſerint. Etenim ſeruis ma lè inſtitutis, & inſipientibus, utilis eſt Dominus for midoloſus. Nam illius indignationes dum metuũt, uel inuiti, metu corriguntur. Sic flagellauit Sara

Gene. 16 Abrahæ coniunx Agar ancillam ſuam Geneſis 16.

Tobiæ 3. capit. Sic Sara filia Raguelis increpauit puellã pro

Prou. 26 culpa ſua. Tobiæ 3. capi. Propterea Salomon Prouer biorum capite 26. Flagellum ait, equo, & chamus aſi no, & uirga dorſo imprudentium. pro dorſo impru dentium alia lectio habet ſeruo inſipienti. Et capi.

Prou. 29 29. eiuſdem libri. Seruus, ſubaudi malus, non poteſt uerbis erudiri: quia quod dicis, intelligit, & reſpon dere contemnit, propterea qui huiuſmodi ſint, caſti gari & flagellari debent. Sicut enim pabulum uirga, & onus aſinum decent: ſic & ſeruum panes, caſtiga tio, & opus, ait Eccleſiaſticus, capit. 33. Et ſicut iu

Eccl. 33 gum, & lorum curuant collum durum, ſic ſeruum in clinant operationes aſſiduæ. Seruo maleuolo tortu ra, & compedes: mitte illum operationem ne uacet, multam enim malitiam docuit ocioſitas. In opera conſtitue eum, ſic enim condecet illum. Quod ſi nõ obaudierit, curua illum compedibus. Verum ſine iu dicio nihil facias graue. Caſtigari etenim debent, ſed cum iudicio, & æquitate. Propterea Exo. 21. ſic ſcribi

Exo. 21. tur, Qui percuſſerit ſeruum ſuum, & ancillam uir ga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. Et poſt pauca, Si quiſpiam percuſſerit oculum ſerui ſui, aut ancillæ, & luſcos eos fecerit, dimittet eos liberos, pro oculo quem eruit. Dentem quoque ſi excuſſerit ſeruo uel ancillæ ſuæ, ſimiliter dimittet eos liberos. Hoc de illis ſeruis dictum puto, qui ue rè ſerui ſunt, uel natiuitate, uel emptione, quos uul gò uocant ſclauos, uel captiuitate, in quos ius om ne Dominus habet: non autem de illis, qui ſe locant ad tempus: aut traduntur Dominis ad ipſorum mi niſterium, quos uulgò famulos, & pediſſequos uoca mus. Nam in tales qui ſunt natura liberi eam non habent poteſtatem eos ſic flagellandi, ſed tantummo

do

do illos à se reiiciendi soluta mercede, nisi fortè sint pueri, ac iuuenes, pedissequi, quos parẽtes nonnunquã principibus in ministeriũ tradũt: quos & uirga aliquãdo flagellare necesse est, ut effrænata iuuentus reprimatur. Sed cũ iudicio, & rõne, quẽadmodũ & præceptores suos castigãt, & flagellãt discipulos, tametsi liberos, nobiles, & ĩgenuos. Cęterũ lex diuina iubet dominos in sua domo uitare omnem atrocitatem, sęuitiam, ac tyrannidẽ, dicens Eccle. 4. Nol esse sicut leo in domo tua: euertens domesticos, & opprimens subiectos tibi. Propterea Paulus ad Ephesios c. 6. adhortans dominos Christianos, sic ait. Et uos Domini remittite minas: scientes quoniam & illorum, scilicet seruorũ, & uester unus est dominus in cœlis. Porrò autem bonos, ac frugi seruos, nulla rõne domini lædere debẽt, aut iniuriã illis inferre: quin potius illos libertate donare, & in oĩbus eis prouidere debẽt de necessariis: sicut Sapiens Ecclesiastici. 7. c. præcipit, dicẽs: Nõ lędas seruũ in ueritate operantẽ, neq; mercenariũ dantẽ animã suã. Seruus sensatus sit tibi dilectus, quasi anima tua: non defraudes illum libertate, neq; inopẽ derelinquas illum. Caueant etiam Domini ne fraudent seruos locatitios sua mercede, quemadmodum solent nonnulli: quod graue peccatũ est, haud leuius quàm operariorum, mercedẽ debitam retinere. Vnus Centurio illustris capitaneus omnes docet Dominos qualiter sese erga seruos gerere debẽt. Nam quum haberet seruum paralyticũ, non illũ è domo sua eijcit, sed curã eius egit, nec quieuit donec à Domino Iesu Christo impetrasset ipsius sanitatẽ. & si uerũ est dictũ Pauli. 1. Corint. 3. Vnusquisque autem propriam mercedẽ accipiet secundũ suum laborem, & Luc. 10. Dignus est enim operarius mercede sua, ergo rectè quoque scripsit D. Gregorius Maximiano Syracusano Episcopo: Iustum nanque est, ut illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequiũ, & certè Dñs cõductitio seruo

Eccl. 4.
Ephe. 6.
Eccle. 7
Matth. 8
1. Cor. 3
Luc. 10

liberaliter debet suam persoluere mercedem, & curã eius non abiicere: quoniam canes quoque colligũt micas, quæ cadunt de mensa Domini, & scriptum est: Boui trituranti non obligabis os suum. At serui longè pretiosiores sunt bobus. Legitur enim sic Ecclesiastici. 33. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua. Audiamus, quo in honore Domino Seneca præcipiat seruos esse habendos. sic enim alloquens Imperatorem scribit: Cum seruis familiariter uiuere decet prudentiam tuam, sunt enim serui? sed ui sunt? imò homines, serui sunt? imò contubernales, serui sunt? imò humiles amici: serui sunt? imò conserui. Si cogitaueris in utroque tantundem licere fortunæ. Itaque rideo istos, qui turpe putant cum seruo cœnare. Quare nisi superbissima consuetudine cœnandi, Domino astantium seruorum turba circuncingit, maiestatis suę diminutionem putat ad eandem mensam cum seruo accedere. Et paulo post. Si uis tu, cogita istum, quem seruum dicis, ex eisdem tecum seminibus ortum, eodem cibo frui, æquè spirare, æquè mori? noli ergo de usu seruorum disputare, in quo superbissimi, & auarissimi, & crudelissimi sumus. Hæc tamen pręcepti mei summa est, ut sic cũ infimo uiuas, quemadmodum superiorem tecum uiuere uelles, & Cato ait.

Cum fueris seruos proprios mercatus in usus,
Et seruos dicas, homines tamen esse memento.

Rursus Seneca monet: Nescis qua ætate Hecuba seruire cepit, qua Darij mater qua Plato, qua Diogenes? uiue cum seruo clementer, uiue comiter, in sermonem istum admitte, in consilium, in conuictum. Hic adde illud Catonis quoque.

Seruorum ob culpam cùm te dolor vrget in iram,
Ipse tibi moderare, tuis ut parcere possis.

6 Et hæc de Dominis. † Quantum attinet ad matresfamilias: si liberos habeant, & maritum: opus est ut adimpleant quod Raguel, & Anna Saræ suæ fi-
Tob. 10. liæ præceperunt, uidelicet honorare soceros, dilige-

re maritum, regere familiam, gubernare domum, & seipsum irreprehensibiles exhibere: Et hoc ultimum præcipuum est omnibus matribusfamilias, cuiuscunque conditionis, & gradus extiterint. Nam si reprehensibiles sint, qua fronte audebunt familiam reprehendere: quando in ipsas retorqueri possit id ipsum uitium? Sic & paulus ad Titũ monet, ut Anus (quæ sunt uelut matresfamiliæ) bene doceãt familiã suam: & adolescentulas ut uiros suos amẽt, filios diligant, ut sint castæ, sobriæ, prudentes, benignæ, ut domus curam habeant, & subditæ sint uiris suis. Tit. 2

7 †Matresfamilias itaq;, quæ liberos habent, & familiam, debent illorũ curã habere. Nam (ut paulus ait: 1. Timo. 5.) qui suorum & maximè domesticorũ curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Dẽt ergo curare, ut bene instruantur in omni pietate, & honestis moribus, ne iurẽt, ne mẽtiantur, ne litigent, ne furẽtur. Contineãt præcipue suas filias, & ancillas siue pedissequas, ne ociosæ, & curiosæ discurrant per domos, & plateas: & ne quid agant, quo dedecus aut scandalum, sibi ac domui suæ contingere possit: illas contineãt domi: raro uel nunquã ad spectacula prodeãt: & caueãt ut seclusis arbitris, cũ uiris maximè suspectis, & parũ notis nimis sint familiares in colloquiis. 1. Tim. 5

8 †Quæ aũt matrimonio iũctæ nõ sunt, nec fuerũt, ut sunt abbatissæ, priorissæ, & aliæ, præter curã Domus, & bonorũ tẽporaliũ, quibus ad luxũ abuti non licet: ita se gerere debẽt, ac honeste uiuere, ut neminẽ scãdalisent: Deinde oẽs monere, adhortari, corripere, & in corripiẽdo nullius personã accipere. Imitentur exẽplũ Annæ prophetissæ uiduæ Phanuelis: de qua habetur Lu. 2. qđ nunq̃ à tẽplo aberat, in ieiunijs, & orationibus seruiẽs noctesq; diesq;: respiciẽt ad illas Sibyllas antiquas, quæ uitæ integritate, doctrina, & scriptis, nõ solũ fœminas, sed ẽt uiros in pietatis officio cõtinebãt. Helenus Sacerdos mãdat apud Virgiliũ Aeneæ ut Sibyllã audiat, sic canens. Luc. 2.

Quæcunque in folijs descripsit carmina Virgo,
Digerit in numerum, atq; antro seclusa relinquit.
& mox.
Quin adeas vatem, precibusq; oracula poscas,
Ipsa canat, uocemq; uolens, atque ora resoluat.
Illa tibi Italiæ populos, uenturaque bella,
Et quo quemque modo fugiasque, ferasque laborem
Expediet, cursusque dabit uenerata secundos.

Proponant quoque sibi historiam Iudithæ Hebraicę fœminæ, quæ patriã Bethuliam ab obsidione Holofernica liberauit, prudẽtia & fortitudine. nec desint Reip. Nã legimus Rom. Matronas patriã ab hoste sua pietate seruasse, & Punicis bellis aurum & argentũ contribuisse ad stipendiũ soluendũ militib. pro Reip. defensione. Et sicut summo amore prosequãtur suã Remp. & sint tanquam Vestales, in eas: ita domi suæ benignè se gerant erga filios, & nepotes, ergà famulas, seruas, & ministeria, ut sciant se esse famularum sorores in Deo patre, & Domino Iesu, & exemplo Monicæ matris diui Augustini.

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

Genes.	40.c.d.	Psal.	101.b.
	41.b.	Prouerb.	5.c.
	47.b.		29.c.d
Exodi.	1.b.	Ecclesias.	12.d.
Leuit.	19.c.	Eccli.	4.d.
Num.	11.d.		7.c.
Deute.	24.c.		33.d.
Iosue.	23.a.		34.d.
	24.a.	Matth.	8.c.
2. Reg.	19.c.		10.c.
Esaię.	50.b.		12.c.
Daniel.	2.g.	Lucæ.	6.f.
Malach.	2 g.		12.f.
Tobiæ	4.c.		19.f.

Ioann.

Ioan.	2.c.	2. Timoth.	4.a.
	3.d.	Hebræ.	5.c.
	13.b	Iacobi.	3.a.
Ephe.	6.a.	2. Petri.	2.a.
Colos.	3.d.		

OCTAVVM THEMA.

QVOMODO SESE HABEBunt ministri, scilicet serui, seruæ, pedissequæ, & ancillæ in seruitio suorum magistrorum, dominorum, aut dominarum.

SVMMAE.

1 *Serui respectus est correlatiuus ad Dominum, sicut & ministrorum, ancillarum, &c.*

2 *De Origine seruorum.*

3 *Baptismus non liberat à conditione seruili.*

4 *De officio famulorum, seruorum, ancillarum, pedissequarum. Primò quod debent honorem, & obedientiam suis, quibus subsunt.*

5 *Etiam dominis difficilibus, morosis, obedire oportet, modo non præcipiant contraria Deo, tametsi Domini iniquiores non statim recompensent.*

6 *Duplex ratio seruorum distinguitur.*

7 *Quomodo serui efficiant, ut in seruitute ipsa, liberi sint.*

1 QVum nemo seruus esse possit, †aut ancilla, nisi Dominum habeat, aut Dominã cui seruiat, necesse est ut Dominus, & seruus, domina, & ancilla ueluti relatiuè se habeant. Posteaquam igitur superius de dominis diximus, non abs re erit, si pauca de seruis, & ancillis dicamus, atque doceamus quo pacto erga suas dominos se habere debeant. Sed priusquã id fiat, scire oportet quod pedissequus, & pedissequa: famulus, & famulas, dicit qui & quæ,

2 dominum & dominam sequitur. † Porrò autem de

 seruis

seruis diuus Augustinus lib. 19. De ciuitate Dei, dicit quod origo uocabuli seruorum inde creditur ducta, quod hi qui iure belli possent occidi, à uictoribus conseruabantur: & serui fiebant, à seruando appellari. Et est seruus propriè, qui Domino alieno cōtra naturam, iuris constitutione subiicitur. Famulus idem est quod seruus nisi quod seruus etiam inuitus seruire cogitur, famulus autem etiam sua sponte ad seruiendum se offert, & operam suam elocat. Similiter aduertendum quod seruitus à peccato fit. Nam si nullum fuisset peccatū, nulla seruitus fuisset. Propterea bene dixit S. Petrus, A quo quis superatus est, eius & seruus est: Et Christus. Qui facit peccatū seruus est peccati, Ioan. 8. cap. Cham qui patrem irri-
3. Pe. 2. sit, primus accepit in filio, & generatione sua maledictionem, dicente patre suo Noe, maledictus puer
Ioan. 8. Chaanam seruus seruorum erit fratribus suis. Gen. 9. ca. † Porrò autem Christianismus siue baptismus
3 non tollit, neque mutat conditionem. Nam si quem reperit baptismus seruum, non liberat eum à seruili
Gene. 9. sua conditione, sed in illa eum relinquit. propterea Paulus. 1. Corinthiorum 7. capite. Vnusquisque in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat. Seruus uocatus es, non sit tibi curæ: sed si potes fieri liber,
1. Co. 7. magis utere. Qui. n. in Domino uocatus est seruus, libertus est Domini: Similiter qui liber uocatus est, seruus est Christi. Quod quia uerum est, sciens Paulus Onesimum Philemonis seruum fugitiuum & furē, postquam Romæ ad fidem conuertisset, ac baptizasset, nō secū retinuit, neq; à cōditionali, seruitute absoluit sed dño suo Philemoni remisit cū literis cōmēdatitiis ut illi uidelicet noxā cōdonaret, & illū, ut fratrē in Dño reciperet, seipsum pro Onesimo fideiussorē suo syngrapho obligans ad restituendū quicquid ille à Domino furtim sustulisset. † Itaque hi
4 qui uulgò famuli, & famulæ uocantur, uel serui, & ancillæ, & se in alicuius Domini, uel Dominæ ministerio siue seruitio locarunt, uel addixerunt: quan-

diu

diu ſunt in miniſterio, & ſeruitio illorum, debent
quemadmodum & ſerui illis honorem debitum, ac
reuerentiam: debent & illis parere, & obedire in om
nibus licitis & honeſtis. Debent illos ſyncero affe-
ctu diligere, illis cum omni reuerentia inſeruire, &
miniſtrare: de illis bene loqui, illos defendere, illorũ
bona non ſurripere, neque aliis prodigere, ſed illa
fideliter ſeruare & cuſtodire. Hinc Paulus ad Ephe-
ſios cap. 6. Serui obedite, inquit, Dominis carnali- *Ephe. 6.*
bus cũ timore, & tremore, in ſimplicitate cordis ue-
ſtri, ſicut Chriſto, non ad oculũ ſeruientes, quaſi ho
minibus placentes, ſed ut ſerui Chriſti: facientes uo
luntatem Dei ex animo, cum bona uoluntate ſeruiẽ
tes, ſicut Domino, non & hominibus: ſciẽtes quo
niã unuſquiſque, quodcunque fecerit bonum, hoc
recipiet à Domino ſiue ſeruus, ſiue liber. Idem ha-
bet ad Coloſſenſes. 3. capite. Nec refert, ſi ſint mali *Coloſ. 3.*
aut infideles Domini: modo nihil præcipiãt, quod
ſit contra fidem, aut bonos mores, illis parendum
eſt: Sic dicẽte Petro cap. 2. prioris epiſtolæ. Serui ſub *1. Pe. 2.*
diti eſtote in omni timore Dominis, non tantum
bonis, modeſtis, ſed etiam diſcolis. Et ad Tit. 2. capi *ad Ti. 2*
te. Præcipe (inquit Paulus) ſeruos dominis ſuis ſub-
ditos eſſe, in omnibus placentes, non contradicen-
tes, non fraudantes, ſed in omnibus fidem bonam
5 oſtendentes. † Huiuſmodi ſeruos Chriſtus aſſerit
beatos, & omni laude, magnoque pręmio dignos. *Luc. 12.*
Sic enim loquitur apud Lucam cap. 12. Beatus ille
ſeruus, quem cum uenerit Dominus inuenerit ita fa
cientem. Amen dico uobis, quoniam ſuper omnia, *Ma. 25.*
quę poſſidet, conſtituet eum. Et Matthæi 25. c. Euge
ſerue bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis,
ſupra multa te cõſtituã. intra in gaudiũ domini tui.
Et quamuis hęc ad Dei ſeruitutem ſint referenda:
nihilo ſecius à bonis, & frugi ſeruis accepit Chri-
ſtus ſimilitudinẽ, qui apud Dominos ſuos ſunt lau
de, ac pmio digni: quo ſi defraudẽtur, attamẽ apud
Dominum Deum ſuo non carebunt præmio, ſic di-

 cente

cente Paulo, ut suprà notatum est. Vnusquisq; quodcunque fecerit bonum hoc recipiet à Domino; siue seruus, siue liber. Contrà malus seruus, & proteruus omni uituperio, & pœna dignus est. Sic dicente do-
Luc. 12. mino Luc. 12. capite. Si dixerit seruus in corde suo, Moram faciet Dominus meus uenire, & ceperit percutere seruos, & ancillas: & edere & bibere, & inebriari: ueniet Dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemq; eius cum infidelibus ponet: Iste autem seruus qui cognouit uoluntatem Domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundùm uoluntatem eius, uapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit di-
6 gna plagis, uapulabit paucis. †Ex his ergo, quæ dicta sunt, apparet esse duplices seruos, bonos, & malos: Boni ad Dei gloriam promptè seruiunt, ut meliorem à Domino consequantur libertatem: quibus iucundum est audire, si quid admirabile de Dominis narratur. Contra malorum seruorum illud est proprium, ut heros suos reiiciant, & Domino resistant & liberos secum seruos reddant. Mali enim serui est Dominum arridentem colere, obiurgantem autem, & castigantem malum putare. Maximũ igitur est serui encomium, nihil eorum quæ præscripserit ei Dominus contẽnere, sed impigrè, & industriè supra uires diligenter omnia curare, ut bono consilio absoluat, & rectè administret, quæ sui sunt Domini, atque adeo mali serui sunt, ut etiam homines, qui serui non sunt, si tamen mali sunt, qui faciunt
Ioann. 8. peccatũ, uere sunt serui. eos Ioannes c. 8. seruos peccati uocat. Cicero in paradoxis etiam Reges malos uocat seruos: sic enim scripsit: Quis neget, licèt Reges, omnes leues, omnes perfidos, omnes denique improbos esse seruos. an ille liber mihi uidetur, cui mulier imperat, leges imponit, præscribit, uetat, iubet quod uidetur, qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audet, si poscat, dandũ est, si uocat ueniendum est, elicit abeundum est, minatur extimescendum:

miscendum: Ego uerò non iustum modò seruum, sed nequissimum seruum etiam si in amplissima familia natus sit, appellandum puto. An est eorum seruitus dubia, qui peculii cupiditate nullam cōditionem recusant durissimæ seruitutis, hæreditatis spe? quid iniquitatis in seruiendo non suscipit, quem nutum locupletis orbi senis non obseruat loquitur ad eius uoluntatem, quicquid denunciatum sit, facit, assentatur, assidet, inuitat. quid horum est liberi, quid denique serui non inertis? quid iam illa cupiditas (quæ uidetur esse liberalior) honoris, & imperii, prouinciarum, quàm dura est domina? quàm imperiosa? quàm uehemens? iudex uerò quantum habet dominatum? quo timore nocentes afficit an nō est omnis metus, seruitus omnis? an debilitas, & humilis & fracti timiditas seruitus est? Hæc ille satis docēs, quod omnis malus seruus est. Vnde Ambrosius sic ait libro de Vita Beata. Seruit quicunque uel metu frangitur, uel delectatione irretitur, uel cupiditatibus ducitur, uel indignatione exasperatur, uel mœrore deiicitur: Seruilis est. n. omnis passio. Hinc pulchrè dixit diuus Augustinus libr. 4. de Ciuitate Dei. Bonus etiam si seruiat, liber est: malus autem etiamsi regnet, seruus est. Nec est unius hominis, sed quod grauius est, tot dominorum quot uitiorū. Et diuus Hieronymus ad Simplicianum. Est sapienti, ait, seruire libertas. Ex quo colligitur quòd stulto imperare seruitus est, & quod peius est, cum paucioribus præsit, pluribus dominis, & grauioribus seruit. Seruit enim propriis passionibus, seruit suis cupiditatibus, quarum dominatio nec noctu, nec die fugari potest: Quia intra se dominos habet intra se seruitium patitur intolerabile. Vnde patet quòd serui etiam conditione uitę suæ si honestè degant, sint liberi reuera.

7 †Et quicunque aliis seruiunt debent seruire liberaliter, sic enim continget illis libertas. Audiant apud Terentiū dicentē Simonē ad Sosiam. Propterea quod seruiebas liberaliter, pretiū

quod

quod habui summum persolui tibi, feci è seruo libertus ut esses mihi si uerò serui sunt, & adhuc malè seruiunt, adhuc maligni existunt, non mirentur, quod cum Dauo Terẽtiano in ergastulum coniiciũtur, & uinciuntur, cæduntur non uerbis, sed uerberibus teguntur, in pistrino desudare coguntur: quia ipsorũ iniquitas hoc expostulat. Et D. Augustinus ait lib. 20. de Ciuitate Dei, quod conditio seruitutis iure intelligitur imposita peccatori: Et quò quis maior peccator, tanto grauiorem facit sibi seruitutem. Adde huc quæ diuus Gregorius in Registro scripsit, Liquet ꝙ omnes homines natura æquales genuit, sed uariãte meritorum ordine, alios aliis culpa præponit, ipsa quidem diuersitas, quæ accessit ex uitio, dispensatur diuino iudicio, ut quia omnis homo æquè stare nõ ualet, alter regatur ab altero. Studeat ergo qui seruus est, ut fiat sine culpa, ut stare possit per se, nec opus habeat regi ab altero, summa ut fiet bonus, cogitet illud Iuuenalis.

Monstro quod ipse tibi possis dare, semita certè
Tranquillæ per uirtutem patet unica uitæ.

Tum meditetur illud Ouidij.

Vtile propositum sæuas extinguere flammas,
Nec seruum uitiis pectus habere suum.

Plurimi uerò maximi Viri, & doctissimi, quum corpore liberi essent, sese in seruitutem corporis cõiecerunt, ut animo essent liberiores, ut magis uirtutibus exercitati bonitatem obtinerent. Cõstat hoc de Diogene, de Platone, de Epicteto, de Plauto, & multis aliis. Hi etiam in durissima seruitute summè tamen liberi fuere, quia boni: & quandocunq; placuit libertate donati sunt. Ideo Horatius patrẽ suũ commendat, quum ait.

Quem rodunt omnes libertino patre natum,
Nunc ad me redeo, libertino patre natum.

Nam & ille seruus propter uirtutes libertate donatus est. Sed qui ad uitia redit, se in seruitutem rur-

ſus coniicit,ſicut Horatius canit.

Quæres quando iterum paueas iterumq; perire
Poſſis, ò toties ſeruus, quæ bellua ruptis
Cum ſemel effugit, reddit ſe praua cathenis.

Hinc apud Iureconſ. Serui caput nõ habẽt, quia ratione,& uirtute non utuntur: ſtatum non habẽt, uti non poſſunt. qui igitur ſeruitute preſſi ſunt, ſi boni ſunt,& ratione ac uirtute prædıti, hoc eſt, ſi caput habent, ſtatum habent, etiamſi uidentur ſerui, liberi tamen ſunt. Suadeo igitur omnibus ſeruis tã natis, quàm factis: tam ordinariis, quàm uicariis: tam uernis, quàm ueteranis: tam Curatoribus, quàm operariis: tàm Chirurgis, quàm Hedræis, id eſt, Sedẽtariis & Banauſis: tam platibus, quã Thetibus,& Thyaſis: tam Ephormiotis, quàm Amphamiotis,& Chryſonetis: tam Hilotis, quàm peneſtis & Dulis: tam Apolidibus, Inſulariis, Salitugerulis, Meſauliis, Mediaſtinis, Meſonautis, ſymbolis & lorariis: quàm icetis, literatis ſeruis, Saccul ariis, directariis,& ſimilibus, ut pręceptum Pauli teneant & ſequãtur: Serui obedite dominis carnalibus per omnia, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed in ſimplicitate cordis timentes Dominũ, & Petrus ait. Serui ſubditi eſtote Dominis in omni timore Domini. Quid nomine timoris accipitur, niſi ut ſerui reuereantur Dominos, & obediãt illis, & uirtutes addiſcant? Nam principum ſapientiæ, eſt timor Domini: ſi uelint eſſe liberi, diſcant timere. Prius rectè ſeruiant, ubi bęnè præſunt. Nemo bonus Imperator, niſi qui bonus ſtipendiarius. Nemo bonus Dominus, niſi fidelis ſeruus prius fuit. Nemo bona domina, niſi prius honeſta pediſſequa, uel famula, uel ſerua fuit. Primò ergo ſerui diſcant timere, oſtendere timorem, ut digni iudicentur libertate. Nam qui non timet,& liber factus eſt, ſeruus fit omnibus uitiis,& omnia perturbat, ſeq; præcipitat in uaria mala. Sicut ergo ſerui, ita & ancillæ, & uernæ timeant in Domino ſuas matronas, ſuas dominas.

Coloſ. 3

Et

Et certè rectè Mænander dixit, Beatus, qui beatis in seruit: &, Quàm suaue est seruo bonum Dominum nancisci. Hoc autem diligentia & timor serui præstiterit, quoniam mali serui sæpe faciunt dominos bonos esse malos, ita boni serui ex malis bonos faciũt dominos. In genere itaque illud Claudiani addam.

Si metuis, si praua cupis, si duceris ira,
Seruitij patiere iugum, tollerabilis iniquas
Interius leges. tunc omnia iure tenebis
Si poteris Rex esse tui.

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

Pro-

NONVM THEMA.

DE VIRIS CONIVGATIS

siue in coniugio constitutis. Et quo pacto ipsi sese gerant erga suas Vxores.

SVMMAE.

Definitio Matrimonij.
Matrimonium à Deo institutum est.
Matrimonium ex Natura suam originem habet.

Matri-

4 *Matrimonij Sacramentum mirabile.*
5 *Matrimonium indissolubile.*
6 *De diuortio, & quanta diligentia Ecclesiæ Catholicę caueatur, ne matrimonium dissoluatur.*
7 *De legibus in matrimonio seruandis, de officio uiri quatenus maritus ut sit caput mulieris.*
8 *Quod maritus debet diligere uxorem suam.*
9 *Mariti est infirmitates, fragilitatem, sustinere & uxorē protegere, ac debite honorare.*
10 *Quantumuis prudentissimæ uxori, non omnem tamen potestatem gubernationis familiæ maritus credat.*
11 *Anacæphaleosis eorum, quæ maritus debet præstare uxori.*

1 QVum de maritis, quid alter alteri debeat in cōiugio, docere decreuimus, operæprecium duxi prius scire quid sit matrimoniū. Est enim matrimonium, ut aiunt Canones & Doctores, Maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam uitæ cōsuetudinem retinēs. 27. quæstio. 2. §. 1. & l. 1. §. ius naturale. ff. de iustit. & iur. Matrimonium per sponsalia initiatur: in consensu animorum per uerba de præsenti expresse ratificatur: & per copulam carnalem consummatur.

27. q. 2.

2 † Matrimonium à Deo institutum esse testatur scriptura utriusque testamenti. Nam Gen. 2. cap. scribitur, quod Deus formauerit mulierem de costa uiri: quam ille primus homo mox agnouit sibi datam in sociam & adiutorium propagationis humanæ, addens matrimonium ita esse indissolubile, ut uir potius parentes relinquere debeat, quàm uxorem. Propterea, inquit, relinquet homo patrem, & matrē, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Quam sententiam exponens Christus Mat. 9. Quos ergo, ait, Deus coniunxit, homo nō separet: per quę quidem satis innuitur, matrimonium primò à Deo esse institutum in paradiso deliciarum in statu innocentiæ, Genes. 2. cap. Deinde indissolubile ritè contractum.

Genes. 2.
Matt. 19
Mar. 10
Luc. 16.
c. Inter corporalia, ī pri. 7. de trāslat. Episc. c. quos Deus 33 q. 2.

tractum.

3 †Plato autem lib. 1. de legibus à natura esse matrimonium, & ex naturæ instituto manare demõstrat. Coniunctio, inquit, maris & fœminæ legitima, naturalisq; est, utpote à natura ad liberorum procreationem concessa. Etenim ipsius animæ communis quædam potestas est, cuius participatione, & uirtute etiam connectuntur uniuersæ animantes. Ea est autem uis, facultasq; naturalis dicta physicis, quæ cõsistit in generatione, auctione, nutritione, ex fonte enim eo uita prorogatur. Siquidem natura intendit, & omnium operum naturalium maximè naturale est sibi simile procreare, tum augere, & denique illud nutrire. Sed enim compar sibi progignere ferè scopum habet aliorum. Adeo uerò cunctis uiuẽtibus naturæ modum nõ egressis, perpetuum id est, nisi sponte nascentia, quis obiiciat. Alioqui naturæ necessitas dictitat, quale ipsum est unumquodq; producere: nititur enim summis uiribus insita cuique potestas, ut se ad effigiem quandam, & imaginem immortalitatis componat, eoque modo diuinitatem quantum potest accipiat, ut quoniam idem numero animal corruptioni obnoxium nequit perseuerare, ortum uicario mortalitati quatenus fieri potest, & ratio patitur, adminiculetur, ac uelut tibicinibus perfultam ab interitu uennicet. Hinc Guarinus canit.

Fœmina masque genus nullo monstrante reponunt.

Cicero. 1. officiorum Coniugium uocat principium urbis, & quasi seminarium Reipub. Aristoteles necessitatem matrimonii multis locis quoq; demonstrat. Primò œconomicorum sic ait. Natura fecit unũ animalium coniugalium forte, scilicet masculum, ut uindicet præ fortitudine illatã sibi suisq; iniuriam: aliud scilicet fragile fœminam, ut magis se custodiat præ timore. Quia uerò illi Philosophi sacramentum matrimonij ignorabant, hinc uaria de ipso tradiderunt, cogitandum est tamen nobis, Eth

nicos

nicos ad uirtutem huius prope acceſſiſſe ui naturæ. Nam ut eſt apud Aulum Gellium li. 1. Nocti. Atticarũ in oratione Marcelli. Si ſine uxore, inquit, poſſemus Quirites eſſe omnes, ea moleſtia careremus: ſed quoniam natura ita tradidit, ut nec cum illis ſatis commode, nec ſine illis ullo modo uiui poſſit, ſaluti perpetuæ potius, quàm breui uoluptati conſulẽdum eſt. Proinde à Deo inſtitutum, lege naturæ, & 4 neceſſitate confirmatum eſt †matrimonium, ut terra repleatur, ut ſpecies humana cõſeruetur, ut enim aurea res rutilans uirginitas paradiſum tenet & ornat: ita matrimoninm, quod Paulus honorabile dixit, res eſt argentea fulgens in terra ipſam terrã poſſidet, replet, amplificat, & decore ſummo afficit. Mirãdum hoc eſt in matrimonio, quod ipſam uirginitatem ex ſe producat, quum uirginitatis impedimentum uideri poſſit. Sed quia eſt in Eccleſia Dei ſacramẽtum, & honeſtũ in terra, & perpetuũ uirginitatis germen in paradiſo perennem gratiam obtinet. Solus Deus in paradiſo Virginem Adamum & Euã conſtituit, extra Paradiſum legitimo cõnubio Adã & Eua filios & filias procreauerunt, & ratione matrimonij Virgines ꝑpetua uirginitate celebres hinc utroq; in ſexu natæ ſunt plurimæ, quas inter diua Virgo palmas primas, primasq; coronas geſtat, etiã quum matrimonio iuncta fuerit. Adeo neceſſarium eſt hoc myſterium, ut ſicut ſine eo Chriſtus naſci noluit, & tamen ex Virgine uoluit: ita ſine eo Eccleſia Chriſti ſubſiſtere nequit, & tamen in uirginitate permanet. Quandoquidem rectè Paulus ait, reliquum eſt, ut qui uxores habent, ſint tanquam non habentes, Et qui Virginem ſeruat, bene facit. Eſt & hoc arcanum in matrimonio, quod indiſſolubile, in ſocietate mercaturæ diſſoluenda, quiſque refert ſuam partem: in ſocietate coniugii diſſoluenda ſi repetat maritus ſuam, & uxor ſuam partem, quid erunt liberi? partes diuulſæ, laceræ, & nihil. Ipſa natura & communis experientia dictitat indiſſolubile eſſe matrimonium.

Heb. 13.

1. *Cor.* 7.

monium. Quia si dissoluatur matrimonium dissoluuntur liberi: si liberi diuidi per partes, ut eorum una pars ex matre sumpta matri, altera ex patre reddatur patri, exemplo Salomonis uolentis puerum diuidi, ut dimidia pars uni, & dimidia alteri litis componendæ causa daretur non possunt sine interitu humani generis. ergo nullo modo potest, aut debet naturaliter connubium dissolui. Deus coniūxit: quare una caro uel actu potētiave: quia unū corpus in filiis uel genitis, uel procreandis. Hanc Dei ordinationem, & naturæ uim præ omnibus generibus mortaliū Germanos & olim intellexisse, ac obseruasse proditum est, & hodie compertum seruari. Cornelius Tacitus scribit sic: Quanquam seuera illis matrimonia: nec ullam morū partem magis laudaueris. nam soli Barbarorum singulis uxoribus cōtenti sunt, ipsis incipientis matrimonii auspiciis uxor monetur, uenire se laborum, periculorumq; sociam, idem in pace, idem in prælio ausuram passurāque. Hoc iuncti boues hoc paratus equus, hoc iuncta arma denunciant. Sic uiuendum, sic pereundum accipere se, quæ liberis inuiolata, ac digna reddat, quæ nurus accipiant, rursus, quæ ad nepotes referātur. Ergo septa pudicitiæ agunt, nullis spectaculorū illecebris, nullis conuiuiorum irritationibus corrupta. Literatorū secreta uiri pariter, ac fœminæ ignorant: paucissima in tam numerosa gente adulteria & præsens pœna. Sic unum accipiunt maritum, quomodo unum corpus, unamque uitam. nec ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum, sed tanquam matrimonium ament. numerum liberorum finire, aut quenquam ex agnatis necare flagitium habetur, plusquam ibi boni mores ualent quam alibi bonæ leges. Sic apud Germanos ducitur uxor, cum qua senescendum, neque secedere, neque sociare alii & ne post obitum quidem permittitur. Nō possū nō incredibiliter laudare Germanos,

c. afferte extra. De præsupt.
Pro. 26.

quum hanc eorum consydero uirtutem naturalem, quam ipsi perfectam, alii partim legibus, partim institutis, & adhuc laceram habuere. Nam primi Romani indissolubilia uoluerũt matrimonia. Lucius Antonius à Censoribus notatus, & Senatu motus est, quod quam in matrimonium duxerat, repudiasset. Tyberius Cæsar Quæstorem gradu deiecit, quod quam coniugem duxerat, tertia post die repudiasset, Et Paulo Aemilio datum est summo probro, quod Papyriam uxorem repudiasset. ipsa natura quoque punit (Deo ita uolente) eos qui uxores repudiant. Nam Marcus Lepidus postquam cum Apuleia uxore diuortium fecisset, desiderio eius in Tabem protinus incidit, & extinctus est. Imò quoq; Deus punit eos, & quotquot datam matrimonij fidem fallunt, eamùe negant. Hinc morbi gallici, & similes lues, quibus plurimi passim affliguntur. Primò Romani nullum repudium admisere nisi sterilitatis causa, qa nulli liberi, nulla pignorum, id est, filiorum facienda diuisio. Post annum urbis conditæ quingentesimum tricesimum tertiũ primus publius Caruilius Ruga cum sterili uxore propter hoc corporis uitiũ diuortium fecit. Non sine uituperio postea inundãtibus sceleribus minori de causa fiebat diuortium. Et Moyses propter duritiem cordis Iudæorum id concessit, non aliàs fieri debuit. Lege Solonis apud Athenienses prohibebatur diuortium: aut si fieret, dotem reddebat, & mulctam diuortens. Sed quæso Solon quid si liberi fuissent, quomodo hi forma iustitiæ fuerunt distribuẽdi? Itaq; postea nemini apud Atheniẽses licuit dissoluere matrimonium, nisi magistratus causam probasset: Quare nihil mirum si in ecclesia Christi, Ecclesiastici magistratus huic curæ p̃sideant, nec matrimoniũ dissoluũt, nisi hæc interueniãt impedimenta, uersibus paucis cõprehẽsa.

Error, conditio uotum, cognatio, crimen
Cultus disparitas, uis, ordo, ligamen, honestas,

Si sis affinis, si fortè coire nequibis.

Hæc socianda uetant, connubia facta retractant.

Socrates morosissimam habuit uxorem Xantippã, noluit tamen eam alienare. Quãto cautius Christiani agent de matrimonio, ut hoc colant, contrahant, contractum uenerabile obseruent, nullo pacto dissoluant, nisi mors ipsa rumpat. unde haud pauca in improbitatem mortis scripta extant Epigrammata, cuius generis est illud, quod Romæ habetur Epitaphium dignum spectatu in marmore celebri Cæsianis Illustrissimi, & Reuerendissimi Cardinalis de Cæsis Hortis, & dignum memoria. Itaq; illud appingam.

ATIMETVS PAMPHII:
TYB. CAESARIS AVGVST. L. L.
ANTEROTIANVS SIBI ET
CLAVDIAE HOMONOAEAE
CONLIBERTAE ET
CONTVBERNALI.

Si pensare animas sinerent crudelia fata,
Et posset redimi morte aliena salus,
Quantulacunque meæ debentur tempora uitæ:
Pensassem pro te charo Homonæa libens,
At nunc quod possum, fugiam lucemq́ue deosq́ue:
Vt te matura per Styga morte sequar.
Parce tuam coniunx fletu quassare iuuentam,
Fataq́ue mœrendo sollicitare mea.
Nil prosunt lachrymæ, nec possunt fata moueri.
Viximus, hic omnes exitus unus habet.
Parce ita nonnunquam similem expiare dolorem,
Et faueant uotis numina cuncta tuis.
Quodq́ue mihi eripuit mors immatura iuuentæ,
Id tibi uicturo porriget ulterius.
Tu qui secura procedis mente, parumper
Siste gradum quæso, uerbaq́ue pauca lege:

Illa ego quæ claris fueram prælata puellis,
Hoc Homononæa breui condita sum tumulo.
Cui formam Paphiæ Charites tribuere decoram,
Quam Pallas cunctis artibus erudijt.
Nondum bis denos ætas mea uiderat annos,
Iniecere manus inuida fata mihi.
Nec pro me queror hoc, morte est mihi tristior ipsa
Mæror At meti coniugis ille mei.
Sit tibi terra leuis mulier dignissima uita,
Vitaque olim perfruerere bonis.

6 †Quemadmodum ergo Deus uirum & mulieré indissolubiliter matrimonio coniunxit, Ita & leges aliquas præscripsit, quibus in illa sociali coniunctione, sanctè, iustè, piè, ac pacificè matrimonio coniuncti uiuere possint: præcipiens unicuiq; quod suum doceat officium.

Proinde hoc capite de uiris, sequeti de uxoribus dicemus: ut unusquisq; scire possit, quo pacto in suo se officio, & uocatione gerere debeat.

Primum omnium hoc sibi uir uendicare potest, ac debet, ut sit caput mulieris dicente Paulo. 1. Corinth. 11. Oīs uiri caput Christus: caput uerò mulie-
1.Cor.11 ris uir: caput verò Christi, Deus. Et hoc Deus ab initio approbauit, ac instituit, dicens primæ mulieri: Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui.

7 †Hæc maiestas in uiro à Deo & natura expressa est. nam uir citò clauescit, & barbatus fit, ut eo nomine etiam aperto capite incedat, sitq; exemplum Dei. Ideo Silenus ille Socratis Alcibiadicus caluus gubernaculo nauis astat: & laudem caluitii scripsit Synesius Eps, ubi hoc negotium exponitur: & Cyrillus Eps Alexandrinus hoc docet homilia de opificio hominis. Certè uir ubi caluus incipit fieri, & naturali forma perfectam habet barbam, integram repræsentat coronam faciei, ab occipitio mentū præcingentem, & docentem quod facies, osq; hominis ad cœlum debet esse sublime, modo brutorum con-

trario

trario. Id autem fit cùm uir ætate est integra, & maxi mè ingenio pollet: quū uerè est caput mulieris. Paulus turpe ait esse uiro si comam nutriat, nimirū de eo tempore intellexit, quo uir est, & quo prophetandi scientia pollet, propter scientiam, & usum integrum rationis, maximè tum concessum. Paulus caluus fuit petrus etiam caluus, iam & præcipui uiri excellentissimi in scientiis, ut capita esse demonstrari possent, à natura fuere calui. Hippocrates quoq; caluus fuit: caput enim medicorū est. Mulier nūquam fit calua naturaliter, sed ex morbo quidem fit. unde calua mulier morbosa intellig tur, uel uitiosa. Qm̄ uiro turpe est, & prophetanti uel sacra audienti, aut magistratum adeūti caput uelare: significatur quod uir nihil debet suo capiti imponere, sed se intelligere esse caput, & ratione coronæ se sciat esse regē. Vnde olim & adhuc apud Barbaros patrēfamilias qualemcunq; Regem, & Regis nomine iure, ac usu loquendi uocant, & tales fuere Reges Nabathæi, qui aliis omnibus, & uxoribus procurabant necessaria ac liberis. Hinc apud Homerum, Priamus auriga est, Achilles concidit carnes, fœdusq; icit, Agamemnon immolat. Maritus itaq; tueatur domi suam maiestatem, & coronatum se ideo meminerit. Illa enim maiestas Deo grata est. & de ea Ouidius in Fastis sic. 1. Cor. 11

Illa patres in honore pio, matresq; tuetur.
Illa comes pueris, uirginibusq; uenit.
Magna fuit capiti quondam reuerentia cano
Inque suo pretio ruga senilis erat.

Sicut in Ciuitate Senior & Senatus, ita domi maritus honorandus est, & habendum ut caput, etiāsi nondum canum est. nam fieri potest. curam enim gerit, multa solicitudo canitiem affert.

8 †Verumtñ uir uxorem sicut carnem suam diligere debet: qm̄ ut idem paulus ait, non uir de muliere: sed mulier de uiro formata est, non ex capite ne

dominium usuparet in uirũ: nec ex pedibus, ne uir cõculcaret eam:sed ex latere ubi sedes est cordis: quatenus syncero affectu illam diligeret. Nam matrimonium figura est cõiũctionis Christi & Ecclesiæ.

Ehes.5. Propterea Paulus Ephe.5.iubet uirum diligere uxorem suam, sicut Christus dilexit Ecclesiam, pro qua seipsum tradidit in mortem. Qui suam uxorem diligit, illam non deserit, sicut nec Christus Ecclesiam.

Mala. 2 Hinc reprehẽduntur Malachiæ 2. Iudæi quod suas desererent uxores ob paupertatem, seu deformitatẽ corporis:quũ tamen Deus uxorẽ uocet participẽ, & sociã fœderis uiri. Propterea Christus Luc.16.Om-

Luc.16. nis qui dimitit uxorẽ suã & alterã ducit, mœchatur & qui dimissam à uiro duxerit, mœchatur. quã sen-

1.Cor.7. tentiã exponens Paulus.1. Cor.7.c.ait. His qui matrimonio iuncti sunt præcipio non ego, sed dominus, uxorẽ à uiro nõ discedere: quod si discesserit, manere innuptã, aut uiro suo recõciliari. Quantum igitur ad uinculũ illud attinet, eadem est ratio uxoris ad uirũ ut uiri ad uxorẽ:quia neuter alterũ dimittere potest, ut alteri iũgatur:Par quoq; iudiciũ est de solutione debiti. Nã ut idem Paulus ait. Vxori uir debitũ reddat, similiter & uxor uiro. Mulier sui corporis potestatẽ nõ habet, sed uir, & uir sui corporis potestatem nõ habet, sed mulier. Itaq; nolite frauda

Eccle.7. te inuicẽ. Propterea bene monet Ecclesiast.ca.7. Noli discedere à muliere sensata, & bona quam sortitus es in timore Domini. Gratia enim uerecundiæ eius superat aurum. Et ut uir id commodius pręstare pos-

Eccle.9. sit, monet idem Ecclesiasticus capite.9. ut auertat faciem suam à muliere compta & ne circunspiciat speciem alienam. qm̃ propter speciem mulieris multi perierunt. Speciem, inquit, mulieris alienæ multi admirati reprobi facti sunt: colloquium enim illius quasi ignis exardescit. Propterea & Christus: quicũque ait, uiderit mulierem ad concupiscendum eam iam mœchatus est in corde suo.

Et

9 †Et quia uir robustior est muliere, ideo & perfectior esse debet, & uxoris suæ infirmitates, fragilitates, & imperfectiones ferre, illique quamuis sexus sit infirmioris, honorem debitũ nõ negare: quẽadmodum monet Petrus Apostolus in priori sua epistola c.2. Viri similiter cohabitãtes secundũ sciẽtiã quasi infirmiori uasculo muliebri impartiẽtes honorẽ, tanquã & cohæredibus gratiæ uitæ. Et quoniam uir caput est mulieris, illius est eam monere, corripere, instruere, & ad omne opus bonum inducere: sic tamen ut meminerit eam esse uxorem, & sociam non seruam aut ancillam. Sũt enim nonnulli adeo morosi, ut sua morositate, & asperitate mulierẽ optimã, pessimã reddant. Propterea Paulus Col. 3. cap. Viri, inquit, diligite uxores uestras, & nolite amari esse ad illas. Apud Homerum Iliados 3. Hector magis solicitus de Andromache Vxore est, quã de Hecuba, Priamo, oĩbusq́, fratribus, & Phocylides ait. 1. Pet. 3 Coloss. 3

Ama tuã uxorẽ, quid.n. suauius & melius, quam quum
Viro uxor conuenit amice usque ad senectutem
Et sit maritus suæ uxoris, neq; incidat inter eos cõtẽtio.

Et maritus sciat illud Varronis in meniphea Satyra.

Vitium coniugis aut, ferendum, aut tollendum est.
Qui tollit uitium, commodiorem coniugem præstat.
Qui fert, seipsum efficit meliorem.

Nec reticendũ monumẽtũ mutuo cõiugali amore celebre Neapoli in Ecclesia Montis oliueti.

D. O. M.

PVBLIVS RVBRIVS CELER CVM CA*ia Ennia uxore uixit an. Quadraginta tres. Menses octo, sine querela: Hic in pace ambo pacem expectant.*

Moderatio tamẽ quædã adhibẽda est, & seruanda marito, ne in diligẽdo modũ excedat. nã quũ alias semper, tũ in amore præsertim, omne nimiũ est naturæ inimicũ. Nã D. Hieron. auctor est, Sextum scripsisse in sententiis, adulterum esse quicũque in Vxo

rem ſit ardentior amator. Quippe in uxorem alienã omnis amor turpis eſt, in ſuã uero nimius. Sapiẽtis eſt Vxorem amare ſed iudicio nõ affectu, dilectione, non delicto. Libidinis pruritus rationis examine reprimendi: nec prępipites ferri in concubitum debemus fœdius enim nihil, q̃ uxorẽ amare perinde, ut adulterã. Venit in mentẽ hiſtoriæ, cuius auctor Seneca eſt: qui à ſe cognitũ teſtatur quendã comatum hominẽ, qui exiturus in publicũ faſcia uxoris pectus alligabat, & ne momẽto quidẽ pręſentia eius carere poterat; potũq; oĩno nullũ ſibi niſi alternis prægustatũ labris uir & uxor hauriebant, alia itẽ pleraq; nec minus inepta facientes, in quæ improuida uis affectus erũpebat. Origo quidẽ amoris honeſta erat, ſed nimietas deformitate nõ carebat. Verũ nihil referre arbitrantur oẽs, q̃ honeſta cauſa inſaniãt. Omnis inſania procul eſto. Intemperantia, etiam inconcinnitas eſt, inconcinnitas eſt autem deformitas: qua quid pulchritudini aduerſum magis? Valeant ergò illa nimia incẽtiua, & ſecernatur, fugetur que procul intẽpeſtiua illa titillatio ab honeſta amoris integritate. Sicut Plato in Sympoſio optimè quoque diſſeruit, paucis etiam hoc diſticho comprehendit Fauſtelinus.

Vxor habenda uenit non ut ſaturata libido,
Sed ſit in æternos aucta propago dies.

Et illud Virgilij huc addatur.

Vina ſitim ſedent, natis Venus alma creandis
Seruiat, hos fines tranſiluiſſe nocet.

Diligat igitur maritus Vxorem, & debitum amorem mutuumq; præſtet, ita tamen ut modus agnoſcatur optima uirus. neque enim ſæuitia & ruſticitas ergo coniugem probatur: ita nimius amor, & nimia ciuilitas quæ ſcurrilitas eſt, aut huius ſpecie nõ caret, uitabitur.

10 †Cæterũ q̃tumuis bona, ſapiẽs, induſtria, & prudẽs ſit

sit mulier, nõ consulit, tñ sapiẽs Ecclesiasticus, ut uir oẽm illi tradat ptãtem, & auctoritatem. Non des, inquit, mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in uirtute tua, & confundaris.

11 †Vir ergo debet uxori suæ fidem, dilectionem, curam, honorem, instructionem, correctionem, & imperfectionis fragilitatis que ipsius tolerantiam: Peccant proinde uiri, qui uxores, ac si meretrices essent, uel ancillæ tractant; qui assiduis uerberibus parua uel nulla de causa, illas onerant: qui ipsarũ bona uel dotem abliguriunt, & illes fame, inopia, egestate perire sinunt, nec de uestimentis iuxta illarum statum & conditionem illis prouident.

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

DECI-

DECIMVM THEMA.

DE MVLIERIBVS MATRIMONIO iunctis, & quomodo ipsæ obligentur uiuere erga suos maritos.

SVMMAE.

1 *Bona mulier non nisi à Domino Deo Datur. ideoque precibus impetranda est.*

2 *Qualis uxor quærenda, quæ bene educata, prudens, pulchra, & diues.*

3 *Fit sæpe uitio uirorum, quod malas habent Vxores.*

4 *Vxor, omnino sit subdita suo marito, nec ulla auctoritate illi præpolleat.*

5 *Vxor uiro omnem, & optimam fidem seruabit.*

6 *Perfidia Vxorum plurima mala peperit.*

7 *Exemplo lunæ, instituuntur mulieres imperium maritorum sequi, & maritis placere.*

8 *Vxor nihil proprium, neque diuersum à marito habeat, quæque in marito sentit probet.*

9 *Vxoris est timere maritum cum dilectione.*

10 *Zelotypia procul abesse debet à coniugio.*

11 *Ad gratiam uiri, nec aliter se ornent mulieres.*

12 *Vxores non præsumant dictis factisque, quicquam attentare sine consensu maritorum.*

13 *Sicut difficile est mulieri, ut sit proba uxor, ita diligentissimè studere debet, ut honorando maritum huiusmodi difficultatem euincat.*

Eccl.26 1 QVum dicat sapiens Ecclesiastici. 26. capite, uirum esse beatum, qui bonam habet mulierem: colligitur illum infœlicem esse, qui malam sortitus
Pro.18. est mulierem. Propterea bene dixit Salomon: quod qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & hauriet iucunditatem à Domino. Nam sapiens mu

lier,

lier, ut idem ait Prouerb. 16. ædificat domũ suam, ubi insipiens extructam manibus suis destruet. Cæterum bona & prudens mulier non contingit, nisi à Deo, dicente Salomone, Prouer. c. 19. Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à Domino autem propriè uxor prudens. Propterea qui uxorem sapientẽ, bonam, & prudentem cupit, eam à Deo precibus impetret: sitque in diligentia uxore prudens, atque discretus. Nam quod nonnullis pro uoto non succedit uxor, ipsorum est culpa: quod digitis aut oculis nubunt potius, quàm auribus. Pro. 16.

2 †Quærunt enim in suis coniugibus corporis tantummodo pulchritudinem, uel opum abundantiã, qui diuitem quærunt uxorem, non coniugem, non sociam, sed dominam & imperatricem ducunt domum: qui pulchram tantum: quandiu durat illius decor, durat & amor, ubi deficit, deficit & amor. Prudens est igitur qui uxorem quærit boni nominis, & famæ, & quæ bene educata fuerit: quanquam eam cum educatione non improbem (si contingat) & decoram, & diuitem coniugem. Qualis fuit illa Susanna uxor Ioachim, de qua sic scribitur Danielis. 13. capitu. Quod erat pulchra nimis, ac timens Deum, quam parentes erudierant secundum legem Moysi. Dan. 13

3 †Atqui uideor hic uiros magis, quàm mulieres perstringere: sed hæc ideo præfatus sum, ut docerem quod si uiris non semper pro uoto contingunt uxores, id fieri ipsorum culpa. Sed nunc ad nostrum calamus præcipuum uertatur intentum.

4 †In primis uxor, quæ suo uiro iure diuino, & humano subijci debet, nulla ratione in uirum dominium uel auctoritatem usurpare audeat. Sic enim habet scriptura sacra. Gene. 3. & de uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Caput enim mulieris uir, ait Paulus. 1. Corinth. 11. Et ad Coloss. 3. capitu. Mulieres inquit subditæ estote uiris, sicut oportet in Domino, hoc est, quando nihil iubent, quod sit Gene. 3. 1. Co 11 Colos. 3

contra

1.Pet.3. contra Dñm: Cui succinit Petrus. ca. 3. prioris epistolæ dicens. Mulieres subditæ sint uiris suis, sicut Sara obediebat Abrahæ Dominum eum uocans. Iuuenalis Satyra sexta notauit haud parum mulierum supercilium, & fastum erga suos maritos. Scripsit autem id improbans.

Quis ferat uxorem, cui constant omnia? malo,
Malo Venusinam, quàm te Cornelia mater
Gracchorum, si cum magnis uirtutibus adfers
Grande supercilium, & numeras in dote triumphos.

Et Niobe Amphionis Thebani uxor, quum ob fœcunditatem liberorum superbiret, & marito imperiosior Latonæque contraria esset, à Deo punita fertur cœsis liberis, & marito, ipsa in Saxum mutata est. Unde in Metamorphosi sic Ouidius canit.

Ecce uenit comitum Niobe celeberrima turba.
Vestibus intexto Phrygijs spectabilis auro,
Et quantum ira sinit formosa, mouensq; decoro
Cum capite immissos humerum per utrumq; capillos,
Constitit, utq; oculos circumtulit alta superbos
Quis furor auditos, inquit, præponere uisis
Cœlestes. -----& quæ sequuntur

Quid aliud importunæ uxores erga suos maritos consequuntur sua superbia, aut uitulentia, q̃ quod maritos etiam optimos perdunt, liberos necant, familiam perdunt, & ipsæ impudentissimæ ut silices uagantur, donec in infernum præcipitantur: inuisæ dijs, inuisæ hominibus, excruciandæ diabolis. Quia uerò impudentia est peculiare uitium uxorum, decet, ut eam amoueant, ne pereant, audiantq; illud.

En statuæ statua, & ductum de marmore marmor,
Si conferre dijs ausa procax Niobe.
Est uitium muliebre superbia, & arguit oris
Duritiem, ac sensus, qualis inest lapidi.

Si quæ sunt elegantiores Vxores, aut literatæ, maximè erga maritos se humiliare debent, nec faciant sicut Iuuenalis Græculis obiicit.

Hoc

Hoc sermone pauent, hoc iram, gaudia, curas,
Hoc cuncta effundunt animi secreta, quid ultra?

Caueant maximè, ne imperare uelint maritis. Quanquam Iuuenalis scripsit

-nullam inuenies quæ parcat amanti,
Ardeat ipsa licet, tormentis gaudet amici,
Et spolijs. igitur longè minus utilis illi
Vxor, quisquis erit bonus optandusq; maritus,
Nil unquam inuita donabis coniuge-

Spes tamen est, quod uxores honestæ esse uelint, & Christiana pietate, ac simplicitate imbutæ, benignæ, mites, & liberales sint erga maritos. Nec dicto, nec facto, nec uultu maritos perstringāt, unde offensa, uel simultas posset oriri. nā *Candida pax homines, trux decet ira feras*, & quāuis nulla ferè cā est, in qua nō fœmina litē mouerit, hac tñ procacitate erga maritū uti nō dēt: Nec habeat lites, nec alterna iurgia, lectus, nec irā nec animos à crimine sumāt: ita uiuat ut fama eius nō forma sit uulgata. Nā manere domi, texere, nere, muliebraq; opera facere debēt uxores rē domesticā ad nutū, arbitriū, & gratiā uiri guberna re. Hoc Phidias significauit, quū effinxit Venerē pe de prementem testudinem. Testudo nanq; domi ma net, domū secum defert. idem faciat uxor, si peregrinatur uxor, adsit maritus ne seducatur aut in mala ruat. Sūma, in oībus honoret maritū exēplo uxorū Rom. quę egrediētes maritos ad ianuā comitabātur, non lōgius reuertētibus assurgebant cū omni familia, nec prius sedebant, quàm illi iussérant. Vxorum ad hæc eā illud addā exēplū, qđ est apud Xenophontem, & à diuo Hiero. ex parte repetitum quo discant quāta promptitudine suos maritos honorēt, & alijs præferāt. Pāthea uxor Abradatæ uiri nobilis, & strenui militis, & Cyro Persarum Regi chari pp ad Bactrianos legationē ab Araspe Medo asseruata Cyro, ut formosissima oīum fœminarū est significata, & nū

cium

cium ſimul accepit de morte mariti, & quod Regi Cyro eſſet deſponſata. Tum illa luctu repleta, peploque à ſummo diſciſſo miſerè deplorat ſuum ſtatũ, & fatum eius, quem unicè dilexerat, nupturamque ulli mortalium negat: ſed ex inſperato mox reuerſum maritũ amplexa, hũc Cyro cõciliat, tandẽ bello occiſum audiens eò acceſſit, & ſe acinaſſe cõfoſſam ſuperimpoſuit ita cadaueri mariti, ut ex uulnere ſuo ſanguis flueret in uulnera mariti. Nolim uxores ſe interimere, ſed exemplum hinc ſumere, ut diligant maritos, ſicut oportet. Caſtũ fodit Lucretia pectus, ut marito Tarquinio Collatino honorem deferret debitum. Portia hauſtis carbonibus ſe interemit, ut Bruto marito ſocia uitæ mortisq; eſſet. Vxor Agathoclis Regis Siciliæ extremè decumbentis iuſſa in Aegyptum proficiſci, ne prædonem regni, rerumq; ſuarum hoſtem pateretur, non paſſa eſt ſe à marito diuelli, quinimò illi omne obſequium præſtitit etiã periculo ſe decumbenti, & tandem iuſſa abire, ut ſe cum liberis ſeruaret, reſpondit ſe nubendo non pro ſperè tantum, ſed omnis fortunæ iniſſe ſocietatem. Nolo huc adducere, quæ de amore Thesbes erga priamum narrantur. D. Virgo Maria eſto exemplũ uxoribus, qũo ſe gerant erga maritos. Ioſephus illam diffamare noluit, quia iuſtus erat: illam obtemperans Ioſepho in omnibus fuit, ſequuta quocũq; ille iuſſit, Hieroſolymam, in Aegyptum, ex Aegypto in Iudæam, affata filium Hieroſolymæ in Synagoga diſputantem ait: Pater & ego con triſtati quærimus te. Honorem marito, & auctoritatem tribuit, ut ſine cuius conſenſu nihil faceret. Apud Spartanos nupta non niſi uelata facie prodibat. Charilaus hanc rationem reddidit, quòd puellæ ſibi de uiris proſpicere debent, nuptæ ut Vxores cuſtodire, & reuereri non niſi ſuos maritos. Hac pietate, pudicitiæ, & uenerationis uirtute Vxores Patauinæ commendatæ ſunt. Longè ergo

abſit

absit à fœmina Christiana, ut sit marito contraria. Quanquam iam hac in parte nonnullæ peccant & maximè peccant mulieres, quæ suos uiros uilipendunt, & nescio quibus nomenclaturis illos compellunt, nebulones, sceleratos, ribaldos, fures, miseros illos nuncupant: hinc rixæ, hinc lites, hinc iurgia in domo. Nam pax, & tranquillitas nulla ratione in familia ali, fouerią; potest, nisi & uxor mutuo consensu, & pace inter se benè conueniant. Propterea bene dixit sapiens, Eccl. 15. c. Tria sunt, quæ placēt spūi meo, Cōcordia fratrum, amor proximorū, uir & mulier bene sibi adinuicem consentientes. Damnat scriptura sacra mulieres, quæ uiris suis parere recusant: quod id cedāt in maritorum maximum dedecus, atque ignominiam: Vnde Vasthi Regina Persarum, quia Regi Assuero uiro suo, superbè, arrogāterq; obedire contempsit, à rege, sapientum, ac principum regni sui consilio repudiata est dignitateque regia priuata: qui legem tulerūt, ut uxores deinceps tam maiorum, quàm minorum suis maritis deferrent honorē. Huc referri potest illud Vlpiani, quod clarissimarum fœminarum nomine non habentur etiam Senatorum filiæ, nisi quæ clarissimos uiros sortitæ sunt. Adeo nobilitas, decus, uirtus fœminarum pendent à uiris. Itaq; meritò uiros quoque honorare debent, præsertim cum teste eodem iureconsulto non coitus, sed matrimonialis affectio matrimonium facit. Iunoni nuptiali rem diuinam cum Græci facerent, eximebant fel è uictima, & illud post aras abiiciebant, significabant austeritatem iram, & amarulentiam ab uxore debere abesse. Vocantur uxores columbæ. nam columbæ felle carent, & imperiosa mariti murmura, iugaque benignissimè ferunt, osculoque rependunt. Vini usus olim interdictus mulieribus fuit, ut à ui, uiolentia, uirulentia, & uinolentia coniugalem iucunditatem sequestrandam scirent. Vt autèm nihil ac in re delinquat

Eccl. 15.

quat uxor, componat se ad mores mariti, morum enim similitudo amiciti paritã, souet, & conseruat; (& ut rectè dixit Alciatus) fidem ipsam continet.

Constituunt hæc signa fidem, reuerentia honoris
Quam fouet, alit amor, parturitque ueritas.

5 †Itaque secundo, mulier uiro suo fidem seruare debet. Nam sui corporis potestatem non habet, sed uir, ut scribit paulus Apostolus. 1. Corinth. 7. cap. Et Christus Marci. 10. Mulier, inquit, si dimiserit uirum suum, & alteri nupserit, mœchatur, quanto magis si uago concubitu defraudet uirum suum. De cuiusmodi muliere sapiens Eccles. 23. sic scribit. Mulier relinquens uirum suum, & statuens hæreditatẽ ex alieno matrimonio, primò in lege altissimi, & secundo in uirum suum delinquit: tertiò in adulterio fornicata est, & ex alio thoro filios statuit sibi. Nam tradent filii eius radices, & rami eius non dabunt fructum, derelinquent in maledictum memoriam

1. Cor. 7
Mar. 10
Eccl. 23

6 eius, & dedecus illius non delebitur. † quin ex uxoris perfidia maxima mala prognata sunt. Docent hoc fabulæ de Medea: de Helena: de Io: de Europa: Historię de Messalina: de Ioanna Regina Neapolitana, multisque aliis. quin fortissimus Sampson sic proditus fuit fœminæ perfidia, nec scio unde plura

7 mala sint nata, quam ex perfidia fœminarum. † Vxores procul absint ab omni perfidia, sed sicut linea, & superficies nunquam sine corpore mouentur, sicut dicunt mathematici: ita mulier nunquam sine marito quicquam agat, sed huic fidelis adhæreat, omnem suum splendorem, auctoritatem domi, egressum foras potestatem rerum agendarum accipiat à uiro, exemplo lunæ, quæ à sole lumen accipit, & huius formam (quantum potest) quoque remotior abest imitatur, ac reddit, cõiuncta soli silet, huic se sub-

8 mittens. † Tum uerò quod Plato ait, eas Respublicas fore multum fælices, quatum incolæ etiã quod propriũ est nõ suũ, sed commune dicunt: id huc trãsferri

ferri pōt,eas domos fœlices fore ubi uxor nihil diui
sum à marito possidet, sed oīa sua ad arbitriū uiri re
fert,ut in quibuscunq; pōt uiro placeat,unde refert
Plutarchus in apoptematibus,qđ cū Hiero. Tyran
no Syracusano esset probro datū,quod ipsius anima
fœteret,imputauit id uxori,ut quæ nihil unquā hac
de re dixisset:at illa re intellecta respōdit:existimabā
enim oēs uiros ita olere,sic blādo respōso suā bene
uolentiā erga maritū detexit, seque deuinctiorē red
9 didit illi.†Tertiò, inquit Paulus, timeat uirū suum.
Timor uiri cohibet,ac reprimit mulierē à multis il *Ephe. 5.*
licitis.Nā quæ sine timore est mulier, ad multa ne-
phāda,& illicita laxat habenas,maximè si pulchra,
& ipsa secundum Deū ut decet sua nō utatur pul-
chritudine.Nā ut Salomon ait in prouerbiis.capite *Pro. 11.*
11.Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra,
& fatua: Cæterū hic timor cū dilectione cōiunctus
esse debet. Hic timor facit ut semper pudica: sobria:
& iusta sit mulier;quales Paulus esse præcipit. 1. Ti *1.Ti. 3.*
moth.3.Mulieres,ait,uolo esse pudicas, sobrias nō
detrahentes,fideles in oībus.Et ad Titū.2.c. Præci- *Tit. 2.*
pe,inquit, adolescentulis mulieribus,ut uiros suos
amēt,filios suos diligāt,ut sint prudētes, castæ,so-
briæ,dom⁹ curā habētes,benignę,subditę uiris suis.
10 †Quarto,coniugio iūcta mulier à zelotypia caue-
re debet.Nam hic morbus mulierem litigiosam,iur
gatricem,& insanam reddit. Vnde nulla quies esse
potest in domo.Propтereà bene scripsit sapiens,Ec- *Eccl.26*
cle.26.Dolo, cordis,& luctus mulier zelotypa. In
muliere zelotypa flagellū linguæ omnibus cōicans.
11 †Quintò ornari dēnt mulieres,ut uiris suis,nō alie
nis placeāt: idq; modestè,& honestè,quēadmodū de
cet honestas matronas,nō īpudicas meretrices:sicut *1.Pet.3*
monet Apostolus Petrus,ī prima sua epi.c.3.Quarū
non sit extrinsecus capillatura, aut circūdatio auri,
aut indumēti uestimētorum cultus,sed q̄ abscōditus
est cordis hō,in incorruptibilitate quieti,& modesti
N spiritus

ſpiritus,qui eſt in conſpectu Dei locuples. Sic.n. & ſanctæ mulieres ſperātes in Deo,ornabāt ſe, ſubditæ uiris ſuis. Et id quidem tū præcipuè obſeruare debēt,dū templum adeūt,ut precibus, & orationibus Deo uacent,quod tamen cōtra faciunt,aduerſus do-

1.Tim.2 ctrinam Pauli dicentis. 1. Timoth.2.c. Similiter & mulieres orare uolo,ſed in habitu ornato,cum uerecundia,& ſobrietate ornantes ſe non intortis crinibus,aut auro, aut margaritis uel ueſte precioſa, ſed quod decet mulieres promittentes pietatē per opera

1.Cor.11 bona. Et confirmans ſuū dictū.1.Cor.11.uult mulierem orare uelato capite: Mulier, inquit,orās nō uelato capite,deturpat caput ſuum: Vnū.n.eſt, ac ſi decaluetur. Nā ſi nō uelatur mulier,tondeatur. Si uerò turpe eſt mulieri tonderi,aut decaluari, uelet caput

12 ſuū.†Sextò. Caueat multa uouere, aut promittere ſine cōſenſu ſui uiri: quandoquidē huiuſcemodi uota matrimonio,& familiæ plerunq; officiunt: & ma-

Nu.30. ximè continentiæ uotū. Vnde Nume. 10. De huiuſmodi uotis ſic ſcribitur. Vxor in domo uiri ſui quū ſe uoto cōſtrixerit, ac iuramēto: ſi audierit uir, & tacuerit, nec cōtradixerit ſpōſioni, reddet quodcunq; promiſerit: ſin aūt extēplo cōtradixerit,nō tenebitur promiſſionis rea: quia maritus cōtradixit: & Dñs ei propitius erit: Si uouerit, & iuramento ſe cōſtrinxerit,& per ieiuniū,uel cæterarū rerū abſtinētiā affligat aīam ſuā,ī arbitrio uiri erit, ſiue faciat,ſiue nō faciat.

13 †Deniq; probæ mulieris laudes: & q̄ rara ſit auis mulier fortis,& bona apertè declarat Salomon Pro

Pro.31. uer.c.31. Mulierē, inquit, fortē quis inueniet: procul & de ultimis finibus preciū eius. quæ tamē eiuſmodi eſt,ſummæ laudis eſt. Nā honor,decor, & gloria ſui uiri eſt,in quo omnē ſuā collocat maritus cōfidentiā. Confidit,inquit,in ea cor uiri ſui: Ad hæc ocioſa nō eſt, garrula nō eſt,procax nō eſt. Prudens eſt in ſuis uerbis & operibus. Miſericors eſt erga inopes,& pauperes,& ideo uidebit in die nouiſſimo, & beata

beata erit cum Christo. Summa debet mulier cōiugata, ut scribitur Tobiæ 10. honorare soceros si habeat diligere maritū, regere familiā, gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere. Bonæ uerò mulieris conditiones plenius scribuntur Prouerbi. 31. eò lector recurrat, sicut etiam ad eam syluā quam subiicimus. *Pro. 31.*

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

Genes.	3.c.	1.Esdr.	10.a.
	16.a.	3.Esdr.	4.c.
	29.g.	Tobiæ.	4.c.
	30.b.c.		10.d.
Exodi.	1.d.		12.a.
	2.a.	Hester.	1.d.
	19.c.	Iob.	2.c.
	20.c.	Prouerb.	9.c.
	21.a.		11.c.
	22.c.		12.a.
Leuit.	18.a.		14.a.
	20.b.		18.d.
	2.b.c.		19.b.
Num.	5.b.		21.b.
	30.a.		31.c.
Deute.	5.c.	Eccli.	23.d.
	17.d.		25.a.b.
	20.b		26.a.
	21.b.		36.d.
	22.d.		42.c.
	28.f.	Esaię.	49.d.
1.Reg.	30.f.	Hiere.	3.a.f.
2.Reg.	3.c.	1.Macha.	1.d.
3.Reg.	2.d.	March.	10.b.
	11.a.	Roma.	7.a.
	14.a.	1.Corin.	7.a.c.f.g.
			11.a.

	11.a.b.c.		
Ephe.	5.c.	Tit.	3.c.
Colo.	3.d.	1.Petri.	2.a.
1.Timot.	2.c.d.e.		3.a

VNDECIMVM THEMA.

DE STATV MATRIMONII, uel de mutua obligatione Mariti, & Vxoris.

SVMMAE.

1 *De usu uocabuli obligationis.*

2 *Quod in matrimonio constituti uerè ad inuicem sunt obligati.*

3 *Quod matrimonium est mutua obligatio, mariti, & uxoris.*

4 *Exemplis rerum naturalium docetur, quid maritus uxori, & quid uxor marito debeat. Et primo quod maritus caput est, ac debet præesse uxori.*

5 *Maritus curabit ut omnino, & animo, & corpore sanus degat cum sua uxore: ne exemplo malè affecti capitis uxorem, & totam familiam incommodis afficiat.*

6 *Desideratur fœcunditas in marito.*

7 *Maritus debet esse prudens, & disciplinæ connubialis nō ignarus: primò in diligenda uxore.*

8 *Maritus quomodo se gerat in primo congressu cum uxore.*

9 *De conuictu mariti cum uxore.*

10 *De amore coniugali à marito seruando erga uxorem.*

11 *Maritus imperio, & ratione corrigat uitia uxoris suæ. Non litiget cum ea.*

12 *Maritus debet debitum persoluere uxori suæ, idque sobolis causa.*

13 *Maritus fidem debet seruare uxori suæ, non contaminare the-*

thorum.

14 *Mulier agnoſcens infirmitatem ſuæ naturæ, in omnibus maritum tanquam ſubſidium, & ſocium uitæ ſuæ ueneretur.*

15 *Mulier tanquam infirmum vas ſuæ infirmitatis nõ aliũ quàm maritum medicum agnoſcat.*

16 *Quanta diligentia uxor debeat obtemperare marito.*

17 *Vxor baſis, & ſubleuamen mariti eſt.*

18 *Vxor attenta ſit ad liberorum procreationem.*

19 *De honore matrimonij.*

20 *Definitio Mariti, & Vxoris.*

21 *Vxores diligant ſuos maritos.*

1 QVando obligationi s† uocabulum latiſſimè apud Iurecõſultos patet, præcipuè tamen uſurpatur pro eo, quod eſt iuris uinculum, quo neceſſariò aſtringimur ad aliquid dandum uel faciendum. Latini uerò ea uoce utuntur pro mutua quadam deuinctione cuiuſcunque generis, adeo ut hinc quoque dicant uulneris obligationem, quæ uox uſitata in primis eſt medicis: quanquam multi pro obligatione legunt alligationem: & in uulgaribus exemplaribus Iuſtini ſic habetur: Sed Lyſimacum deſiliens equo Alexander haſtæ cuſpide ita in fronte uulnerauit, ut ſanguis aliter claudi non poſſet, quam diadema ſibi demptum rex alligandi uulneris cauſa capiti eius imponeret. Curtius tamen maniſeſtè habet. Ne obligato quidem uulnere haud ſegniter deſtinata exequitur, & teſte Aſconio Pediano, obligatus etiam nodis uinculorum dici poteſt diſtrictus manu tantum, & ſine uinculis. Ad hæc obligatum dicimus eum, qui debitor eſt, uel obnoxius rei alicuius faciundæ uel dicendæ: quo quidem ſenſu plurimum apud Theologos uſurpatur, ut quum diſputant, an aliquis ſit obligatus ad opera formata. Inter cætera quoq; ad matrimonij *Lib. 15.*

trimonii contractionem, eadem dictio transfertur, nec sine ratione: nam omniũ obligationũ, quæ habẽt debitum persoluendæ rei alicuius, eoq; nomine ut uincula cẽsentur, præcipua & maxime naturalis est cõtractio matrimonii: unde in matrimonio constituti ante omnia rectè obligati possunt uocari, sic enim sacra scriptura loquitur: Mulier si quippiã uo-
Num. 30 uerit, & se cõstrinxerit iuramẽto, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari, si cognouerit pater uotũ quod pollicita est, & iuramẽto quo obligauit animã suã & tacuerit, rea erit: quicquid pollicita est, & iurauit, opere cõplebit. sin autẽ statim, ut audierit cõtradixerit pater, & uota & iuramẽta eius irrita erunt: nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo ꝙ contradixerit pater. Si maritum habuerit, & uouerit aliqiud, & semel egrediens de ore eius uerbũ anima eius obligauerit iuramẽto: quo die audierit uir, & non contradixerit, uoti rea erit reddetq; quodcũque promiserat: Sin autẽ audiẽs statim cõtradixerit & irritas fecerit pollicitationes eius, uerbaq; quib. obstrinxerat animã suã, propitius erit ei Dominus. Vidua & repudiata quicquid uouerint, reddẽt Dño Vxor in domo uiri cũ se uoto cõstrinxerit, & iuramẽto, si audierit uir & tacuerit, nec cõtradixerit spõsioni, reddet quodcũq; promiserat. Sin autẽ extẽplo cõtradixerit, nõ tenebitur promissionis rea, qa maritus cõtradixit & dñs ei propitius erit, si uouerit, & iuramẽto se cõstrinxerit, ut per ieiuniũ, uel cæterarũ rerũ abstinentiã affligat animã suã, in arbitrio uiri erit, siue faciat, siue nõ faciat, qd̄ si audierit uir & tacuerit, & ĩ alterã diẽ distulerit sentẽtiã, qcq̄d uouerat atq; ꝓmiserat, reddet, quia statim, ut audiuit, tacuit. Sin autẽ cõtradixerit postq̃ resciuit portabit ipse iniquitatẽ eius. Istæ sunt leges, quas constituit dominus Moysi inter uirũ & uxorem, inter patrem & filiam, quæ in puellari adhuc ętate est, uel quæ manet, in domo parentis. Hactenus non exigua obli-

gatio est à Moyse annotata, q̃ cõiugatis imperatur.
3 †Paulus uero obligationẽ summã in matrimonio esse facile expressit ubi scripsit Cor. Alligatus es uxori noli q̃rere solutionẽ: solutus es ab uxore, noli quærere uxorem. Matrimonium uerò est legitima societas inter uirum, & uxorem, in qua ex pari consensu semetipsum alter alteri debet. Quid aliud est quod alter alteri debet, quam quod alter alteri obligatus est? nonne. D. Augu. apertè respexit in illa definitione matrimonii ad uerba Pauli: qui sic ait. Vxori uir debitã beneuolentiã reddat, similiter uxor uiro. Mulier sui corporis potestatẽ nõ habet, sed uir: similiter autẽ & uir sui corporis potestatẽ non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicẽ nisi fortè ex cõsensu ad tempus, ut uacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet uos Sathanas propter incontinentiã uestrã. Huc facit illud Pauli ad Roma. Nã quæ sub uiro est mulier uiuente uiro alligata est legi: si autẽ mortuus fuerit uir eius, liberata est à lege uiri? Enimuero quæ potest esse maior obligatio, quã ut sint duo in carne una? unde Matth. sic scriptũ reliquit. Accesserunt ad Iesum Pharisæi tẽtantes eũ, & dicẽtes: Si licet homini dimittere uxorẽ suã quacũque ex causa, qui respondẽs ait eis. Nõ legistis, quia qui fecit ab initio hominem masculũ & fœminã fecit eos, & dixit. propter hoc dimittet homo patrẽ & matrẽ, & adhærebit uxori suę & erunt duo in carne una. Itaq; iã non sunt duo sed caro una. Quod ergo Deus cõiunxit, homo nõ separet. Idcirco matrimoniũ est firmissima obligatio, ab ipso summo Deo ordinata, & confirmata. Dicit Magister sententiarum rectè, quod matrimoniũ est uiri mulierisq; cõiũctio maritalis inter legitimas personas uitã indissolubilẽ retinens.
4 †Qua uerò ratione in matrimonio cõstituti inter se mutuo uiuãt, ut huic diuinæ obligationi satis faciãt, paucis docebo, adductis rerũ naturaliũ exemplis, & testimoniis sacrę scripturæ. Illa nam-

1. Cor. 7 · *Li. de uirginitate beatæ uirginis.* · *1. Cor. 7.* · *Rom. 7.* · *Mat. 19* · *4. Sentẽ. dist. 27*

que ut sensibus exposita quotidie nos monent, & carnalem hominem ad sui imitationem pelliciunt: Hæc uerò animum afficiunt, & spirituali homini calcaria addunt ad amplectenda bona naturæ. Vir autem caput mulieris est, sicut Christus est caput ecclesiæ. Hoc ad Ephesios Paulus scribens inculcat.

ad Ep. 5

Expedit itaque iuxta dictum naturæ à capite nos exordiri, primò de uiro agere, quatenus maritus est nimirum obligatus uxori tum huic capiti suam basim, uel truncum, uel corpus reddere licebit, ut efficiatur pulchra illa caro in qua duo efficiuntur atq; faciunt unum iuxta quod dictum est. Et erunt duo in carne una Paulus uerò hanc dignitatem uiri, scilicet mariti uberius explicat in epistola prima ad Corinthios sic scribēs. Volo autem uos scire, quòd omnis uiri caput est Christus, & caput mulieris est uir: caput autem Christi est Deus. Probatur argumētis ualidis illud. Primò quia uir orans, aut prophetans aperto debet esse capite, aut se dehonestat: contra mulier, tum quia uir tondetur & raditur honestè: contra mulier. Inde quia imago & gloria Dei est mulier uerò gloria uiri. Deniq; ideo, quod uir nō est ex muliere, sed mulier ex uiro. Adde huc quod uir si comam nutriat, dedecus est illi: si mulier gloria, quemadmodū ipsa docet natura: Nec omitti debet illud Pauli ad Corinth. Sicut, ait, in omnibus Ecclesiis sanctorum, Mulieres uestræ in Ecclesiis taceant, nō.n. conceditur ipsis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si quid uolunt discere, domi suos maritos interrogent. turpe est enim mulieri in Ecclesia loqui. In lege autē habetur, quod Deus mulieri dixit, sub uiri potestate eris: proinde Deus caput est Christi, Christus autē ecclesiæ & uiri, uir inde mulieris. Quemadmodum in omnibus animalium corporibus ipsum caput suis inferioribus partibus prę stat sensum, & motum ad omnes functiones animales atque naturales rectè exequendas: ita in hoc imi

1. Co. 14

Genes. 3

tari

tari naturam ducem mariti debent, ut suis uxoribus suppeditent,& cibum ad nutritionem animæ, ac corporis,cuius uirtute obtineant,sensum: & motum ad omnia ea, quæ sunt honesta,pudica,utilia, & salutaria. Reipublicæ caput est Magistratus: nam quod potestatem gubernationis habet,caput uocatur. Si is bene præsit,& suo munere fungatur, fœlix erit status Reipub. Huc allusisse Plato uidetur,quũ dixit:Eas demũ Resp. fore fœlices,si aut studiosi sapientiæ regerẽt, uel earũ rectores studere sapientiæ cõtigisset. Oeconomiæ uerò,atque in re œconomica,mulieris caput est maritus. Hic igitur cogitet,qđ si benè rexerit domũ suã, si suæ uxori prudenter, & iustè ꝓfuerit,rei familiaris optabilẽ statũ sortietur. In uno corpore ad capitis dolorẽ reliqua mẽbra statim languorẽ concipiũt. Nec falsum est omnino illud multorum medicorum dogma,à quo ne Hippocrates quidẽ dissentit,quod ex capite tanquã aliquo funiculo omnia genera morborũ depẽdẽt. Ita in re familiari à marito incõmoda nascũtur,& illi imputantur: si male est affectus,si malã curã gerat uxoris suæ. Xenophon igitur in œconomico libro consulit,ut maritus prudens & ad omnia attentus primã habeat curam uxoris,& tenera ætate docilem adhuc ducat,eãq; suis,& his moribus bonis assuefaciat: Illa est enim uxor bona,quam uir bene erudiuit: si uir malus, ferè etiã uxor mala redditur, & sicut ouis, fit morbida ob negligentiam pastoris. Vulgò fertur,& uerum est,quod nullum est malum in corpore, quin oriatur à capite: Nullibi etiam piscium putredo citius sentitur,quam in capite,& hinc diffunditur per reliquas partes. Tritum est etiam, aliquid mali propter uicinum malum : nunc capitis malum omnibus partibus uicinum est. Ita si maritus aliquid mali habeat, illud communicatur statim uxori.

5 † Nec solum hoc intelligatur de morbis animi, sed idem

idem de affectibus corporis nimium est compertũ. Oportet nanq; sanum esse maritum,& corpore, & mẽte:ne sit de quo dicatur nupta contagioso.ut pulchrè expressum est hoc epigrammate.

Dÿ meliora piis(Mezenti)cur age,sic me
Compellas?emptus quod tibi dote gener.
Gallica quem scabies dira,& mentagra perurit,
Hoc est quidnam aliud, dic mihi sæue pater
Corpora corporibus quàm iungere mortua uiuis,
Efferaque Ethrusci facta nouare ducis.

Leuit. 13 Benè iũ lege est traditum. Omni tempore quo leprosus est & immũdus, solus habitabit extra castra. Quũ canonica scriptura non uult dimitti ab uxore uirum eum, qui semel placuit, neq; à marito semel receptam uxorem, nisi causa fornicationis quo ad habitationem. Idcirco diligentissimè maritus curabit ne contagioso morbo laboret, aut si in hoc genus mali inciderit, contineat se,& abstineat à persolutione debiti. Nam si æquum est,& lex habet canonica, ut tempore communicationis, in festis natiuitatis, ac solẽnibus, in ieiuniis,& quo tempore puer ablactatur, denique tempore mensium naturalium, atq; conceptus supersedeatur de communi consensu à mutuo congressu: quũt non longè cautius durãte contagio talis debiti persolutio est omittenda, inque suum tempus differenda? Quanta uerò mala ex uirorum contagio proueniant, quæ non solùm in uxorem, sed in liberos, atq; nepotes quoque redũdant, non est huius loci edisserere. Nam lepra Giezi
4. Reg. 5 omni eius posteritati adhæsura à propheta Heli determinatur. Et in nouo Testamẽto apud Ioãnem
Ioan. 9. legitur, Et interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi quis peccauit, hic, aut parentes eius, ut cæcus na
Deut. 5. sceretur? Huc pertinet quod in lege cõtinetur: Ego
Exo. 35. enim sum Dñs Deus tuus, Deus æmulator, reddens
Num. 1. iniquitatem patrum super filios, in tertiam & quar
Hier. 32 tam generationem iis qui oderunt me,& faciẽs mi-

ſericordiam in multa millia diligentibus me, & cuſtodientibus præcepta mea. Haud parui igitur momenti eſt, ut maritus ſit ſanus, & poſteritati ſuæ gloriam ſanitatis communicet, tum uerò requiritur, ut
6 ſanitati †coniungat fœcunditatem: Nam ſi maleficio aut frigiditate, aut impotentia coeundi laboret, ut ſi Eunuchus, eſt tametſi non propter regnũ cœlorum. hic nullo modo nomen mariti uerũ explebit, quandoquidem iuxta canonicam doctrinam, coniugium confirmatur carnali officio. Poſtquam uerò officio cõfirmatum fuerit, niſi in cauſa fornicationis non licet uiro uxorem dimittere, uel uxori à uiro diſcedere, uerum antequam confirmetur, impoſſibilitas officij ſoluit uinculum coniugij. Stultum eſt autem quod qui deſtituitur ſemine, is adhuc agrum uelit exercere: irrationabilius adhuc eſt, quod carẽs uiribus, & materia, & inſtrumentis agri conſerẽdi, arare incipiat, aruaq; parare: non ſecus enim fit, quã ſi quis uelit aſinum docere uolatum, cum pegaſeus non ſit, aliiſq; deſtituatur. Neque finis matrimonii conficitur tali ratione: quod Deus inſtituit prolis procreandæ cauſa, neq; debitum poteſt perſolui, cuius cauſa ſit coniunctio, ſed ut paucis comprehendam maritus corpore debet eſſe ſanus, & fœcũdus. Quæ autem illa ſint quæ impediunt matrimonium contrahendum, & iam contractum dirimunt poſtea addentur. tum orandum eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano. mens nanq; capiti, unde Pallas nata eſt, propriè conuenit. Hæc mens erudiet maritum, ut nouerit diſciplinam coniugalem: cuius prima pars eſt, ut quæratur optima, & fœcunda fœmina, unde procreare poterit filios ſui, ſueq; uxoris familiæ atque parentum cuſtodes, & conſeruatores futuros. Nam Agricola ſemen optimæ terræ mandat, excultumq; à zizania purgat: pro tali fœmina, certat, & pugnat contra hoſtes, tanquam pro aris & focis: qn Deum ipſum negligit, qui talia negligit, quia optima

Gene. 33
q. 1. 27.
q. 2.

ma

ma mulier non datur nisi à Domino, & gratia super
Eccl. 26 gratiam est mulier sancta, & pudorata ait Ecclesiasti
cus. Agricola pro bono & fœcundo agro sacra facit:
quanto magis pro bona uxore. Beatus est enim uir
Eccl. 63 mulieris bonæ, & numerus annorum illorũ duplex
est. Qui possidet mulierem bonam, inchoat posses-
Tob. 6. sionem, adiutorium secundum illum est, & colũna,
& requies. Quicunq; igitur talem desyderauerit, se-
quatur exemplum Tobiæ Iunioris: Impetret à Deo
Raphaelem Angelum Ducem & paranymphum, at
que huius sacra monita obseruet, sicut fecit Tobias
ille. Audio, inquit, quia tradita est septem uiris, &
mortui sunt, sed & hoc audiui quia dæmonium oc-
cidit illos: timeo ergo ne & hæc mihi eueniant: &
cũ sim unicus parentibus meis, deponã senectutem
illorum cum tristitia ad inferos. Tunc Angelus Ra
phael dixit ei, Audi me & ostendã tibi qui sunt qui
bus prævalere potest dæmonium ij nanq; qui cõiu-
gium ita suscipiunt, ut Deum à se, & à sua mente ex
cludant, & suæ libidini ita uacẽt, sicut equus & mu-
lus, quibus non est intellectus, habet potestatem dæ
monium super eos. Tu aũt cum acceperis eam in-
gressus cubiculum per tres dies continẽs esto ab ea,
& nihil aliud nisi orationibus uacabis cum ea, ipsa
aũt nocte incenso iecore piscis fugabitur dæmoniũ.
Secunda uerò nocte in copulatione sanctorum pa-
triarcharum admitteris. Tertia uerò nocte benedi-
ctionem cõsequeris, ut filii ex uobis procreentur in-
columes. Transacta aũt tertia nocte accipies uirginẽ
cum timore Dñi amore filiorum magis, quàm libi-
dinis ductus, ut in semine Abrahæ benedictionem
in filiis consequaris. Porrò ritus diuersarum gentiũ
ipsos maritos ad hanc mentem adhortantur. Beo-
tiis enim & Locrensibus, nihil erat in sponsalibus
firmum, nisi sponsus & sponsa in ara Eucliæ Virgi
ni dicata prius libarent. Rati, haud aliter matrimo-
nium esse, nisi more solemni libassent qui mos Ro-

tnę qñdoq; inualuit. At apud Indos, nisi nubentes unguento, quod ex arboribus Phasis fluminis distil lat delibuti forēt, neq; matrimoniū; neq; cognationis iura legitimè cōtrahi putarūt. Sicut Atheniēsib. nulla dabatur nuptui, ni prius Dianæ sacra obiisset: postea uestē induebat, cui nomen dixere crocoton. Armeniis mos fuit, ut uirgines in antiquissimo, & sanctissimo Anelidis deæ tēplo constituerentur, atq; ibi iungerentur maritis. Atqui Christiana Ecclesia perfectissimum & diuinū morem obseruat, obseruātibusq; salutarē præstat Benedictio enim Dei adest. Væ igitur resistentibus nuptiali, atq; coniugali disciplinæ Ecclesiasticæ, quā sacri canones elegantissimè præscribunt: à quibus quicunq; mariti recesserint, incommoda matrimonii sibi imputent, non Deū, non Eccclesiam pontificiam, non uxorem, sed se in quam semetipsos incusent. exequantur mandata Ecclesiæ, & gaudebūt facto, habebūtq; pro mala uxore
9 bonam, nimirum fugabunt dæmonium. †Iam uerò quæ ratio conuictus erit, haud latere potest, præsertim respicientem ad Patriarchas. Abrahā nanq; cū uxore sua Sara sanctè uixit, defunctam planxit, multoq; fleto prosequutus est summa cum pietate, & honore sepeliuit. Isaac similiter Rebeccam uxorem pudicam & amantissimam cum omni modestia obseruauit. Iacob syncerè adhæsit Lyæ, atq; Racheli, quæ ædificauerunt domum Israel. Booz uerò sanctissimè duxit Ruth Moabitidem, & erga illam benignissimè uixit. Helchana arctè dilexit, & defendit Hannam uxorem matrem Samuelis. Tobias senior, & huius filius Iunior cum suis coniugibus præclarissimè, & fœliciter uitam transegerunt. Imò Iunior Tobias uidit quintam generationem, filios filiorum suorum. Iob quoque uir simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo cùm audiret dicentem uxorem, Adhuc permanes in simplicitate tua? Benedic Deo, & morere, candidè respon-

Gen. 23. *Ruth. 1.* *1. Reg. 1* *Tobiæ 13* *Iob. 2.*

respondit, Quasi una de stultis mulieribus loquuta es. Si bona suscepimus de manu Dñi, mala quur nõ sustineamus? Ecce quam benignè & quanta uirtute erudit uxorem suam. Quare Dñs benedixit nouissimis Iob magis, quàm principio eius. Helchias auté, & uxor eius laudauerunt Deum pro filia sua Susanna, cũ Ioachim marito eius, & cognatis omnibus, quia non est inuenta in ea res turpis. Zacharias uerò pater D. Ioãnis uxorem Elisabetham summa charitate, & modestia amplexus est. Deniq; Iosephus quanta ueneratione, cura, & protectione D. Virginẽ sibi desponsatam coluerit, ineffabile est, præsertim consideranti quod aliundè quàm ex se animaduersam uterum gestare noluit diffamare, quia uir iustus erat. Hi duodecim uiri sancti & mariti fœminarũ, exemplo hodie erunt omnibus Christianis coniugatis, quo pacto ipsi sint capita suarum uxorum, & erga has se gerant. Prolixitatis causa supersedeo exẽplis ethnicis, inter quæ Socrates suos Athenienses instituens, de pietate etiam malis uxoribus exhibẽda primo loco commemorari potest: nimirum bona doctrina & patientia omnes iniurias uxoris superauit, imò ut domesticum incitamẽtum ad uirtutem, semper amauit, in quo illud mirabile fuit, quod clarus sapientia eodem semper uisus est uultu, nec aut hilari magis, aut turbato. †Singulare autem exemplum pietatis amorisq; coniugalis apud Romanos Gracchorum mater occurrit, in cuius domo deprehensis duobus anguibus, cum responderetur ipsum uicturum alterius sexus interempto, imò uerò, inquit, meum necate. Cornelia enim iuuenis est, & parere adhuc potest. Hoc erat uxori parcere & Reip. consulere, semper tamen bonum maritum agere, quam in Repub. magnum uirum esse ueteres censuerunt, Neq; parum Paulo Aemilio datum est probro quod uxorem dimisisset: sed quũ ea de causa argueretur, quod fœcundam, & formosam cuique longo tempore

Iob. 42. *Dan. 13.* *Luc. 1.* *Matt. 1.* *Vide Xenophont. de dict. & fact. Socra.* 6

tempore iunctus fuisset, Papyriam uxorem dimisisset, calceos indutus pulchros ostendit, respondit que eos speciosos quidem uideri, sed neminem præter se scire, qua parte suos digitos premerent. Marcus Lepidus Apuleiæ uxoris charitate post repudiũ obiit. Mæcænas quod dimissam uxorem sæpius repetiuisset, ab omnibus derisus fuit. At uir quum sit caput uxoris, hoc suum officium tueatur, non eam profligate diligat, sicut Seneca refert se cognouisse quendam ornatum hominem, qui exiturus in publicum fascia colligabat uxoris pectus, & ne puncto quidẽ horæ præsentia eius carere poterat, potionemq; nullam sibi nisi alterius tactam labris, uir & uxor hauriebant. Alia deinceps non minus facientes inepta, in quæ improuida uis ardentis affectus erumpebat. Hic dicit D. Hieronymus, quod origo quidem amoris honesta erat, sed magnitudo deformis: nihil aũt interest, ex honesta causa quisquam insaniat, unde & Sextus in sententiis: Adulter est, inquit, in suam uxorem amator ardentior: in aliena quippe uxore omnis amor turpis est, in sua nimius. Sapiens uiri iudicio debet amare cõiugem, non affectu; reget impetus uoluptatis, ne præceps feratur in coitum. Nihil est fœdius quàm uxorem amare quasi adulterã. Vnde pars disciplinæ coniugalis conficitur ab ethnicis quoque tradita: ut ad Vxorem maritus accedat magna cum temperantia, modestia, pudore. Fas & honestatem seruet in opere, fidem, & moderationem in conuersando: lenitatem in uerbis, parua peccata ignoscendo: per ignorantiam facta monendo in metu coniuncto cum pudore, & uerecundia contineat, eamque dilectione misceat, ita ut suam uxorem cæteris omnibus chariorem habeat & præferat. Nihil autem à marito maius meliusq; uxori potest præstari, quàm sancta, inuiolata, intemerataque societas uitæ. Talem Homerus describit bonũ uxoris Penelopes maritum, & semper de illa sollicitũ.

 Adeo

Adeo est autem maritus uxoris suæ caput, ut in concilio apud Compedium habito ita statutum sit, si quis accepit uxorem, & habuit eam aliquo tēpore, & fœmina dicat, quod nunquam coijsset cum eo, si uir negat, in ueritate uiri consistit, quia uir caput est mulieris. Egnatius Mecennius uxorē occidit quod uinum è dolio bibisset, & à Romulo absolutus est cædis. Si quid enim ab uxore debitum esset, aut si quæ simultates offensionesúe forent, siquidem leuia & per ignorantiam admissa, clementi animaduersione & mollissimis pœnis Lacedæmonii emendabāt: si quid uerò grauius, de eo uir non in iudicio, & foro, sed remisso iudiciorum munere, ne litibus obstreperent, cum propinquis tanquam domesticis iudicibus cognoscebant, quicquid dissidii foret, in sacello deæ Viriplacæ, illarumq; contumaciam pœnis mollioribus, aut sæuerioribus cohibebant. Quod & Tyberius Cæsar Romæ obseruari iussit. Sæpius itaque offensa uxoris permissa fuit iudicio mariti. Nam Pomponia Græcina capitis, & famæ postulata, iudicio mariti insons renunciata est. Adeoq; morte maiorum muliebri pudori consultum fuit salubri temperamento, ut ne priuatam quidem rem agere fœminas nisi auctore uiro permiserint. Quamobrē D. Petrus scripsit, Viri similiter, ait, cohabitent uxoribus secundùm cognitionem tanquam infirmiori uasi fœmineo, & dent honorem tāquam cohæredes gratiæ uitæ æternæ. Capitis enim officium est, ut bene & secundùm scientiam regat Maritus itaque eo officio probè fungatur. Proximum est autem ut id sit maritus uxori, quod bonus seminator, aut colonus est aruis, prolis nanque causa ducitur uxor, ut rectè Virgilius cecinit.

1. Pet. 3. b

Vina sitim sedent, natis Venus alma creandis
Seruiat: hos fines transsiluisse nocet.

Et Alciatus non ineptè huc allusit.

Ecce puella uiro quæ dextra iungitur, ecce,

Vt sedet, ut catulus lusitat ante pedes.
Hæc fidei est species, Veneris quam si educat ardor,
Malorum in læua non malè ramus erit.
Poma etenim Veneris sunt. Sic Scheneida uicit,
Hippomenes petiit sic Galatea uirum.

Ad illud Fausti Andrelini.

Nomina seposita ueneranda libidine gestat,
Quam iunxit casto copula sancta Thoro.
Vxor habenda uenit, non ut saturata libido,
Sed sit in æternos aucta propago dies.

Lacedæmonii grauibus pœnis mulctabant, qui libidinis, uel rei quærendæ causa, non prolis duxissent uxores. D. Ambrosius super epistolam Pauli ad Corinthios: *Si*, inquit, causa procreandorum liberorū ducitur uxor, non multum tempus concessum uidetur ad ipsum usum, quia & dies festi, & dies ꝓcessionis, & ipsa ratio conceptionis, atq; partus, iuxta legem, cessare, usum carnis his debere tẽporibus demonstrant. Porrò quod eæ ulmus suæ cōiugi, nimirum uiti, id erit, maritus uxori, quodq; murus Hederæ, olea smilaci asperæ, Betula lupulo, Salix nigræ 13 uiti: quod etiam columbus columbo. Prima his, pudicitia, & neutri nota adulteria, coniugii fidem nō uiolant, communemq; seruant domum, nisi cælebs aut uidua nidum non relinquit, parturienti solatia & ministeria ex more. Huc Ausonius quod cecinit, referri potest. *1. Cor. 7.*

Ite, ite, o pueri, pariter sudate medullis.
Omnibus inter uos non murmura uestra columbæ,
Brachia non hederæ, non uincant oscula conchæ.

Non enim maritus abiiciat curam suæ uxoris, ne cadat sicut docetur illo Epig. Martia.

Casta, nec antiquis cedens Leuina Sabinis,
Et quamuis tetrico tetrior ipsa uiro
Dum modo Lucrino, modo se committit Auerno,
Et dum Baianis sepe fouetur aquis.
Incidit in flammas iuuenemque sequuta relicto

Coniuge, Penelope uenit, abit Helene.

14 †Rursus quid uxor debeat marito disquiramus, quo utriusq; mutuo, amore & officio hæc combinatio faustum fœliceq; sortiatur effectum. Primum est haud dubiè bonę & ingenuæ mulieris, agnoscere infirmitatem suæ naturæ, huiusq; remedium à marito petere. Quemadmodum non est bonum hoīem esse solum: ita longe peius est mulierem esse solam. Væ homini soli, magis aūt Væ mulieri soli, nam si ceciderit, non habebit subleuantem sese. Sicut nāq; uitis ut fructum proferat ut crescat benè, ulmū uel perticam, aut arundines, similiaq; adminicula desyderat: ita & uxor postulat maritum. Oēs aūt uolubiles herbæ sine adminiculis pereunt, uel degeneres pro bono malum semen producūt, malum florem, malum fructum: si fœmina uult esse frugi, iungat sibi socium, quærat, & huic adhæreat obediēs in omnibus. Socius hic est maritus, huic se tanquam infirmum uas, teste D. Petro, commēdet, ab hoc discat, & hunc colat cum oī pietate, & obsequio. Qui infirmus est, medicum quærat, sic enim scriptum est, locū da medico. Cæterum infirmum uas est mulier: & huius assessor, aut medicus quis est, nisi maritus? Melius est enim nubere quàm uri. †Flammę itaq, illius quis erit medicus alius, quàm maritus, ut cui mulier nubat. quatenus uxor uas infirmū est, eatenus medicum à Deo datum nouerit maritū, in cæteris aūt morbis alios pro ratione necessitatis medicos accersere potest: interim non nego quin mulier quę continere cupit recursum habeat ad eum qui dat cōtinentiæ donum, ut postea dicetur, in omnibus tñ hoc requiritur, quod est in aphorismis Hipocratis, neq; medicum oīa præstare oportet, sed & ægrum & assidentes. Obtemperantem Medico ægrotum esse oportet: †Quare uas infirmum suo medico obtēperantissimum quoque esse debet. Hoc est quod Paulus: Mulieres, inquit, uiris suis subditę sint sicut Do

Gene. 2. Eccle. 4. 1. Pet. 3. Eccl. 38 1. Cor. 7. 15 Ephes. 5 Colos. 3. 16 ad Tit. 3

mino

mino & uxor timeat uirum suum. Iterũ dico, quod 1. pet. 3.
uxor est tanquam corpus mariti, nimirum capitis. Ephes. 5
Qm̃ ita dicit Paulus: Ita & uiri debent diligere uxores suas, ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, se ipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. Lex ipsa testatur, dixitq; Adam: Hoc Gen. 2.
nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc uocabitur uirago, quoniã de uiro sumpta est. Quid amplius. Quia membra corporis, totumque corpus subiectum est capiti, nutumq; huius sequit᷑. Igitur uxor præter naturam sciat esse, & irrationale nõ obtemperare marito, aliud uelle quàm uelit maritus, fateatur maritum esse suum caput, sua ossa, suã carnem, suum principem: ab hoc discat, nefasq; putet scire quæ marito displicent, nihil agat inconsulto aut inuito marito, & quæ alij in marito improbare poterunt, ipsa laudabit. Dictum fuit Viro celebri, quod aĩa fœteret ipsi, qui de dissimulato uitio suam rogat uxorem, hæc respondit: putabam omniũ maritorum animam sic olere, corporis sanitati, & uenustati non nisi ad mariti arbitrium studeat. Mores mariti bonos imitetur. Nihil autem amabilius, nec copulatius, quàm morum similitudo bonorũ. In quibus enim eadem studia sunt, eædem uoluntates, in his fit, ut æquè quisq; altero delectetur, ac seipso; efficiturque id, quod Pythagoras uult in amicitia, ut unus fiat in pluribus. Ideoque id nulla in re magis quam in matrimonio obseruandum est, ut in quo duo erunt iuxta mandatum Dei in carne una: & ut Pythagoras dixit, una anima ĩ corporibus duobus. Ideoq; Pythagoras docuit uxores pudicitiã, & obsequia in uiros. Genitricem uirtutum frugalitatem omnibus ingerebat, tantum consequutus fuit assiduitate disputationum apud Crotoniatas, ut matronæ auratas vestes, cæteraq; dignitatis suæ ornamenta uelut instrumenta luxuriæ de consensu maritorũ

deponeret,eaq; omnia delata in ædem Iunonis ipsi deæ consecrarent. Præferens uera ornamenta matronarum esse pudicitiam, non uestes, & obsequia in maritos. Iam uerò plurima pudicitię exempla, Pudicissima fęmina semel matronarum sententia iudicata est Sulpitia Paterculi filia uxor Fuluii Flacci, electa ex centum prouinciis, quæ simulacrum Veneris ex Sybillinis libris dedicaret. Irerum Religionis experimento Claudia inducta Romam, deorum matre, addi potest Lucretia Tarquinii Vxor in lanificio inuenta fidissima mariro. Nec omitti debet illa, cuius Epitaphium Martialis habet, nobilemq; fœminam fuisse inscriptio testatur.

*Vide val Max.

Marmora parua quidem sed non cessura Viator,
Mausoli Saxis Pyramidumque leges.
Bis mea Romano spectata est uita Terento,
Et nihil extremos perdidit ante rogos.
Quinque dedit pueros, totidem mihi Iuno puellas,
Clauserunt omnes lumina nostra manus.
Contigit & thalami mihi gloria rara, fuitque,
Vna pudicitiæ mentula nota meæ.

Romæ quoq; fanum pudicitiæ plebeuæ in Via lata fuit, & alterum patriciæ pudicitiæ in foro Boario ad ædẽ Herculis rotũdam, cuius pudicitiæ signum præterq̃ ab ea, quæ uni nupsisset, castissima matrona attingi, aut in ęde litari nulli pmissum fuit. Ineunti rationem Reib. Romanę, tum hæc inclinationẽ accepit, cum subuersa est pudicitia. Nam Romę in capitolio in capite bis bello persei enata palma uictoriam portendit, ac tempestatibus prostrata, eodem loco ficus enata est. M. Messalæ. C. Casii cẽsorum lustro, à quo tempore pudicitiam subuersam Piso grauis author, inquit Plinius, prodidit. Ficus nanque unde & morbi Venerei nomina sua traxerunt, &, ficosi uiri uxores, imò quoq; denominatur familia ficosa apud Martialem, quo modo symbolum impudicitię

dicitiæ habeat non est huius loci edisserere. Paulò post sacra Bonæ Deæ fuere uiolata, & mox bellum ciuile exarsit, quo Respubl. Romana euersa fuit. Quid mirum est ergo, si salus familiæ, læsa pudicitia concidat. Sacræ uerò litteræ pulcherrima exẽpla suppeditant, ut Saræ erga Abrahamum: Rebeccæ erga Isaac, Susannę erga Ioachimũ. Porrò si fœmina est os de ossibus uiri, sicut scriptura dicit, procul dubio esse debet mariti basis, & subleuamen: ut in cuius adiutorium creata est à Deo. os enim corporis humani firmitas est, & basis, Huic innituntur oẽs corporis partes, & hoc totam molem sustentat, quod q̃dem rectè sensisse uidetur Theogena uxor Agathoclis Regis Siciliæ quę primò ab ægro marito nullo modo passa est se diuelli: coacta tamẽ deprecata est, ne uirum deseruisse uideri posset, subiungens nubẽdo se non prosperè tantum, sed oĩs fortunæ inisse societatem, nec inuitam spiritus sui periculo emptu ram, ut extremos uiri spiritus exciperet, & exequiarum officium, in quod profecta se nemo sit successurus, obsequio debitæ pietatis impleret. Necessitate cogente, ac ipsum Regem ut abiret mandantẽ oscu lis fatigabat: Nec minus senis Regis lachrimæ miserabiles erant. Hypsceratæ quod Mithridatis Regis ponti uxor deuictum profugientemq; maritum in omnibus aduersitatibus sequuta est. Memorabile est exemplum fœminarum Lacedæmoniarum, quæ captiuos uiros liberauerunt mutatis uestibus, ipsęque in captiuorum locum se subiecere. Penelope quoque Vlyssem sequi uoluit, ut patet ex hoc Epigrammate.

Epigr. 7. Vide Anto. Sabel. in lib. exempl.

Genes. 2

Penelope desponsa sequi cupiebat Vlyssem,
Ni secum Icarius mallet habere pater.
Ille Ithacam hic offert Spartam, manet axia uirgo,
Hinc pater inde uiri mutuus urget amor.
Ergo sedens uelat uultus, obnubit ocellos,
Ista uerecundi signa pudoris erant.

O 5 *Queis*

Queis sibi Prælatum Icarius cognouit Vlyssem,
Hocque pudori aram schemate constituit.

Ergo uxor quãuis absenti non adsit corpore amico, sic tñ agit, ut omnia referat ad uoluntatem, animoq; conceptam præsentiam mariti. Vxoris nanq; est domi manere, unde illi datũ fuit testudinis symbolum à Phidia, utpote quam decet cura tuendarũ opum, taciturnitatis, nutriendemq; prolis: sic uerè erit os mariti Vxor. Caro partium mollities est, & ornamentum: Ita Vxor quę est uiri caro, curas mariti, tristitiasq; leniet, unde Ecclesiasticus rectè: Beatus, ait, qui habitat cum uxore sensata. Nam prius dixit. Noli discedere à muliere sensata, & bona, quã sortitus es in timore Domini. Gratia enim, & uerecundiæ illius super aurum. Deniq; clare pronũtiat: Species mulieris exhilarat faciem uiri sui. Restat ut uas ipsum attingatur. Sed D. Petrus uocat uas fœminam, cui uir præsit, uasculum alij interpretantur. Paulus autem Thessalonicensibus scribit, Hæc est autem sanctificatio uestra uoluntas Dei, ut abstineatis uos à fornicatione, ut sciat unusquisq; uestrum, possidere uas suum in sanctificatione, & honore: nõ in passione desyderii, sicut & gentes, quæ ignorant Deum. Quanquam multi uas accipiunt pro ipso eu iusq; corpore, ut receptaculo animæ: tamẽ glossa ordinaria intelligit uas, possidere uxorem dñando.

Eccl. 25 *Eccl. 7* *Eccl. 36* *1. Pet. 3.* *1. The. 4* *Glos. ord*

18 † Neq; immerito: quoniam conceptio, partusq;, fœtus prolisq; nutritio, & educatio conuenit uxori, & à Deo mandata est, ut seruetur. Sic nanq; Paulus docet Timotheum. Mulier autem seducta in præuaricatione fuit, seruabitur autem per filiorum generationem, si in fide, & dilectione, & sanctificatione cũ sobrietate permanserit. Rursus idem paulò post, Volo igitur iuniores nubere, filios procreare, domui suæ pręesse, nullam occasionem dare aduersario con uitii causa, Adnotandus est hoc loco mos persarũ. Hi nanq; ingentia munera proponebant eis, qui pluri-

1. Tim. 2 *1. Tim. 4*

plurimos liberos progenuerant. Reges uerò Persarū adituri Persidem singulis mulieribus ad sobolis inuitamenta singulos aureos dare consueuere, prægnātibus uerò duplices, plures eis qui pepererant, mulieribus quæ trium liberorum matres forent, etiam uiuo patre testari & sine curatore de bonis disponere, negotiaque alia gerere permissum erat, & Romæ his ius trium liberorum solemne fuit. Filiorū causa uxor adhærebit marito, & erit ut uitis, unde propheta Dauid de uxore uiri beati dicit, Vxor tua sicut uitis abundans in lateribus domus tuæ, & filii tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Hæc est summa benedictio. Campanæ fœminæ glorianti de diuitiis suis & thesauris, Sempronia ostendit filios, hosq; esse suas diuitias prædicauit. Demum ut connubio exempla naturalia statuamus, appingimus Elephantes, utpote adulterii omnis expertes, & cōiugalis uinculi tenacissimos. nulla his propter fœminas inter se prælia, cæteris animalibus perniciosa, tum columbas, ut quæ nisi cœlebs aut uidua nidum non relinquit: & imperiosos mares subinde etiam iniquos ferunt: quippe suspitio est adulterii, quamuis natura non sit. Tunc plenum querela guttur, sæuiq; rostro ictus: mox in satisfactione exosculatio, & circa ueneris preces crebris pedum orbibus adulatio. Amor utriq; sobolis æquè: sæpius, & ex hac causa castigatio, pigrius intrāte fœmina ad pullos. Nec temerè lex uoluit die purificationis offerri par turturum, uel duos pullos columbarum. Atque hæc hactenus coniugalia consilia paucis perstrinxisse in genere placuit. Addam nunc loca, & auctores quosdam.

Psa. 127

Val. Max

Loca quædam digna notatu.

Paulus ad Hebræos: Honorabile est connubium, ait, in oībus, & thorus immaculatus. Fornicatores enim *Heb. 13.*

enim & adulteros iudicabit Deus.

z Quid autē maritus. Homo qui uxorem habet: contra uxor quæ maritum, correlatiua sunt, neque alterū sine altero intelligi datur: sed maritum spiritualem accipere possumus, qui spōsam habet sanctā Ecclesiam. Sic in Cātico canticorū, sponsa Christi ipsa Ecclesia exponitur: & Matthei 25. sponsus uocatur

Mat. 25 Christus. Nostrum autem propositum non est de spirituali cōiugio, sed egimus de temporali de quo plurimi auctores scripserunt, ut D. Tertullianus: S. Augustinus de bono coniugali: de adulterinis coniugiis: de nuptiis ad Valentium, pluribusq; locis aliis commētarii super Vetus & Nouum Testament. D. Hierony. contra Iouinianum, & de Virginibus. Huius illud annotandū est. Veniā ad maritatas, & quæ mortuis uel occisis maritis suis supetuiuere noluerunt, ne cogerentur secundos nosse concubitus & q̃ mire unicos amauerint maritos. Dido soror Pygmalionis multo auri & argenti pondere cōgregato in Africam nauigauit, ibiq; urbē Carthaginem condidit, & cum ab Hyarba Rege Lybiæ in coniugiū peteretur, paulisper distulit nuptias, donec conderet ciuitatē. Nec multo post extructa in memoriā mariti quondam Sychæi pyra maluit ardere, quàm nubere secūdo. Casta mulier Carthaginē condidit, & rursus eadē urbs in castitatis laude finita est. Nam Hasdrubalis uxor capta & incensa urbe cum se cerneret à Romanis capiendam esse, apprehensis ab utroque latere paruulis filiis in subiectū domus suę deuolauit incendium. Quid loquar Nicerati coniugē, quæ impatiens iniuriæ uiro illate, mortem sibi ipsa cōcinit, ne triginta tyrannorum, quos Lysander uictis Athenis imposuerat, libidinē sustineret. Hæ Ethnicæ fuere. At Christianę mulieres longè debent esse sanctiores. Nam uerum est illud Alciati.

Cum fuerit in Venerem, Pelagi se in littore sistit,
Vipera, & ab stomacho dira uenena uomit.

Muræ-

Muraenamque ciens ingentia sibila tollit.
At subito amplexus appetit illa uiri.
Maxima debetur thalamo reuerentia coniunx.
Alternum debet coniugi & obsequium.

Maxima nanque in matrimonio reuerentia debet adesse: longè abesse Viperina natura, quæ collum marito pręcindit satura amplexu, aliud est enim matrimoniũ Christianũ, aliud infideliũ. De matrimonio itaque Christiano Canonicæ leges agũt, & uberrimè hanc materiam explicant, à causa 27. usque ad finem causarum legalium. Matrimonium uerò contrahendum impedientia, ut iam contractum dirimentia sunt, quæ paucis his uersibus continentur.

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen,
Cultus: Disparitas: Vis: Ordo: Ligamen: Honestas.
Si sis affinis, si forte coire nequibis.
Hæc socianda uetant, connubia facta retractant.

21 In cæteris autem obseruandum est illud Pauli ad Titum. Adolescentulas decet ut uiros suos amẽt, filios suos diligãt, prudentes, castas, sobrias, domus curam habẽtes, benignas, subditas uiris suis, ut nõ blasphemetur uerbum. Itaq; ad Colloss. elegãs est mãdatum, Mulieres subditæ estore uiris, sicut oportet in Domino. Viri diligite uxores uestras, & nolite amari esse aduersus illas. Horum si quis largiorem expositionem quærat, legat Chrysostomum super Matthęi capi. 19. Gregorium. lib. Moralium duodecimo Ambrosum de Patriarchis ubi ait, qđ in omni matrimonio spiritualis cõiũctio intelligitur, quã cõfirmat, & ꝑficit cõiũctorũ cõmixtio corporalis: Sed ex neotericis nõ pauci sunt, qui hãc materiã tracta uerũt, quorũ ferè studiũ fuit oĩbus ostẽdere matrimoniũ esse thorũ immaculatũ, cõtra quã Eucratitæ Hæretici, qui dissuadebant. Nicolaitę uerò improbati ẽt in sacrã scriptura, nimis tamẽ lãte proruperũt:

Tit. 3.
Coloss. 3
Mat. 19

quos

quos quidem à ueritate Catholicæ Eccleſiæ aberrantes Deus iudicabit.

Remiſſiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Teſtamenti.

Geneſ.	1.c.d.		12.c.
	4.de bigamia		14.d.
	Lameth.		19.c.
	16.a.		21.a.
	21.c.	Ruth.	4.c.
	23.d.	1.Reg.	1.a.
	27.g.		30.f.
	29.g.	2.Reg.	11.d.
	30.b.c.		12.c.
	34.b.	2.Pharalip.	11.d.
Exodi.	2.a.d.	1.Eſdræ.	9.d.
	18.a.	3.Eſdræ.	4.c.
	19.c.		8.g.
	21.a.		9.a.
	22.c.	Tobiæ.	3.c.
	34.b.		6.d.
Leuitici.	18.a.		7.b.c.d.
	20.b.g.		8.a.
	21.b.c.		9.d.
Nume.	5.b.		10.d.
	14.a.	Heſter.	1.d.
	30.b.c.	Pſalm.	127.a.
	36.a.	Prou.	30.c.
Deut.	5.b.	Eccleſ.	9.b.
	17.d.	Eccli.	23.d.
	20.b.		25.a.
	21.b.	Hierem.	3.a.
	22.d.		44.a.
	24.a.	Baruch.	6.d.
	28.c.	Ezech.	18.b.
	Iudic.3.a.	Daniel.13.de Suſanna.	
			Ozeæ.

Ozeæ.	1.		16.d.
	12.		17.f.
Amos,	7.d.		18.e.
Malach.	2.d.		20.f.
1.Malachab.	1.	Roma.	7.a.
2.Malachab.	14.	1.Corin.	7.a.
Matth.	4.c.	2.Corinth.	5.
	19.a,b.	Ephes.	5.
	22.	Coloss.	3.d.
Marci.	6.b.	1.Timoth.	2.c.
	10.a.		3.c.
	12.c.		5.b.
Lucæ.	1.a.	Tit.	2.a.
	2.a.	Hebræ.	13.a.
	3.d.	1.Petri.	3.b.
	14.d.		

DVODECIMVM THEMA.

DE VIRGINIBVS, ET STAtu Virginitatis, castæque uiuentium.

SVMMAE.

1 *Præparatio ad commendationem Virginitatis.*
2 *Quid nomine Virginis intelligamus.*
3 *Docetur nihil esse incundius, ac utilius Virginitate, ut per quam noxiæ flammę extinguuntur.*
4 *Quod bona Virginitatis meditando, quiuis disponitur ad Virginitatem, & primò quod Virginitas Angelicam naturam refert.*
5 *Secundo quod Virginitas inæstimabilẽ thesaurũ obtinet.*
6 *Virginitas est diligenter custodienda.*
7 *Vbique pudor Virginibus seruandus.*
8 *Prõpta uolũtate capessenda & Seruãda est Virginitas.*
9 *Virtus Virginitatis in puritate mentis consistit.*
10 *Ad custodiendam Virginitatem, quæ uitanda sint.*

Oculos

QVod si ille obscœnorum carminum auctor lectorem inuitat hoc modo.

Carminis incompti lusus lecture procaces,
Conueniens Latio *pone supercilium.*
Non soror hic habitat Phœbi, non Vesta Sacello,
Nec quæ de patrio uertice nata dea est.

Equidem doctrina Christiana permotus, & compulsus non solùm lectorem admonuero, ut conueniens Latio sumat supercilium, sed etiam ut semet uelit castrare propter regnum cœlorum. Hoc nanque, attestante Christo, tantum mysterium est, ut qui potest capere, capiat, fere fit ut omnia pulchra sint difficilia. Virginitatis donum pulcherrimum est, *Mat.19.b* & ante omnia Deo omnipotenti amicissimum: utpotè qui filium suũ de uirgine uoluit nasci. Et quia non omnibus hæc Virginitatis doctrina grata est, paucique cupiunt coronam intemeratam cum summis laboribus contingere: tantò ego ardentius hoc negotium pertractabo, quæque Virgines decent,

cent, percurram breuiter, & ut ait ille in Remedio amoris.

Hæc eadem pueris, eadem sint dicta puellis.
Vtraque diuersis partibus arma damus.

Est enim commune nomen, etenim Virgo significat tam marem, quàm fœminam rei Venereæ expertem prorsus. Quid uerò potest esse utilius, ac iucundius quàm flammas extinguere?

Vtile propositum sæuas extinguere flammas,
Nec seruum uitijs pectus habere suum.

Sic rectè Ouidius cecinit. Nã quid aliud est amor Veneris, quàm flamma, uel potius cæcus ignis: ut Vergilius innuit de Didone.

At Regina graui iamdudum saucia cura,
Vulnus a it Venis, cæcoque carpitur igni.

Hic ignis semel accensus incendia sumit, ut est illud in Piramo & Thisbe uerum.

Sed uetuere patres quod non potuere vetare,
Ex equo captis ardebant mentibus ambo.
Conscius omnis abest, nutu signisque loquuntur,
Quoque magis tegitur, tanto magis æstuat ignis.

Sed huius flammæ primum est remedium animus uirginitatis amantissimus, & fuga omnium eorum, per quæ animus ad obscœna, & Venera uocari, & allici potest: atque inculcatio, meditatioque continua sanctæ Virginitatis: alterum castratio, tertium permittitur quidẽ & est matrimoniũ legitimũ, atque ratum, Melius nanq; est nubere, quàm uri. Cætera flãmæ illius remedia sunt inopia. Animus uerò redditur amãtissimus Virginitatis, si in bonis huius exerceatur, quæ non parua sunt. Virgines enim agnum sequuntur, quocunque iuerit: cum Angelica natura participant, & Angeli eorum in cœlis semper uidẽt faciem patris qui est in cœlis. Sic enim D. Hieronymus de assumptione D. Virginis scribit. Bene Angelus ad Virginem mittitur: quia semper est Angelis cognata uirginitas, profectò in carne præter carnem uiuere

1. *Co.* 7.
Apo. 14

uiuere non terrena uita est, sed cœlestis. unde in carne Angelicam gloriam acquirere maioris est meriti, quàm habere, esse enim Angelum fœlicitatis est, esse uerò Virginem uirtutis, dum hoc obtinere quis nititur cum gratia quod Angelus habet ex natura. Vtrumque tamen, & esse uirginem & Angelum diuini muneris officium est, non humanum. Præterea Thesaurum inæstimabilem obtinet uirgines. Sic enim habetur Geneseos uicesimo quarto de Rebecca ꝙ fuit uirgo pulcherrima & incognita uiro Virginitas enim Thesaurus imprecabilis est. At quis hic uerus Thesaurus, & summus alius, quàm Christus, qui ex uirgine nasci uoluit, unde de D. Virgine sic Mantuanus cecinit.

Quis Mariæ posset laudes æquare loquendo?
Nulli adeo uiuax animi solertia nulli
Tam fœlix aderit florentis gloria linguæ.
Quæ data sunt illi nunquam mortalibus ullis
Antea concessit, uel post concedet Olympus.

Huc facit officium D. Virginis, & Horę, ut uulgo uocant, laudes D. Virginis, quæ in Ecclesia recitantur, & quas Christi uestigijs insistentes meditantur, ut in Virginitate perpetua perdurent, nec omitti debent ea, quæ sancta Ecclesia recitat de uirginibus, sanctis martyribus, confessoribusque. Nimis longũ foret ea hic perstringere: usum tamẽ ostendisse oportuit nimirum ut animus iugi hoc exercitio alienetur à carnalibus, factaque sanctorum, sanctarumque uirginum imitanda sedulo statuat. Nam præclarè D. Augustinus epistola centesima uicesima octaua sic habet: Beatius est, prædicans, in carne imitari uitam Angelorum, quàm ex carne augere numerum mortalium. Hæc est uberior, fœcũdiorque fœlicitas, non uentre grauescere, sed mente grandescere, non lassescere pectore, non uisceribus terram, sed orationibus cœlum penetrare, imò cœlum parturire. D. Ambrosius libro de Viduis sic scripsit: Supergredi-

tur

tur Virginitas conditionem naturæ humanæ, per quam homines Angelis assimilantur, maior tamen est uictoria virginum, quàm Angelorum. Angeli enim sine carne uiuunt, uirgines uero in carne triumphant. Obiter illud insigne virginitatis exemplum subnectam, quod eleganti Epitaphio patet.

Vuarinus Michael iuuenilibus occidit annis,
Moribus ambiguum, maior an ingenio.
Disticha composuit docto miranda parenti,
Quæ claudunt gyro mystica magna breui.
Sola uenus potuit lento succurrere morbo,
Ne se pollueret, maluit ille mori.
Hic iacet ille pudor patri decus, unde iuuentus
Exemplum, uates materiam capiant.

Vtinam illi, quibus à Deo mandata est continentia, hoc sequantur. Hæretici detestabilissimi sunt, ferrei, & diabolici, qui refracta omni pudicitiæ ueneratione, refractis monasterijs, ruperunt virginitatis
6 postes. Deus illos puniat. † Porro ueteres Palladem pinxerunt armatam, non alia de causa, quàm quod multis diligentiis, & armis mẽtis ad bona opera intentè custodienda est Virginitas, sic habet Epigramma dignum memoria.

Vera hæc effigies innuptæ est Pallados, eius
Hic draco qui dominæ constitit ante pedes.
Cur diuæ comes hoc animal? custodia rerum,
Cui data sit, lucos templaq; sacra colit.
Innuptas opus est cura asseruare puellas,
Peruigili, laqueos undique tendit amor.

7 †Proinde D. Ambrosius sic scripsit libro de virginitate, Vbique in uirgine comes singularum uirtutum est pudor. Hic indiuiduus debet esse uirginitatis: ut sine quo non potest esse uirginitas. Teritur officijs pudor, audacia emicat, risus obrepit, modestia soluitur dum urbanitas affectatur. Idem super Lucam illud habet. Trepidare est uirginum, & ad omnes

Ambrosius de Viduitate. omnes uiri ingressus pauere: omnes uiri affatus ue reri. Disce uirgo uerborum uitare lasciuiam. Maria etiam tacet in salutatione Angeli: Itaque Virgo quæ Christum requirit, non debet esse uulgaris, non in foro, non in plateis, non uoce querula, gressu lubrica, auditu facilis, aspectu uilis, & claude, ait, uas tuũ ne effluat unguentum. claude uirginitatem uerecun dia loquendi, & abstinentia gloriandi: quisque hoc

Idem de 8 uirg. lubenter faciat.†Nam teste Ambrosio non est casta, quæ metu cogitur, nec honesta quæ mercede condu citur. Voluntas nanque etiam ardua negotia reddit facilia, ut canit ille. *Omnia conando facilis solertia uincit. At in magnis aliquid, & uoluisse sat est.* Hoc requiri tur ut uelit uirgo manere uirgo, si uotum uirginita tis fecerit, quod utique certam uoluntatem sequitur tum nubere uelle nefarium est. Nam S. Augustinus lib. de Continentia Viduali exprimit hanc rẽ apertè. In coniugali, inquit, uinculo, si pudicitia conseruatur, damnatio non timetur: sed in virginali, ac vi duali continentia excellentia muneris amplioris ex petitur: qua expetita, & electa, & uoti debito oblata iam non solum nuptias capescere, sed etiam si nõ nu bant, nubere uelle damnabile est. Cogitandum est

Matt. 5 autem, quod præcipua uirtus uirginitatis, atq; laus in mente consistit. Matthæi quinto docetur, quod, qui uidet fœminam ut concupiscat eam, iam in corde suo mœchatus est, itaque non uirgo amplius, adhæc contra præceptum Dei peccatum fuit. Huc re-

Psal. 29. spexit D. Augustinus super Psalm. uicesimum nonũ sic scribens. Quid prodest integra caro, mente corru pta? Melius est humile coniugium, quàm superba virginitas. Atquæ est virginitas mentis? integra fides, solida spes, syncera charitas, nempe erga Deum & proximum spretis concupiscentiis carnalibus. Agnum sequi quocunque ierit, quid est? uirginita-

Apoc. 14 tem ipsius, uirginitate mentis & corporis imitari. Hinc sumuntur & ueniunt, qui soli, & solæ possũt

dicere

dicere canticum agni numero quadraginta quatuor milia. Prona itaq; , & spõtanea debet esse uoluntas amandæ virginitatis. Hanc facilè corporis sequetur dispositiones, uoluntas. n. corpus regit, sicut gubernaculum nauem, bona ergò uoluntas dirigat partes carnales ad obsequium Dei, ut fiat benedictio, & Angelica imprecatio, & pax in terra hominibus bonæ uoluntatis, posteaquam certa est determinatio continentiæ uirgineç, uitandá sunt omnia illa, quæ per carnalis concupiscentia potest irritari: ut si fieri possit fiat illud: Casta est quam nemo rogauit, uitentur picturæ amorum, Theatralia spectacula, lasciuiæ, & Gymnicæ saltationes. Luxuriæ. n. instra esse Iustinus dicit tympana, & tripudia, iõ legib. sæpius apud Romanos cautũ fuit, ne fœminis ad talia aditus daretur. Turpe aũt fuit uirginẽ interfuisse ludicris. Breuiter oĩa oculorũ obiecta ad lasciuiã prouocãtia abiiciãtur, amoueãturq; procul. uñ uilis aspectu nõ q̃rat nisi aspectu uilia, uerè inter oĩa certamina Christiã norũ duriora sũt p̄lia castitatis. Nã pp uaria obiecta ad amores ꝑuocãtia, cõtinua pugna, rarior uictoria: Rara. n. cõcordia formę, atq; pudicitię, Rara auis in terris nigroq; simillima cygno. Et illud ænigma. Luc. 2.

Est res in syluis quę scribitur octo figuris.

Vnde tribus demptis, uix unam ex mille uidebis.

11 †Sint oculi pudici. Nam rectè D. Augustinus in libro de uita communi clericorum scripsit: Ne dicatis uos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos. Quia impudicus oculus, impudici cordis est nũcius. Non uideãtur meretricũ opera, nõ cõptoria, nõ fucũ faciẽtia, nõ lenocinia, quæ quidem oĩa corruptibilia, noxia, fœtida, & fœda sunt, at virginitas æterna. Hoc solùm nunc dico, quod quomodo absque cæteris operibus uirginitas non saluat, sic omnia opera absque uirginitate, puritate, castitate, cõtinentia, imperfecta sunt, sicut D. Hieronymus ostendit. Sola est autẽ virginitas, quę in huius mor

 talitatis,

talitatis, & locô & tempore statum quendam im-mortalitatis, & immortalis gratiæ repræsentat, in qua nec nubent, nec ducēt, & erūt sicut Angeli. pulchrè. D. Bernardus in Epist. ad Senonenses hæc tractat: Porrò pudicus oculus ianitor est cordis, sedet
Mat. 22 ad ianuā nec permittit intrare quod noceat: nihil nūciat, nisi quod deceat, quicquid indecens nouerit esse, excludit, & eliminat, contra impudicus, quærēs quod placeat per omnia discurrit: uolentes intrare permittit, patitur, nolentes uerò monet, & hortatur. unde dicit scriptura: Oculi sunt prima tela adulteræ. Hinc in ecclesiastico hymno cantatur quotidie.

Visum fouendo contegat, Ne uanitates hauriat.

Neq; uero negligendū est cōsiliū illud præclarissimorū auctorū, nō esse quoslibet auctores legendos. Plutarchus docuit qūo oportet poetas legere. Fabius ab auctoribns uel minimū obscænitatis habētibus uult arceri pueros, ut efficiat eū quē instituit uirum bonū, summū oratorē. Plato ex sua Rep. hac de causa ablegauit poetas, & Theatricos, sancta quidē scriptura cōtinuo uersanda est, nō alia quā quæ salubria præcepta continet. Naturā saltē magistrā, & ducē sequi oportet, quæ pudendis partibus uelamina, recessusq; dedit, ne oculis occurrāt. Tū uerò quæ aures alliciāt, absint, ne sint prurientes auribus eorū, & harum bonos quidem mores corumpant colloquia praua: prauæ cātinellæ, praui soni: & musica instru-
1. Cor. 15 menta blandimentis plena, quur fingitur Vlysses obturasse suas ad cātus Syrenū aures, ait Horatius.

Syrenum uoces, & Circes pocula nosti,
Quæ si cum socijs stultus cupidusque bibisset,
Sub Domina meretrice fuisse turpis et excors,
Vixisset canis immundus, uel amica luto sus.

Huc adde plenius illud Vergilij.

Syrenes uarios cantus Acheiola proles
Et solitæ miseros ore ciere modos ; & postea.
Illeuit cera sociorum callidus aures,

Atque suas uinclis præbuit ipse manus.
Sanguine sisyphio generatus magnus Vlysses,
Hac tutos sola præstitit arte suos.

Virginibus itaque consultum est, ne præbeant au res nugatoribus, ludicris, ineptisque canticis; sed contra audiant Ecclesiasticũ cantũ, qui ad castitatẽ, & grauitatẽ, cõpositus sua melodia oĩa incentiua libidinis propulsat, & furores Sauli pellat. Subiũgam illud D. Hieronymi ad Damasum papam: Considerandum pueris est, ut casti, & pudici permaneant, & frequentius ad Ecclesias sciant conuenire debere: quia frequentius sunt armandi: quibus adhuc propter ætatẽ minus stabilẽ, pugna Diaboli futura sit
13 grauior. †Obseruãda illis omnia cũ timore; & ante
14 omnia cauẽdũ† à fornicatione, quæ initiũ cũ idololatria hẽt, & necesse est, utrumq; nouerit, qui sequutus est alterũ, quin meretrices esse, & ad meretrices accedere prohibet Dominus; quarum pulchrè uenalis est turpitudo, postea sciendum est illud Catonis:

Si te detineat Veneris damnosa uoluptas,
Indulgere gulæ noli, quæ uentris amica est.

Vitanda odoramenta, suffumigia luxuriosa, cibi delicati, & flatuosi, copiamque superfluã sanguinis gignentes, & acrimoniã habẽtes: præcipuè uinũ in quo est luxuria. Sũma: Illud prophetæ obuiũ esto: Nolite fieri sicut equus, & mulus, in quibus nõ est intellectus. Neque canum, pecudumque more uiuẽdũ est, neque suum natura acquirenda. Quum quidã Ephes. 5 stolidus audiente Phytagora diceret, malle se cũ mulieribus esse, quàm cum Philosophis conuersari, ut Laertius prodit: Et sues, inquit Pythagoras, libẽtius in cœno, quàm in aqua uersantur. Proinde Cassiodorus super Matthæũ; Sex sunt, inquit, quæ incorruptã seruãt castitatẽ, ut sobrietas, operatio, asperitas cultus, inhibitio sensum, raritas sermonis cũ honestate, euitatio oportunitatis, & psonę, & loci, & tẽpo
15 ris, †Otia in primis uitãda esse Ouidius satis docet.

Ergo ubi uisus erit nostra medicabilis arte,
Fac monitis fugias otia prima meis.
Hæc ut ames faciunt, hæc ut facere tuentur,
Hæc sunt iocundi causa cibusq; mali.

Et quæ sequuntur. Sancta negotia tractentur, tū honesta, deniq; utilia sine turpitudine omnī. Placet itaq; post spirituale exercitium, manuū labor. Nam qui non laborabit, non manducabit. non improbanda Agricultura: non uenatio: & piscatio: & qđ laudabile est opificium. His obseruatis, seruandæ Virginitatis non est difficultas, ut tamen uera sit, Deus dare potest. Nam pudicitia res est animæ, Virginitas corporis, denique illa integra permanente in anima, pōt ista de corpore sibi uiolenter auferri; & quū ista integra manet corpori, pōt illa in animo lasciuiæ uoluntate corrūpi. Vera aūt Virginitas est animæ, & corporis incorruptio, quæ stat solius Dei beneficio, ut fuit in Christo benedicto, in D. Virgine, in sancto Iohanne. Horū exempla amator Virginita-
16 tis imitetur. † Sit sermo Virginis prudens, ut D. Hieronymus ad Demetriadē scripsit, modestus, & rarus, non tā eloquentia pretiosus, q̄ pudore, mirentur omnes tacentis uerecundiā, loquentis prudentiam.
Offi. 2 17 † Iam uestitus, ingressus, & omnis actio sit cum summa moderatione. Cicero scripsit, atqui si considerare uolumus quæ sit naturę hominis excellentia, & dignitas, intelligemus quàm sit diffluere Luxuria, & delicatè, ac molliter uiuere: quàmq; honestū parcè, continenter, seuerè ac sobriè. Hæc igitur sufficiāt de fuga prouocantium ad amorem carnalem. De Eu-
18 nuchis nihil opus est addere. † Cæterum naufragiū uirginitatis propter incōtinentiā metuētes, & hinc maiora incommoda, ac peccata nascentia, nubant in Domino, etenim amisso flore fructum faciant. nā qui statuit in corde suo firmus necessitatem non habens, potestatem autem habens suæ uoluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare Virginem, benè facit.

facit. igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit, & qui non iungit, melius facit. Quod autem Virginitas flos est, id testatur Catullus in Epithalamio.

Vt flos in septis secretus nascitur hortis,
Ignotus pecori, nullo contusus aratro,
Quem mulcent auræ, firmat sol, educat imber,
Multi illum pueri, multæ optauere puellæ.
Idem cum tenui carptus defloruit ungui:
Nulli illum pueri, nullæ optauere puellæ:
Sic Virgo dum intacta manet tum chara suis, sed
Quum castum amisit polluto corpore florem,
Nec pueris hæc chara mane, nec chara puellis.

Nec uirgo qualiscunque flos, sed Rosa, Viola, & liliũ nimirum nusquã felicius, nusquã naturalius, quàm inter spinas proueniunt. Vnde Canticorum secundo legitur. Ego flos Campi, & lilium conualliũ. Sicut lilium inter spinas, ita amica mea inter filias. Hi autem ex cunctis floribus pulcherrimi, odoratissimi, iucundissimi, & saluberrimi sunt, deorum, dearumq́, coronamentis propriè destinati: ita quoque uirginitas res est optima, Deo gratissima. Tibullus Epistola prima secundi libri, sic canit. Canti. 2

Vos quoque abesse procul iubeo, discedat ab aris,
Cui tulit Hesterna gaudia nocte Venus.
Casta placent superis, pura cum ueste uenite.
Et manibus puris sumite fontis aquam.

Vt spinæ flores defendunt: ita durities uitæ, & obseruatio uirtutum uirginitatem tuentur. Quæcũq; igitur uirgines sunt, nouerint in uirtute ambulare etiam horrida aggredi, & exemplo diuæ uirginis ad montana contendere, loca aspera, & inculta frequentare, duros subire labores. Nam & feræ pro seruanda uirginitate, solitaria petunt, pugnant, & patiuntur se dilaniari. Vt Seneca testat Tragœdia quarta, dicẽs.

Feræ ipsæ quoque ueneris euitant nefas
Generisque leges inscius seruat pudor.

enim & adulteros iudicabit Deus.

z Quid autẽ maritus. Homo qui uxorem habet: contra uxor quæ maritum, correlatiua sunt, neque alterũ sine altero intelligi datur: sed maritum spiritualem accipere possumus, qui spõsam habet sanctã Ecclesiam. Sic in Cãtico canticorũ, sponsa Christi ipsa Ecclesia exponitur: & Matthei 25. sponsus uocatur

Mat. 25 Christus. Nostrum autem propositum non est de spirituali cõiugio, sed egimus de temporali de quo plurimi auctores scripserunt, ut D. Tertullianus: S. Augustinus de bono coniugali: de adulterinis coniugiis: de nuptiis ad Valentium, pluribusq; locis aliis commẽtarii super Vetus & Nouum Testament. D. Hierony. contra Iouinianum, & de Virginibus. Huius illud annotandũ est. Veniã ad maritatas, & quæ mortuis uel occisis maritis suis supetuiuere noluerunt, ne cogerentur secundos nosse concubitus & q̃ mire unicos amauerint maritos. Dido soror Pygmalionis multo auri & argenti pondere cõgregato in Africam nauigauit, ibiq; urbẽ Carthaginem condidit, & cum ab Hyarba Rege Lybiæ in coniugiũ peteretur, paulisper distulit nuptias, donec conderet ciuitatẽ. Nec multo post extructa in memoriã mariti quondam Sychæi pyra maluit ardere, quàm nubere secũdo. Casta mulier Carthaginẽ condidit, & rursus eadẽ urbs in castitatis laude finita est. Nam Hasdrubalis uxor capta & incensa urbe cum se cerneret à Romanis capiendam esse, apprehensis ab utroque latere paruulis filiis in subiectũ domus suę deuolauit incendium. Quid loquar Nicerati coniugẽ, quæ impatiens iniuriæ uiro illate, mortem sibi ipsa cõcinit, ne triginta tyrannorum, quos Lysander uictis Athenis imposuerat, libidinẽ sustineret. Hæ Ethnicæ fuere. At Christianę mulieres longè debent esse sanctiores. Nam uerum est illud Alciati.

Cum fuerit in Venerem, Pelagi se in littore sistit,
Vipera, & ab stomacho dira uenena uomit.

Murænamque ciens ingentia sibila tollit.
At subito amplexus appetit illa uiri.
Maxima debetur thalamo reuerentia coniunx.
Alternum debet coniugi & obsequium.

Maxima nanque in matrimonio reuerentia debet adesse: longè abesse Viperina natura, quæ collum marito præcindit satura amplexu, aliud est enim matrimoniũ Christianũ, aliud infideliũ. De matrimonio itaque Christiano Canonicæ leges agũt, & uberrimè hanc materiam explicant, à causa 27. usque ad finem causarum legalium. Matrimonium uerò contrahendum impedientia, ut iam contractum dirimentia sunt, quæ paucis his uersibus continentur.

Error, Conditio, Votum, Cognatio; Crimen,
Cultus: Disparitas: Vis: Ordo: Ligamen: Honestas:
Si sis affinis, si forte coire nequibis.
Hæc socianda uetant, connubia facta retractant.

21 In cæteris autem obseruandum est illud Pauli ad Titum. Adolescentulas decet ut uiros suos amẽt, filios suos diligãt, prudentes, castas, sobrias, domus curam habẽtes, benignas, subditas uiris suis, ut nõ blasphemetur uerbum. Itaq; ad Colloss. elegãs est mãdatum, Mulieres subditæ estote uiris, sicut oportet in Domino. Viri diligite uxores uestras, & nolite amari esse aduersus illas. Horum si quis largiorem expositionem quærat, legat Chrysostomum super Matthęi capi. 19. Gregorium. lib. Moralium duodecimo Ambrosum de Patriarchis ubi ait, qđ in omni matrimonio spiritualis cõiũctio intelligitur, quã cõfirmat, & pficit cõiũctorũ cõmixtio corporalis: Sed ex neotericis nõ pauci sunt, qui hãc materiã tractauerũt, quorũ ferè studiũ fuit oĩbus ostẽdere matrimoniũ esse thorũ immaculatũ, cõtra quã Eucratitæ Hæretici, qui dissuadebant. Nicolaitę uerò improbati ẽt in sacra scriptura, nimis tamẽ late proruperũt: quos

Tit. 3. *Coloss. 3* *Mat. 19*

quos quidem à ueritate Catholicæ Ecclesiæ aberrantes Deus iudicabit.

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

DVODECIMVM THEMA.

DE VIRGINIBVS, ET STATU Virginitatis, castæque uiuentium.

SVMMAE.

1 *Præparatio ad commendationem Virginitatis.*
2 *Quid nomine Virginis intelligamus.*
3 *Docetur nihil esse incundius, ac utilius Virginitate, ut per quam noxiæ flammę extinguuntur.*
4 *Quod bona Virginitatis meditando, quiuis disponitur ad Virginitatem, & primò quod Virginitas Angelicam naturam refert.*
5 *Secundo quod Virginitas inæstimabilē thesaurū obtinet.*
6 *Virginitas est diligenter custodienda.*
7 *Vbique pudor Virginibus seruandus.*
8 *Prōpta uolūtate capessenda & Seruāda est Virginitas.*
9 *Virtus Virginitatis in puritate mentis consistit.*
10 *Ad custodiendam Virginitatem, quæ uitanda sint.*

Oculos

11 *Oculos pudicos seruare oportet eum, qui uult Virginitatem tueri.*

12 *Non esse audiendos, aut legendos eos auctores qui impudica tradunt.*

13 *Vitanda consuetudo cum prostitutis fœminis.*

14 *Odoramenta, esculenta, & poculenta Veneris incentiua, uitanda sunt Virginibus.*

15 *Otia sedulò uitanda sunt, & honesta negotia tractanda Virginitatem profitenti.*

16 *Quis sermo Virginis?*

17 *Qualis uestitus, incessus Virginis?*

18 *Quæ facienda metuenti perdere florem Virginitatis?*

19 *Mirabilis excellentia Virginitatis enarratur.*

20 *Definitio Virginitatis.*

21 *Species Virginum summæ?*

22 *Laus Virginitatis honoranda.*

QVod si ille obscœnorum carminum auctor lectorem inuitat hoc modo.

Carminis incompti lusus lecture procaces,
Conueniens Latio pone supercilium.
Non soror hic habitat Phœbi, non Vesta Sacello,
Nec quæ de patrio uertice nata dea est.

Equidem doctrina Christiana permotus, & compulsus non solùm lectorem admonuero, ut conueniens Latio sumat supercilium, sed etiam ut semet uelit castrare propter regnum cœlorum. Hoc nanque, attestante Christo, tantum mysterium est, ut qui potest capere, capiat, fere fit ut omnia pulchra sint difficilia. Virginitatis donum pulcherrimum est, & ante omnia Deo omnipotenti amicissimum: utpotè qui filium suũ de uirgine uoluit nasci. Et quia non omnibus hæc Virginitatis doctrina grata est, paucique cupiunt coronam intemeratam cum summis laboribus contingere: tantò ego ardentius hoc negotium pertractabo, quæque Virgines decent,

Mat. 19. b

cent, percurram breuiter, & ut ait ille in Remedio amoris.

Hæc eadem pueris, eadem sint dicta puellis.
Vtraque diuersis partibus arma damus.

Est enim commune nomen, etenim Virgo significat tam marem, quàm fœminam rei Venereæ expertem prorsus. Quid uerò potest esse utilius, ac iucundius quàm flammas extinguere?

Vtile propositum sæuas extinguere flammas,
Nec seruum uitijs pectus habere suum.

Sic rectè Ouidius cecinit. Nã quid aliud est amor Veneris, quàm flamma, uel potius cæcus ignis: ut Vergilius innuit de Didone.

At Regina graui iamdudum saucia cura,
Vulnus a it Venis, cæcoque carpitur igni.

Hic ignis semel accensus incendia sumit, ut est illud in Piramo & Thisbe uerum.

Sed uetuere patres quod non potuere vetare,
Ex equo captis ardebant mentibus ambo.
Conscius omnis abest, nutu signisque loquuntur,
Quoque magis tegitur, tanto magis æstuat ignis.

Sed huius flammæ primum est remedium animus uirginitatis amantissimus, & fuga omnium eorum, per quæ animus ad obscœna, & Venera uocari, & allici potest: atque inculcatio, meditatioque continua sanctæ Virginitatis: alterum castratio, tertium permittitur quidẽ & est matrimoniũ legitimũ, atque ratum, Melius nanq; est nubere, quàm uri. Cætera flãmæ illius remedia sunt inopia. Animus uerò redditur amãtissimus Virginitatis, si in bonis huius exerceatur, quæ non parua sunt. Virgines enim agnum sequuntur, quocunque iuerit: cum Angelica natura participant, & Angeli eorum in cœlis semper uidẽt faciem patris qui est in cœlis. Sic enim D. Hieronymus de assumptione D. Virginis scribit. Bene Angelus ad Virginem mittitur: quia semper est Angelis cognata uirginitas, profectò in carne præter carnem

1. *Co*. 7.
Apo. 14

uiuere

uiuere non terrena uita est, sed cœlestis. unde in carne Angelicam gloriam acquirere maioris est meriti, quàm habere, esse enim Angelum fœlicitatis est, esse uerò Virginem uirtutis, dùm hoc obtinere quis nititur cum gratia quod Angelus habet ex natura. Vtrumque tamen, & esse uirginem & Angelum diuini muneris officium est, non humanum. Prætereà Thesaurum inæstimabilem obtinet uirgines. Sic enim habetur Genefeos uicesimo quarto de Rebecca ꝙ fuit uirgo pulcherrima & incognita uiro Virginitas enim Thesaurus imprecabilis est. Atquis hic uerus Thesaurus, & summus alius, quàm Christus, qui ex uirgine nasci uoluit, unde de D. Virgine sic Mantuanus cecinit.

Quis Mariæ posset laudes æquare loquendo?
Nulli adeo uiuax animi solertia nulli
Tam fœlix aderit florentis gloria linguæ.
Quæ data sunt illi nunquam mortalibus ullis
Antea concessit, uel post concedet Olympus.

Huc facit officium D. Virginis, & Horę, ut uulgo uocant, laudes D. Virginis, quæ in Ecclesia recitantur, & quas Christi uestigijs insistentes meditantur, ut in Virginitate perpetua perdurent, nec omitti debent ea, quæ sancta Ecclesia recitat de uirginibus, sanctis martyribus, confessoribusque. Nimis longũ foret ea hic perstringere: usum tamẽ ostendisse oportuit nimirum ut animus iugi hoc exercitio alienetur à carnalibus, factaque sanctorum, sanctarumque uirginum imitanda sedulo statuat. Nam præclarè D. Augustinus epistola centesima uicesima octaua sic habet: Beatius est, prædicans, in carne imitari uitam Angelorum, quàm ex carne augere numerum mortalium. Hæc est uberior, fœcũdiorque fœlicitas, non uentre grauescere, sed mente grandescere, non lassescere pectore, non uisceribus terram, sed orationibus cœlum penetrare, imò cœlum parturire. D. Ambrosius libro de Viduis sic scripsit: Supergreditur.

tur Virginitas conditionem naturæ humanæ, per quam homines Angelis assimilantur, maior tamen est uictoria virginum, quàm Angelorum. Angeli enim sine carne uiuunt, uirgines uero in carne triumphant. Obiter illud insigne virginitatis exemplum subnectam, quod eleganti Epitaphio patet.

Vuarinus Michael iuuenilibus occidit annis,
Moribus ambiguum, maior an ingenio.
Disticha composuit docto miranda parenti,
Quæ claudunt gyro mystica magna breui.
Sola uenus potuit lento succurrere morbo,
Ne se pollueret, maluit ille mori.
Hic iacet ille pudor patri decus, unde iuuentus
Exemplum, uates materiam capiant.

Vtinam illi, quibus à Deo mandata est continentia, hoc sequantur. Hæretici detestabilissimi sunt, ferrei, & diabolici, qui refracta omni pudicitiæ uenerationе, refractis monasterijs, ruperunt virginitatis
6 postes. Deus illos puniat. † Porro ueteres Palladem pinxerunt armatam, non alia de causa, quàm quod multis diligentiis, & armis mẽtis ad bona opera intentè custodienda est Virginitas, sic habet Epigramma dignum memoria.

Vera hæc effigies innuptæ est Pallados, eius
Hic draco qui dominæ constitit ante pedes.
Cur diuæ comes hoc animal? custodia rerum,
Cui data sit, lucos templaq; sacra colit.
Innuptas opus est cura asseruare puellas,
Peruigili, laqueos undique tendit amor.

7 †Proinde D. Ambrosius sic scripsit libro de virginitate, Vbique in uirgine comes singularum uirtutum est pudor. Hic indiuiduus debet esse uirginitatis: ut sine quo non potest esse uirginitas. Teritur officijs pudor, audacia emicat, risus obrepit, modestia soluitur dum urbanitas affectatur. Idem super Lucam illud habet, Trepidare est uirginum, & ad omnes

Ambrosius de Viduitate. omnes uiri ingressus pauere: omnes uiri affatus uereri. Disce uirgo uerborum uitare lasciuiam. Maria etiam tacet in salutatione Angeli: Itaque Virgo quæ Christum requirit, non debet esse uulgaris, non in foro, non in plateis, non uoce querula, gressu lubrica, auditu facilis, aspectu uilis, & claude, ait, uas tuũ ne effluat unguentum. claude uirginitatem uerecundia loquendi, & abstinentia gloriandi: quisque hoc

Idem de 8 uirg. lubenter faciat.† Nam teste Ambrosio non est casta, quæ metu cogitur, nec honesta quæ mercede conducitur. Voluntas nanque etiam ardua negotia reddit facilia, ut canit ille. *Omnia conando facilis solertia uincit. At in magnis aliquid, & uoluisse sat est.* Hóc requiritur ut uelit uirgo manere uirgo, si uotum uirginitatis fecerit, quod utique certam uoluntatem sequitur tum nubere uelle nefarium est. Nam S. Augustinus lib. de Continentia Viduali exprimit hanc rẽ apertè. In coniugali, inquit, uinculo, si pudicitia conseruatur, damnatio non timetur: sed in virginali, ac viduali continentia excellentia muneris amplioris expetitur: qua expetita, & electa, & uoti debito oblata iam non solum nuptias capescere, sed etiam si nõ nubant, nubere uelle damnabile est. Cogitandum est

Matt. 5 autem, quod præcipua uirtus uirginitatis, atq; laus in mente consistit. Matthæi quinto docetur, quod, qui uidet fœminam ut concupiscat eam, iam in corde suo mœchatus est, itaque non uirgo amplius, adhæc contra præceptum Dei peccatum fuit. Huc re-

Psal. 29. spexit D. Augustinus super Psalm. uicesimum nonũ sic scribens. Quid prodest integra caro, mente corrupta? Melius est humile coniugium, quàm superba virginitas. Atquæ est virginitas mentis? integra fides, solida spes, syncera charitas, nempe erga Deum & proximum spretis concupiscentiis carnalibus. Agnum sequi quocunque ierit, quid est? uirginita-

Apoc. 14 tem ipsius, uirginitate mentis & corporis imitari. Hinc sumuntur & ueniunt, qui soli, & solæ possunt dicere

dicere canticum agni numero quadraginta quatuor milia. Prona itaq; , & spõtanea debet esse uoluntas amandæ virginitatis. Hanc facilè corporis sequũtur dispositiones, uoluntas. n. corpus regit, sicut gubernaculum nauem, bona ergo uoluntas dirigat partes carnales ad obsequium Dei, ut fiat benedictio, & Angelica imprecatio, & pax in terra hominibus bonæ uoluntatis, posteaquam certa est determinatio continentiæ uirgineę, uitandá sunt omnia illa, quæ per carnalis concupiscentia potest irritari: ut si fieri possit fiat illud: Casta est quam nemo rogauit, uitentur picturæ amorum, Theatralia spectacula, lasciuiæ, & Gymnicæ saltationes. Luxuriæ. n. instra esse Iustinus dicit tympana, & tripudia, iõ legib. sæpius apud Romanos cautũ fuit, ne fœminis ad talia aditus daretur. Turpe aũt fuit uirginẽ interfuisse ludicris. Breuiter oĩa oculorũ obiecta ad lasciuiã prouocãtia abiiciãtur, amoueãturq; procul. uñ uilis aspectu nõ q̃rat nisi aspectu uilia, uerè inter oĩa certamina Christianorũ duriora sũt p̃lia castitatis: Nã pp uaria obiecta ad amores ꝓuocãtia, cõtinua pugna, rarior uictoria: Rara. n. cõcordia formę, atq; pudicitię, Rara auis in terris nigroq; simillima cygno. Et illud ænigma. Luc. 2.

Est res in syluis quę scribitur octo figuris.

Vnde tribus demptis, uix unam ex mille uidebis.

11 †Sint oculi pudici. Nam rectè D. Augustinus in libro de uita communi clericorum scripsit: Ne dicatis uos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos. Quia impudicus oculus, impudici cordis est nũcius. Non uideãtur meretricũ opera, nõ cõ ptoria, nõ fucũ faciẽtia, nõ lenocinia, quæ quidem oĩa corruptibilia, noxia, fœtida, & fœda sunt, at virginitas æterna. Hoc solùm nunc dico, quod quomodo absque cæteris operibus uirginitas non saluat, sic omnia opera absque uirginitate, puritate, castitate, cõtinentia, imperfecta sunt, sicut D. Hieronymus ostendit, Sola est autẽ virginitas, quę in huius mor

talitatis, & locò & tempore statum quendam im-mortalitatis, & immortalis gratiæ repræsentat, in qua nec nubent, nec ducēt, & erūt sicut Angeli, pulchrè. D. Bernardus in Epist. ad Senonenses hæc tractat: Porrò pudicus oculus ianitor est cordis, sedet ad ianuā nec permittit intrare quod noceat: nihil nūciat, nisi quod deceat, quicquid indecens non erit esse, excludit, & eliminat, contra impudicus, quærēs quod placeat per omnia discurrit: uolentes intrare permittit, patitur, nolentes uerò monet, & hortatur. unde dicit scriptura: Oculi sunt prima tela adulteræ. Hinc in ecclesiastico hymno cantatur quotidie.

Mat. 22

Visum fouendo contegat, Ne uanitates hauriat.

Neq; uero negligendū est cōsiliū illud præclarissi morū auctorū, nō esse quoslibet auctores legendos. Plutarchus docuit qūo oportet poetas legere. Fabius ab auctoribus uel minimū obscænitatis habētibus uult arceri pueros, ut efficiat eū quē instituit uirum bonū, summū oratorē. Plato ex sua Rep. hac de causa ablegauit poetas, & Theatricos, sāncta quidē scriptura cōtinuo uersanda est, nō alia quā quæ salubria præcepta continet. Naturā saltē magistrā & ducē sequi oportet, quæ pudendis partibus uelamina, recessusq; dedit, ne oculis occurrāt. Tū uerò quæ aures alliciāt, absint, ne sint prurientes auribus eorū, & harum bonos quidem mores corumpant colloquia praua: prauæ cātinellæ, praui soni: & musica instrumenta blandimentis plena, quur fingitur Vlysses obturasse suas ad cātus Syrenū aures, ait Horatius.

1. Cor. 15

Syrenum uoces, & Circes pocula nosti,
Quæ si cum socijs stultus cupidusque bibisset,
Sub Domina meretrice fuisse turpis et excors,
Vixisset canis immundus, uel amica luto sus.

Huc adde plenius illud Vergilij.

Syrenes uarios cantus Acheiola proles
Et solitæ miseros ore ciere modos; & postea.
Illeuit cera sociorum callidus aures,

Atque suas uinclis præbuit ipse manus,
Sanguine sisyphio generatus magnus Vlysses,
Hac tutos sola præstitit arte suos.

Virginibus itaque consultum est, ne præbeant aures nugatoribus, ludicris, ineptisque canticis; sed contra audiant Ecclesiasticũ cantũ, qui ad castitatẽ, & grauitatẽ, cõpositus sua melodia oĩa incentiua libidinis propulsat, & furores Sauli pellat. Subiũgam illud D. Hieronymi ad Damasum papam: Considerandum pueris est, ut casti, & pudici permaneant, & frequentius ad Ecclesias sciant conuenire debere: quia frequentius sunt armandi, quibus adhuc propter ætatẽ minus stabilẽ, pugna Diaboli futura sit
13 grauior. †Obseruãda illis omnia cũ timore, & ante
14 omnia cauẽdũ † à fornicatione, quæ initiũ cũ idololatria hẽt, & necesse est, utrumq; nouerit, qui sequutus est alterũ, quin meretrices esse, & ad meretrices accedere prohibet Dominus: quarum pulchrè uenalis est turpitudo, postea sciendum est illud Catonis:

Si te detineat Veneris damnosa uoluptas,
Indulgere gulæ noli, quæ uentris amica est.

Vitanda odoramenta, suffumigia luxuriosa, cibi delicati, & flatuosi, copiamque superfluã sanguinis gignentes, & acrimoniã habẽtes: præcipuè uinũ in quo est luxuria. Sũma: Illud prophetæ obuiũ esto: Nolite fieri sicut equus, & mulus, in quibus nõ est intellectus. Ephes. 5
Neque canum, pecudumque more uiuẽdũ est, neque suum natura acquirenda. Quum quidã stolidus audiente Phytagora diceret, malle se cũ mulieribus esse, quàm cum Philosophis conuersari, ut Laertius prodit: Et sues, inquit Pythagoras, libẽtius in cœno, quàm in aqua uersantur. Proinde Cassiodorus super Matthæũ: Sex sunt, inquit, quæ incorruptã seruãt castitatẽ, ut sobrietas, operatio, asperitas cultus, inhibitio sensum, raritas sermonis cũ honestate, euitatio oportunitatis, & psonę, & loci, & tẽpo
15 ris. †Otia in primis uitãda esse Ouidius satis docet.

facit. igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam, benè facit; & qui non iungit, melius facit. Quod autem Virginitas flos est, id testatur Catullus in Epithalamio.

Vt flos in septis secretus nascitur hortis,
Ignotus pecori, nullo contusus aratro,
Quem mulcent auræ, firmat sol, educat imber,
Multi illum pueri, multæ optauere puellæ,
Idem cum tenui carptus defloruit ungui:
Nulli illum pueri, nullæ optauere puellæ:
Sic Virgo dum intacta manet tum chara suis, sed
Quum castum amisit polluto corpore florem,
Nec pueris hæc chara mane, nec chara puellis.

Nec uirgo qualiscunque flos, sed Rosa, Viola, & liliū nimirum nusquā felicius, nusquā naturalius, quāq; inter spinas proueniunt. Vnde Canticorum secundo legitur. Ego flos Campi, & lilium conualliū. Sicut lilium inter spinas; ita amica mea inter filias. Hi autem ex cunctis floribus pulcherrimi, odoratissimi, iucundissimi, & saluberrimi sunt, deorum, dearumq́, coronamentis propriè destinati: ita quoque uirginitas res est optima, Deo gratissima. Tibullus Epistola prima secundi libri, sic canit. *Canti. 2*

Vos quoque abesse procul iubeo, discedat ab aris,
Cui tulit Hesterna gaudia nocte Venus.
Casta placent superis, pura cum ueste uenite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.

Vt spinæ flores defendunt: ita durities uitæ, & obseruatio uirtutum uirginitatem tuentur. Quæcūq; igitur uirgines sunt, nouerint in uirtute ambulare etiam horrida aggredi, & exemplo diuæ uirginis ad montana contendere, loca aspera, & inculta frequentare, duros subire labores. Nam & feræ pro seruanda uirginitate, solitaria petunt, pugnant, & patiuntur se dilaniari, Vt Seneca testat̃ Tragœdia quarta, dicēs.

Feræ ipsæ quoque ueneris euitant nefas
Generisque leges inscius seruat pudor.

Hugo itaque de claustro sic habet. Attendere, deprecare, fuge mundum, quia uanitas est. Fuge peccatũ, quia iniquitas est. Attende carnẽ tuam, quia fragilis est, & quasi uapor ad modicũ parens. Deprecare Deũ quia miserabilis es, & ipse est misericors, & clemẽs. Adde tot monasteria, successusque in eremis, quorũ cõmemoratio nos ad uirginitatem incitare põt, & in uirginitate continere eorum frequẽtatio, & inhabitatio. Virginitati enim, continentibusque ea erecta sunt, & statuta manẽt, locus asper, uita aspera, tempus asperum, extrinsecus, & spinosum occurrunt: sed intus ineffabile gaudium, inæstimabilis dulcedo. Lubet referre uerba Solini de Essenis. Interiora Iudææ, inquit, quæ occidentem continentur, Esseni tenent. Qui prædìti memorabili disciplina recesserunt à ritu gentium uniuersarum, maiestatis (ut reor) prouidentia ad hunc morem destinati, nullæ ibi fœminæ. Venere se penitus abdicarunt: pecuniam nesciunt, palmis uictitant. nemo ibi nascitur, nec tamen deficit hominum multitudo. Locus ipse addictus pudicitiæ est, ad quem licèt plurimi undique gentium properent, nullus admittitur, nisi castitatis fides, & innocentiæ meritum prosequatur. Nam qui reus est uel leuis culpæ, quamuis summa ope adipisci ingressum uelit, diuinitus summouetur. Ita per immensum spatium sæculorum (incredibile dictu) æterna gens est cessantibus puerperiis. Hactenus ille, cui Plinius consentit. Virginitas enim amarantum habet, & huius corona Christus est, myrrham effundit, & omnia pretiosa spirat. Virginibus itaque dici potest, quod ad Eustochium diuus Hieronymus scripsit. Caue quæso, ne quando dicat de te Deus: Virgo Israel cecidit, & non est qui resuscitet eam. Euidẽter loquor, quum omnia possit Deus. Suscitare non potest uirginem post ruinam. Valet quidem liberare à pœna: sed non coronare corruptam. Immarcessibilis est

autem

19 autē gloria, & huius gloriæ corona uirginitas. †Cui tantum semper tributum est à Deo præ cęteris mortalibus, etiā infideli, ut apes non lædāt, nisi extrema iniuria afficiantur: unicornu caput suum inflectat, & in sinu demittat uirginis pectentis caput suum: Huic leones etiā in magna fame parcant, sicut & in fantibus. Castabaris Persicę Dianæ fanum tātæ fuit religionis, ut illi dicatæ uirgines (quod uix credi potest) super prunas ambulent nudis pedibus innoxię sicut in tēplo Ietoniæ afflati numine super ignē incedebāt, & ad montē Soractæ familiæ Hirpiæ impune ignē contrectabant. Quibus ideo senatuscōsulto Romano perpetua uocatio munerum data est. Vestaliū uirginū ueneratio apud Romanos ingēs: quibus triumphalem currum una cū Imperatore conscendere licebat: Consulem in urbe tenere, & alia plurima Romanæ Maiestatis fastigia ex nutu arbitrioq; uirginū illarum pendebāt. Smaragdus agnoscit, & amat uirginitatem; & ad uirginū accessus lætiores crescunt flores, & multi à uirginibus plantata uberius, fœliciusq; proueniūt. Virginē in ædibus habere incrementū Rei familiaris creditur, & posteritatis uirtus, ac fælicitas. Pudeat nefarios hæreticos, q impudentissimè, & barbariores Turcis, pessimisque gentibus tantum bonū naturæ perdere nitūtur, ornamentaque sancta Ecclesiæ Christi prostituunt. O immania scelera. nec dubium piarum uirginum precibus, & sancta uita Deum nobis placatiorem reddi. nam sponsum expectant non alii, quàm uirgines, nec omnes hæ intromittuntur, sed quæ oleū habent in suis lampadibus, sicut Christianę uirgines, & quas Monachas uocamus, uel Religiosos, & Religiosas, sed nimium progressi sumus. nam si totam hanc materiam excuterem, integer nasceretur commentarius. Hæc annotasse sat sit, quibus subnectam loca quædam auctorem. Vnde plenior expositio peti potest.

Loca quædam ex auctoribus Theologis.

20 †Virginitas est, ut definit D. Augustinus, immunitas per puram continentiam ab omni concubitu, & in carne corruptibili perpetua meditatio incorruptionis. D. Thomas à uirore dictã existimat, ut qui importat immunitatẽ ab adustione concupiscentiæ circa uenereas delectationes: alii à uiridiori ætate dictam tradũt, ut quæ ualidior sit. Hinc uirgo quis & quæ sit, facile patet. est autem uirgo infidelis, uel fide
21 lis. †Fidelis uirgo rursus quæ oleũ in lãpade gestat: uel quæ fatua est, & oleo caret, ut carẽs charitate, bonisq; operibus, sicut sunt malignantes canes, hæreses & Schismata fouentes, denique Apostatæ. D. Ambrosius pulcherrimè de uirginitate scripsit. sed ex cũctis pulcherrima quæq; collegit Dionysius Carthusianus in libello de laudabili statu uirginũ. Si cui lu
22 bet expatiari, currentẽ ad illud remitto. † Optãdum est autẽ ut uirginitatis prędicamentum, & re, & opere in Ecclesia Christi celebretur. Nec immerito Ethnici uirginibus ciuitates dedicauere, & Sibyllę Cumanæ Parthenopẽ statuere Calcidonenses. sed & inter astra uirginem collocauere: cuius rationem Higinius exponit in Astronomico. eodem translata fertur Iphiginia, & Polyxena uirgines, nec omittendũ Musas fuisse uirgines omnes, sed & Musarum amicus, Veneris mæchanica relinquere debet. recte Horatius canit.

Multa tulit, fecitque puer, sudauit, & alsit,
Abstinuit Vino, & Venere qui Pythia cantat.

Quinetiam Lauro coronãtur poetæ, atq; Imperatores, arborq; est Apollini, & medicis sacra: in eã uerò haud sine causa Daphne uirgo à Phebo omniũ primum adamata, fingitur transmutata, intactæ nanq; Nymphæ cælestibus amãtur. Vnde has coronare tã quã uictrices uoluptatum antiquum institutum est, quæ uerò uirgines religionis coniungunt munus,

suamq;

suamq; castitatem uirtute, & doctrinæ studio exornant, omni laude, & immortalitate dignæ sunt. de his ut inclusis, atq; à mundo abstractis Dyonisius Carthusianus pulchrè quoque scripsit. Nam D. Hieronymus profusus est in encomio adhortationibusque uirginitatis ubique, Verum subsistere hic ad Palladis aras fas iubet & monstrabimus hortulum, qué sacra scriptura uirginibus tribuit.

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

Genes.	24.b.		61.b.
	34.a.	Hiere.	2.f.
Exod.	22.c.		14.c.
Leuit.	21.c.		18.c.
Numer.	30.a.		31.a.c.d.
	31.a.		46.c.
Deuter.	22.b.c.d.	Treni.	1.b.
Iudic.	11.		2.d.
	21.b.		5.b.
2.Reg.	13.a.d.	Ezechiel.	9.b.
3.Reg.	1.a.		44.f.
4.Reg.	19.d.	Ioel.	1.d.
2.paralip.	36.c.	Amos.	5.a.
Iudith.	9.a.		8.d.
Hester.	2.per totum.	Zacha.	9.d.
Iob.	6.d.	1.Macha.	1.d.
	31.a.	2.Macha.	3.b.
Psalm.	44.d.	Matth.	16.a.b.
	77.d.		25.a.
Eccles.	9.a.	Lucæ.	1.c.
	15.a.	Actorum.	21.b.
	30.c.	1.Corinth.	7.b.
	42.	2.Corinth.	11.a.
Esaiæ.	7.c.	Apocalip.	14.a.
	23.a.		

Decimum-

DECIMVMTERTIVM THEMA

DE VIDVIS, ET STATV *uiduarum.*

SVMMAE.

1 *Cur de uiduarum statu, post uirginitatẽ, fit tractatus.*
2 *Viduarum status proximus est uirginitati.*
3 *Vidua quali modo ab Ecclesia honoretur.*
4 *Honorabilis status uiduarum, si rectè obseruetur.*
5 *Deus mandat honorari, nec opprimi uiduas.*
6 *Deus per uiduas magna bona operatus est.*
7 *Ethnici uiduas honorauerunt.*
8 *Quæ bona debeantur uiduis, paucis enumerantur.*
9 *Nihil consultius est uiduis, quam ut castitatem seruent.*
10 *Etymon uocabuli uiduę uerum redditur.*
11 *Viduarum diuersitates paucis exponuntur.*

1 Diximus †de uirginitate lõgè strictius, quàm res ipsa posceret: sed quia statuimus præcipua deli bare, ideo progredimur ad eum statum, qui Virgini tati proximus est. quanquam non liceat nunc dice re illud Ouidii Metamorph. 14.

Salue uerginei flos intemerate pudoris.

Tamen haud malè illud acommodari potest.

Continuos annos à funere Coniug's uxor
Sustinet in uidua trist ia signa domo.

Et quem statum uitæ Dido Aeneidos quarto sibi commendatissimum habet, dum sic fatur.

Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentes umbras erebi, noctemque profundam,
Ante pudor quàm te uiolem, aut tua iura resoluam.

Ille

Ille meos primus qui me sibi iunxit amores
Abstulit: ille habeat secum, seruetque sepulchro.

Proinde de Viduis agam, quatenus sunt Vidui, uel Viduæ: nempe quę soluto uinculo matrimonii nec amplius obstrictæ legibus carnalis copulæ, quã uis possint, tamen continentię uirtutem sectantes
z coniugium contrahere nolunt. †Neque uerò hic stà tus hominũ uiuentiũ cõtemnendus: non. n. omnes possunt esse uirgines, non omnes coniuges, reliquũ est ergo, ut sint uidui, uel uiduæ. Nam de turpi hominũ cõditione, utpote uiuentium in sordibus fornicationis, immunditiæ, similiumq; malorum, nil omnino dicturus sum: manifesta nanque sunt hæc uitia, & præcipites ad gehennam deuoluũt. Atqui uiduarum, & cœlibum, sed continenter uiuentium status is esse à plurimis Theologis traditur, qui ex semine in terrã sparso bonum fructum profert sexagesimum: sicut cõiugatis tricesimum. Virgineus centesimum. Sunt. n. hi ueri boniq; seminis in bonã terrã iacti fructus. unde talis legitima expositio euangelici fructus recipitur. In hoc tanguntur tres gradus, qui possunt assignari in qualibet uirtute. Verbi gratia, in uirtute castitatis primus gradus est, castitas cõiugalis, per quē gradum uitatur illicitus concubitus, licito tamen concubitu retento in matrimoniali actu. Secundus uerò gradus est castitas uidualis, per quam euitatur omnis concubitus à funere coniugis, ut deinceps animus liberius Deo seruiat, tametsi matrimonium legitimè cõtrahere possit. Tertius est castitas uirginalis, quæ longè superat prędictas iamiam duas, & per qua omnis prorsus concubitus euitari simpliciter potest, ut mens ipsa tanquã uirgo, suo spõso soli Domino seruiat, ut cui p amorem coniungatur. scriptum enim legitur. Virgo cõgitat quæ Dñi sunt, ut sancta sit corpore, & spiritu: quæ autē nupta est, cogitat quæ sunt mũdi, quo modo placeat uiro. Sicut uirgo, ita & innupta, idem studium

Mat. 13

1. Co. 7.

diũ placẽdi deo sequitur. nã innuptã multi uiduã interpretanť ut patet clarius ex uerbis, quæ apud Paulũ nectuntur in eadem epist. Mulier alligata est legi, quanto tempore uiuit, uir eius. Quod si dormierit uir eius, liberata est à lege, cui uult nubat, tantum in Dño. Beatior autem si sic permanserit secundũ meũ consilium. Puto autem, quod & ego spiritum Dei habeã. Ex his uerbis diui Pauli manifestatur quod uidualis status beatior est matrimonio: nã & anteà dixerat. Dico aũt non nuptis & uiduis. Bonum est si sic permaneant, sicut & ego. Quod si se non continent, nubant. Nec desunt, qui interpretentur uirgineum statum esse quinq; talenta à Domino peregrinante tradita seruo, qui ea ad reditũ Domini duplo

Mat. 25 auxit: Alterum & proximum uidualem esse duo talenta; Tertium & infimum coram Deo maritalem gradum, esse unum talentum, tametsi mundo maximè placeat, & per mundana in præcipitia ducat, uel necesse est, ut fiat, naturamq; acquirat, ut sit sicut ui

1. *Cor.* 7. dualis, aut Virgineus: quia Paulus ait. Reliquũ est, ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint, & qui gaudent, tanquã non gaudentes, & qui flent, tanquam non flentes, & qui emunt tanquam non possidentes, & qui utuntur hoc mundo tanquã non

Matt. 25 utantur. Sic nanque uerum fit, ut omni habenti dabitur, & abundabit: à non habente id etiã quod habet auferetur ab eo, quæcunq; enim seruantur, utputa maritalis status, & uidualis, nomine uirginitatis seruantur. Virgo nanq; Christus est, & idem est uir-

3 ginum corona. †Alma mater Ecclesia efficit & commendat uiduas sanctas, & has honore, præmioq; di

1. *Tim.* 5 gnas statuit. Sic nanq; Paulus de eis ad Timothæũ scripsit. Viduas honora, quæ uerè uiduæ sunt. si qua autem uidua filios, aut nepotes habet, discat primũ domum suam piè regere, & mutuam uicem reddere parentibus. hoc enim acceptum est coram Deo, quæ autem uerè uidua est, & desolata, speret in Deum, &

instet

instet obsecrationibus, & orationibus nocte & die. nam quæ in delitiis est uiuens, mortua est. Et hoc præcipe ut irreprehensibilis sit. Si quis autē suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis testimonium habēs, si filios educauit, hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patiētibus subministrauit, si omne opus bonum subsequuta est. Adolescentiores autem uiduas deuita: cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo nubere uolunt, habentes damnationē, quod primam fidem irritam fecerunt. similiter autem, & otiosæ discunt circumire domos, non solùm otiosæ, sed & uerbosæ, & curiosæ loquentes quæ non oportet. Volo, ergò Iuniores nubere, filios procreare, matres familiàs esse nullam occasionē dare àduersario maledicti gratia, iam enim quædam conuersæ sunt retro post Sathanam. Si quis fidelis habet uiduas, sub ministret illis, ut non grauetur Ecclesia, ut his, quæ uerè uiduæ sunt, sufficiat, adde his, quæ Paulus ad Titum scripsit, sic dicens: Anus in habitu sancto, nō criminatrices, non uino multo seruientes, bonæ doctrinæ existentes, ut doceant adolescētulas, ut suos uiros ament, filios suos diligant, sintq; prudentes, castæ, sobriæ, domus curam habentes, benignæ, sub ditæ suis uiris, ut non blasphement uerbum Dei. *Tit.2.a.*

Quæso quid clarius de uiduis, & plenius dici po-
4 tuit? Itaq; ipsa diui Pauli uerba libenter attigi. † Sed pauca addam explicandi gratia, ut uiduę suum bonum intelligant, libenterq; præcepta diui Pauli sequantur. Lucas narrat, quod Christus respiciens uidit immittētes dona in gazophylacium plurimos. uidit autem quandam, & uiduam pauperculam inii cientem duo ęra, & dixit: Verè dico uobis, quod paupercula uidua plus omnibus dedit: omnes enim hi ex abundāti ipsis cōtulerunt dona Dei, illa uerò *Luc.e.21*

ex defectu suo per totam uitã, quod habebat dedit. Patet hic ꝙ duo æra dat uidua, quæ etiamsi minima sint, & quibus minora nemo intulerat: tñ oĩa alia dona parua habentur, uel si placet partem simpli obtinuerunt ad duplum. Castitas itaq; matrimonialis non nisi unum æs infert, & tribuit Deo, tametsi filios gignat plurimos, & plurima dare uideatur. Atqui castitas uidualis ex animo sãcto, quæ habet dat, & duo dat æra: nam uirginitatem, quæ omnia superat, & tria offert æra, ut perfecta in trino, illa offerre non poterat. Vt igitur uiduæ inferant duo æra templo, per totam uitam castè degant, deficientemque sibi uirginitatem appetant, ad eam aspirent summis
5 uiribus, & laudem merebuntur à Christo. †Præterea intelligant, quantoperè pro eo, ꝙ uiri subsidio destituuntur, ut sint à Deo commẽdatę omnibus: nimirum pro unius obsequio, uel uno incõmodo omisso, sanctitatis ergo, multiplex bonum recipiẽt. Exo-
Exod.22 di nanq; uicesimosecundo, sic legitur. Viduæ & pupillo nõ nocebitis. Si læseritis eos, uociferabuntur ad me, & ego exaudiam clamorẽ eorum, & indignabitur furor meus, & percutiam uos gladio, & erunt uxores uestræ uiduæ, & filii uestri pupilli: rursus in Deut. Nõ puertes iudiciũ aduenæ & pupilli: nec au-
Deut. 24 feres pignoris loco uiduæ uestimentũ. Iob inter bona sua opera quoq; recẽset, dicẽs, Cor uiduæ cõsola-
Iob. 29. tus sum. In Psalmis quoq; cõcinitur: Viduã eius be-
Psa.131 nedicens benedicam, & pauperes eius saturabo pa-
Psa. 145 nibus: Et postea Dominus custodit aduenas: pupillum & uiduam suscipiet, & uias peccatorum disper-
Prou. 15 det. Rursus Prouerb. 15. Domus superborum demolietur Dñs, & firmos faciet terminos uiduæ. Itẽ Ec-
Eccl. 35 clesiastici. 35. Nonne lachrymæ uiduę ad maxillam ascendunt, & exclamatio eius super deducẽtes eas? A maxilla quoq; ascendunt in cœlum, & Dominus exauditor non delectabitur in eis. non enim Dominus despiciet pupilli preces, nec uiduam, si effundat

loque-

loquelam gemitus. Esaias quoque clamat. Defendite uiduas. Et Hieremias uiduam, ait, nolite contristare. Ezechiel Hierosolymitanorum mala imputat, quia pupillum & uiduam contristauerunt apud Dñm. Porrò Zacharias prædicat: & uiduam, & pupillum, & pauperem, & aduenam nolite calumniari. Christus uerò Pharisæis & scribis malè imprecatur dicens; Væ uobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui domos uiduarum comeditis. D. Iacob. clamat, ueram esse religionem custodire se ab hoc sæculo immaculatum, uisitare uiduas, & pupillos in tribulationibus. *Esaiæ. 1.* *Hier. 22* *Ezec. 22* *Zach. 7.* *Mat. 23* *Act. 6.* *Iac. 1*

6 † Etsi Viduæ mundo uiduæ uidentur: tñ uiduæ re uera nō sunt: utpote quæ Dominū Deum habent sibi propitium. Quamobrem maximas res à uiduis perpetratas, etiā scriptura testatur. Ioab usus opera uiduæ Thecuitis perfecit, ut Dauid Rex filiū suum Absalonem in gratiam reciperet. Iudith, quoque filia Merari uidua ui, & fortitudine Dei cum ancilla sola liberauit Bethuliā de manu Olofernis, quem ipsa sua manu occidit. Vidua quoque fuit Anna prophetissa iam ad annos octuaginta quatuor usq; progressa. Huic illud inter cætera quoq; donū datum est, ut Christi natiuitatē cognosceret, & prædicaret. Et Helias ad Sareptanam uiduam suum accessum habuit. Mulieris uiduæ filium unicum mortuum elatum resuscitauit Christus, & misertus fuit uiduæ, hancq; consolatus est, monuitq; ne fleret. Iterum iudicem iniquitatis uocat qui uiduam iudicio non defendit. Deniq; uiduarum precibus commotus D. Petrus Dorcadem defunctam uirtute Christi resuscitat, & uiduis reddit eam uiuam. Noemi quoque uidua sancta cum utraque nuru sua summam à Deo benedictionem consequitur: ut docetur in libro Ruth desponsatæ Booz: unde Obed natus est auus Dauid Regis Israel. *2. Re. 14* *Iudith. 8* *Luc. 2.* *Lucæ. 4.* *3. Re. 17* *Lucæ. 7.* *Lucæ 18* *Act. 9.* *Ruth. 2.*

7 † Ethnicis quoq; uiduas in honore fuisse multis argumentis euinci potest. Alcinoe nanq; defuncti uiri funus semper plorans

uixit. Vnde poetæ fingunt Iunonem quoq; pietate tali commotam fuisse, ut Irim nunciam mitteret ad aulam Somni, ut Morphea ad Alcynoem mandet, quæ ipsam edoceat rem gestã, causamq; funeris mariti, & consoletur. Nam Ouidius Metamorph. 11. latissi mè hanc fabulam prosequitur.

Omnibus illa quidem superis pia thura ferebat:
Ante tamen cunctos Iunonis templa colebat;
proque uiro qui nullus erat, ueniebat ad aras,
Vtque foret sospes coniunx, suus utque rediret,
Optabat, nullamque sibi præferret. at illi
Hoc de tot uotis poterat contingere solum.

Vnde impetrat, ut muta ta ipsa in pulcherrimam auem, mariti naufragi corpus inquireret, repertũq; rostri duri nequisquam osculis fatigaret.

Sed tandem superis miserantibus ambo
Alite mutantur. fatis obnoxij iisdem
Tunc quoque mansit amor, nec coniugiale solutum est
Fœdus in alitibus. coeunt, fiuntque parentes;
Perque dies placidos hyberno tempore septem
Incubat Alcynoe pendentibus æquore nidis
Tum uia tuta maris, uentos custodit & arcet
Aeolus egressu, præstatq; nepotibus æquor.

Ex quibus facilè colligitur, quantum ueteres uiduali castitati tribuerint. Sed & uxor Pici regis Latinorum defuncto marito in uiduitate mãsit. Hinc lugens quasi mariti funus desiderio amissi mariti contabuisse a poetis fingitur, & pietatis noĩe ad æternã memoriã à deis mutata in locum mari proximum, qui canens dictus est. Ouidius hanc quoq; rem inuolutam fabulis narrat, Metamorph. 14.

Illic cum lachrymis ipsos modulata dolores,
Verba sono tenui mærens fundebat, ut olim,
Carmina iam moriens canit exequialia cycnus.
Luctibus extremum tenues liquefacta medullas
Tabuit, inque leues paulatim tabuit auras.

Fama

Fama tamen signata loco est, quem ritè canentem
Nomine de Nymphæ ueteres dixere coloni.

Nec omittam tertium exẽplum, ut tres crateres libando satisfaciamus. Quod ut recentius, ita pulchrius. Hersilia fuit Romuli coniunx, ea diu maritum luxit, uiduaq́; semper mãsit, de qua sic Ouidius Metamorph. 14. canit, mirabiliter laudans.

O & de Latio, ò & de gente Sabina
Præcipuum Matrona decus, dignissima tanti
Ante fuisse uiri coniunx, nunc esse Quirini.
Siste tuos fletus, & si tibi cura uidendi
Coniugis est, duce me lucum pete, colle Quirino,
Qui uiret, & templum Romani Regis obrumbat.

Illa autem omni pietate persoluta, & cum fato cedẽs iungeretur charissimi mariti sepulcro, à Quirino excepta fingitur in cœlum, & Ora dea dicta. nã sic habet.

Hanc manibus notis Romanæ conditor urbis
Excipit, & priscum pariter cum corpore nomen
Mutat, orãque uocat, quæ nunc Deo iuncta Quirino est.

Apud Phrysios summus honos uiduis fuit maiorum ætate. tametsi apud plerosq́ue collapsa maiestate, & ueneratione antiqui moris, irrepente lasciuia non adeo magna sit huius rei obseruatio. Tacitus quoque testatur seuera apud Germanos esse matrimonia, nec ullam morum partem magis laudaueris: nam propè soli omnium gentium singulis uxoribus contenti sunt, sic uiuendum, sic pereundum: accipere se quę liberis inuiolata, ac digna reddat, quæ nurus accipiant, rursus quæ ad nepotes referãtur. Ergo septa pudicitiæ agunt nullis spectaculorum illecebris, nullis conuiuiorum irritationibus corruptæ. paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum pœna præsens, & maritis permissa: accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem uicum uerbe-

re agit: publicatæ enim pudicitiæ nulla uenia, non forma, non ætate, non opibus maritum inuenit: Nemo enim illic uitia ridet, nec corrumpere, & corrumpi seculum uocatur. Melius quidem adhuc eæ ciuitates, in quibus tm̃ uirgines nubunt, & cũ spe uotoq; uxoris semel transigitur: sic unum accipiunt maritum, quo modo unum corpus, unamq; uitam, ne ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tanquã maritum, sed tãquam matrimonium ament. Numerum liberorum finire, aut quemquã ex agnatis necare flagitium habetur: plusq; ibi boni mores ualẽt, quam alibi bonæ leges. Hæc tacitus de Germanis adhuc Barbaris, ac infidelibus prodidit. At posteaquã facti sunt Christiani, debebant esse meliores, sed tm̃ abest, ut innocentiores sint hodie, quin longè sint infidelibus deteriores. Nec uestigia illorum bonorũ morum suæ originis supersunt, nisi apud Phrysios solos. Idem Tacitus narrat Velledam numinis loco apud eorum plerosq; habitam, sed & olim Auriniã, & complures alios in ueneratione fuisse non adulatione, nec tanq̃ facerent deas. Has ego uiduas fuisse cõiicio ex noĩe Velledæ, quæ Frisico idiomate significat defuncti mariti uxorem, hoc est, uiduã: tum Aurinia est antiqua castrata mulier, qualis est ueta uidua. Germani itaq; & inter hos potissimum Frisij, naturali instinctu in posteritatis, & Bonorum exẽplũ sine magistro Christiano inducti sola lege Christi in hoĩum cordibus scripta id præstiterunt, quod Christianis Paulus præcepit. Viduas honora Nunc
1.*Tim.* 3 ergo ualeant Vesani hoĩes, qui uiduas improbant, qui monasteriis deuotas explodunt. Quid dicit D. Hierony. in Epistola. 96. Nesciat uidua bigamiæ indulgentiam. D. Tertull. quoq; quamuis bigamiã nõ multum commẽdat, Buccis clamat cõtra Bigamiã, id magno potius zelo fecit, & uirginitatis, aut saltẽ uidualis castitatis amore, & ut luxuriam improborum coerceret, quàm quod nesciret concedi potius
Biga-

Bigamiam uiduis quàm ut Ecclesiam Dei ignominia afficerent suis ineptiis, & fidem datam irritam
8 faciendo. †Omitto quanta bona à uiduis sint data. Carmenta Euandri mater carminum inuentrix dicitur, & Nicostrata literas latinas dedit. Ceres frumēta inuenit cum antea glande uescerentur, eadē molere, & conficere panē in Attica, Italia, & Sicilia docuit, ob id dea iudicata. Eade prima leges dedit, quāuis has alii Rhadamantho asscribāt. Artemisia Herbam sui noīs ostendit, & de se denominauit, Mansolæum pietatis ergo, in memoriā mariti extruxit, unū inter miracula orbis insigne opus. Oēs has uiduas fuisse constat, ac diuinis honoribus cultas Carmētalia, Cerealia, Floralia, plurimaq; festa dicata ui
9 duis fuisse, apud Romanos historiæ testantur. †Sed quorsum delabor? certè tempus est, qm̄ ostendimus uiduis dignitatem conditionis propriæ ipsis, ut pedem reuocemus, concludamusq; summopere laborandum esse uiduis, ut in castitate permaneāt, Deo non mundo: Spiritui, non carni: doctrinæ, non delitiis: curæ uirtutū, non luxuriæ studeant, obseruētq; doctrinā à Paulo traditam, utpote quæ uita est Christi, ac sanctæ Ecclesiæ Catholicæ. Nam si sicut debēt, assiduè Ecclesiam Dei bonis operibus, & orationibus adiuuent, promerentur illud, ut stipendiis Ecclesiæ sustententur. Non tñ clericis, neq; religiosis sint nimium familiares, sicut habetur in Canone. distin. 81. Clericus. Episcopi, & prælati ecclesiarum ipsis prouidebunt, & ut protegantur, & ut sustententur. Nec Reges, nec Imperator quidem dedignabitur hoc officio, aut potius pietate. Tāti est ergo momenti, ut quæ sit uidua sancta. Turturis itaq; gemitus potius uiduis est imitandus, quàm salacitas Passerum. Vnde in lege ad purificationem, & oblationem ueniunt Turtures. Sed hæc hactenus, quibus loca subnectam. *Dist.* 81.

Loca quædam ex optimis auctoribus seorsum annotata.

10 †Viduam multi putant dici Iduam, hoc eſt, à uiro diuiſam. Iduare nanq; Hetruſca lingua eſt diuidere, & hinc uiduertas, calamitas, quod uiduet bonis, atque hinc diuiduus, ſed certè tales, Etyma rerum ignorant. Nam uidua eſt, quæ eſt experta legem matrimonij, ſed iam ſoluta ab ea, quaſi dicta à uoce primitiua Vuid uande æ, hoc eſt procul remota, aut ſe-
11 parata à matrimonio. †Sunt autem uiduæ infideles aliç, ut quarum ferè proprium eſt, ut ſint auaræ. unde ſic Horatius ait.

-----Sunt qui
Fruſtis & pomis uiduas uenentur auaras;
Excipiantque ſenes, quos in uiua ria mittant.

Nec plura de his addam. Aliæ uerò ſunt fideles, ut Chriſtianç dictæ, & hæ uel uerè uiduæ, ut quæ fidẽ religioni dederunt, nimirum, ut optimi intelligũt, quæ uoto uidualis caſtitatis ſe obſtrinxerunt. His nefas eſt retrò reſpicere, uel poſt ſathanam ire. Nam exemplo uxoris Loth, in petram opprobrii conuertentur: & pariter gratia Dei excident, damnationis in ſe mercedem habentes. In his etiam uelle nubere damnabile eſſe D. Auguſt. affirmat, & D. Hierony. Beda, ſanctiq; omnes. Verè uiduas D. Hieronymus interpretatur omnium ſuorum auxilio deſtitutas, quæq; iam amplius manibus laborare uix poſſunt, quas paupertas debilitat, ætas conficit, quibus Deus ſpes eſt, & omne opus oratio. Hæ ab Eccleſia recipiẽdæ ſunt & fouendç, ut quæ ſint non minus ſexaginta annorum, &c. uel ſunt quæ ad has proximè accedunt, ut etiam ſi ætatem eam corpore non habeant, tñ animo anus ſunt, & iuuenculas docete poſſunt, tenaciſſimæ caſtitatis, & bonorum operũ. Vel ſunt quæ amicos fideles habent, aut filios, nepoteſúe, hæ lau-

D. Hiero. in Epiſt. Pauli.

1. Tim. 3

ad Tit. 3

laudandæ quidem sed non debent grauare Ecclesiã nutriri à suis, & uiduitatẽ diligant. Vel sunt uiduæ iuniores, his Paulus mandat ut nubant, siue sint diuites, siue pauperes: ne in Domino luxurient, ne in delitiis uelint uiuere, ut quæ uiuæ mortuę sunt, & quarum plurimæ alioqui infringerent uotum uiduitatis, scandaloque essent. Sed D. Augustinus de Sanctitate uiduali ex professo librum scripsit, hunc legat, qui ampliorem explicationem desiderat. Dionysius quoque Carthusianus de laudabili statu uiduarum scripsit integrum opus, in quo collegit quę à prioribus fuere tradita. Baptista Tronamala qui Rosellam scripsit, quatuor facit uiduarum differentias, quarum primam ponit eam, quæ est integra quidem corpore, sed corrupta mente, ut quæ cum in Domino luxuriata est, adhuc uult nubere: Alteram corruptam corpore, sed mente integram, ut quæ fidem primam irritam fecit. Tertiam corruptam corpore & mente, quæ est in delitiis, & uiuens mortua. Quartam contra integram corpore, & mẽte siue destituta, siue non auxilio suorum. Hæc tamen omni honore semper est digna. Vtinam tales multas haberemus uiduas, & quæ exemplo Iudith patrocinarentur Ecclesiæ Christi. Incredibile est quid possunt uiduæ, si bonæ sunt, sed de his satius est pauca dixisse, quàm impegisse: Nunc Syluulam attingam.

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

Genes.	38.b.	2.Reg.	14.a.
Exod.	22.d.	3.Reg.	17.b.d.
Leuit.	21.c.	Iudith.	8.a.
Num.	30.c.		10.c.
Deut.	24.c.	Iob.	22.b

SEQVVNTVR ADMONITIONES, quarum prima Admonitio ad diuites huius mundi.

SVMMAE.

1 *Docetur quod Diuitiæ non sunt malæ, sed illarum ut usus bonus, ita abusus malus.*

2 *Diuitiæ nõ in rebus externis, sed in animo possidentis sunt æstimandæ*

3 *De diuitibus huius sæculi, qui uulgo diuites habentur*

4 *Diuites huius sæculi piam admonitionem non debent fasti dire, sed pro ea esse grati, ut fœliciter uiuant.*

5 *Diuites ut bene diuitiis utantur, norint primò suam naturam, & hanc cum pauperibus eandem sciant esse.*

6 *Origo naturalis diuitum ostendit, quod non debent super bire in diuitiis suis; itaque illa origo enarratur.*

7 *Diuitum est, opere & facultatibus pauperibus subuenire,*

eosque

eosque quantum possunt promouere.

8 *Diuites misereantur pauperum, sicut Deus misertus est il lorum.*

9 *Diuites faciant, eleemosynas in pauperes.*

10 *Diuites debent pecuniis suis redimere captiuos.*

11 *Diuites si nolunt Christo placere, benefaciãt pauperibus, qui minimi Christi sunt.*

12 *Diuites qui nõ utuntur diuitiis benè, nec pauperes iuuãt, uariis suppliciis puniuntur, Deo ita uolente.*

13 *Diuites cùm possint bonis temporalibus cœlestia acquirere, peccant grauiter, quod cęlestibus temporalia præponunt, imò sibi damnationem accersent.*

14 *Qualis uulgo habetur ille diues, qui cùm potest non iuuat pauperes, aut proximum suum.*

15 *Diuites sæculi non utentes diuitiis sicut oportet, ferè libe ros, & nepotes habent magnos rerum decoctores, & de generes à uirtute.*

16 *Diuites in alios iniurii sunt pluribus modis, quos cùm pos sunt non iuuant.*

17 *Diuites mortis memoriam meditando, aliis in tempore de rebus suis temporalibus opitulentur.*

18 *In quos pios usus, suas diuitias insumere diuites possunt, ut laudem habeant.*

19 *Contra eos qui malis artibus diuitias congerunt.*

1 SAluberrimum est aũt institutũ Ecclesiastici, qui *Eccle.31*
dicit laborauit diues in cõgregatione substãtiæ, & in requie sua replebitur bonis. Salomõ uerò, qui ditissimus fuit Rex Israel & sapientissimus, tempera mentum diuitiarum docet, dum Prouerb. tricesimo *Prou.30*
sic scribit. Duo rogaui te, ne deneges mihi, antequã moriar. Vanitatẽ, & uerba mẽdacia longè fac à me: Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi: Tribue tm̃ uictui meo necessaria, ne fortè satiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis est Dñs? aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei. Vnde manifesto colligemus ipsas diuitias p se ma-

las non esse, neque uerò improbandos esse diuites huius mundi, sed longè illud esse maximum, quod propheta clamat: Diuitiæ si affluant, noli eis cor apponere: melius est aliquid habere, quàm nihil possidere, siue paupertas inuoluntaria de qua agit sapiēs non de paupertate uoluntaria, quæ adfert spirituales diuitias ipsi spiritui, & materiam benificientiæ, uel liberalitatis utpote diuitias obtinere: etiam honorabile, sed laudabilius adhuc, & gloriosius nouisse uti diuitiis. †Ideo nimirum hominum diuitię nō in copia, quæ suppetit, sed in animo habentium, & utentium eis æstimandæ ueniunt. Quoniam ut Epictetus prodidit, Bona fortunæ extra nos sunt, neq; semper in potestate sunt posita: quinimò omnia bona externa iure diuino sunt cōmunia. Ius enim diuinum prohibet furtum, ergo iure diuino nō sunt omnia illa communia. Quod Cicero quoque testatus est: Sed iustitiæ, inquit, primū munus est, ut ne cui quis noceat, nisi lacessitus iniuria: deinde ut cōmunibus pro communibus utatur priuatis ut suis. Sunt autem priuata natura nulla, sed aut ueteri occupatione, ut qui quondam in uacuum uenerunt, aut uictoria, ut qui bello potiti sunt, aut lege, aut pactione, conditione, sorte. Hæc uerò quum sint mutabilia, & uaria, incertoq; sortis, atque fortis fortunæ impulsu undarum instar deuoluantur fit quoque ut bonorum fortunæ, unde diuites uulgò denominantur, incertissima cōditio existat. Quare re uera tales non possunt diuites uocari, ut qui sæpe eis quæ habent, carent, sæpe spoliantur, & pariter de statu suo una cum omnium rerum externarum, amissione detrusi, fiunt pauperimi, ut ait Ouidius. *Irus erit subito, qui modo Cresus erat.* nihiloīus uulgo hodie eos diuites uocāt, qui magnas hn̄t facultates possessionū agrorum, fructuum, ædium, famulorū, seruorū, aliorum animalium, ac breuiter pecuniarum. Quæ quidē omnia sunt externa bona, & quū plurima adesse

putan-

putãtur, minime præsto sunt, ex quo fit, ut qui propter talia diuites habẽtur, sæpenumero sint Iro pauperiores. Deinde permulti inueniuntur, qui ea, quæ habẽt, attingere horrent, aut uti nesciũt. Vnde ẽt tã deest illis id qđ habent, quã quod non habent, sicut auaris omnibus: quamobrẽ Horatius uerè cecinit.

Semper auarus eget: certum uoto pete finem.

Præter hęc omniũ sunt stolidissimi mortaliũ, qui uni huic rei incumbunt, insudant, & inuigilant, ut talia bona externa acquirant, ac ut paucis dicã, qui acquirendæ pecuniæ student. Propter hanc etiã ualidus, quique honesto exercitio sanior fieri posset, eligit in ocio uiuere, & stipẽ emendicare, Quẽadmodũ memini accidisse Gandaui, ubi præcipui nobilium præfectorum membrorũ Flãdriæ congregati aderãt, uenisse sub tempus prandii quendã mendicum ad nos petentem eleemosynas, inter cætera (etiã cum ualidus omnibus esse uideretur) summopere infelicitatem sui status deplorantẽ, ac sæpius ingementẽ conqueri de morbis, quibus obrueretur, rogatus infirmitates suas se referre posse negauit. Vnde acceptis eleemosynis decessit sed subornatus è ministris homo huiusmodi technis explorandis non inidoneus, eminus illũ sequutus tandẽ maturans accessit rogãs ut sibi detegeret infirmitates, qbus laboraret, se effecturum promittens, ut lõgè ampliore eleemosyna gauderet, tũ ille primo detrectans, sed importunitate exigentis compulsus, & eleemosynam sperãs dixit. Certe caue ne cuiquam quæ dicturus sum referas, ac fidẽ sibi datam huius silẽtii putãs edidit hæc. Tanta ego infirmitate laboro, ut sat dici non possit. Nullum enim mihi membrũ etiã naturaliter dispositũ adesse, quod uel minimum laborẽ subire uelit, ac interea ostendens omnia mẽbra sana sat insinuauit malle se ocio torpescere, quàm uel digitũ applicare labori, cum eo modo optimè uiuere posset, & ex laboribus manuum sufficientiã habere, mendicitatẽ

prætulit. Alius paupertatem peregrè professus, seruilia ministeria & sordida opera facit, imò seruitutẽ uoluntariam seruit: alius ut Horatius rectè.

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

.Nonnulli etiam indignissima Christiano homine scelera committunt, & fraudes, ut Vsuras, Fœnora, Simonias, uanitates & mẽdacia, falsa testamẽta, Veneficia, Periuria, homicidia, atque Bella, horrida bella. Profectò plurimũ dubito, an acquisita talibus fraudibus bona iure dici possunt diuitiæ, & qui ea habent potius an ne sint fures, & malefici dicẽdi q̃
3 diuites. † Sed demus populari censuræ suã auctoritatem, & uocemus etiã eos diuites, rerũ diuites huius mundi. Nam sicut mundus, & gloria mundi trãsit, ita illa temporalia tantum & transitoria sunt.

Passibus incertis fortuna uolubilis errat,
Et manet in nullo firma, tenaxq́ue loco.

Fortuna enim loco stare nescit, sic quoq; bona fortunæ, bona inquã mũdi huius. Ad hæc sunt q agriculturæ student, & agrorum copiã habent: unde abundant naturalibus bonis uictui & uestitui necessariis, tum sibi tũ aliis optima, & utilia subministrãt, hincq; pecunias recipiunt, & diuites existunt: homines certè non improbandi, sicut nec illi, qui laboribus animi, gubernationeq́; Reip. administrandæ diuitias possident, aut honesta utili & necessaria ꝓfessione disciplinæ approbatæ & opera eas acquisiue
4 rũt. † Quamobrem primo in genere agã, breuiq́; instituã admonitione, omnes huius sæculi diuites, ut fœliciter uiuant tũ pauca adiiciã correctionis causa ad eos, edisserẽdo, qui malis artibus, uel malis modis, aut nõ utiq; bonis omnino ditati sunt, aut partes diuitias occupãt. Quoniã ostẽdi diuitias ex animo hominis potissimũ esse æstimãdas ꝑfectò ut uere diuites sint animi utiq; informãdi erũt. Quinimò uere diuitiæ, utpote per quas diuitiæ solidæ, nec peritur æ

riturae

rituræ colligũtur, ſunt tales hæ admonitiones, omni auro, atq; argento pretioſiores. Qui itaque nocte dieſq; impẽdunt monetis numerãdis, & uario cõtagio infectis, nõ grauari debẽt ſaltẽ unã horulam inſumere recitãdæ huic admonitioni, quinimo in pectore geſtab ũt illud dictũ S. Pauli, q ſic ſcripſit: Omnis qui eruditur in uerbo, ei à quo inſtituitur, communicet in omnibus bonis. Nolite errare: Deus nõ irridetur: quod enim ſeminat homo, hoc ẽt metet: quod qui ſeminat in carne ſua, ex carne metet corruptionẽ: qui ſeminat in ſpũ ex ſpũ metet uitã æternã. Hactenus ille ſatis declarat, quod ſpiritualibus datoribus paria repẽdi haudquaquã poſſunt. Siue igitur erudiri diuites uelint, ſiue nõ, uel ſi bona reddãt uel miniuè, attamen ego non deſinã Chriſtiana admonitione fungi, quandoquidem id opus Spiritualis misericordię ab omnibus piis haud dubiè probatur. †primum omnium ipſis huius ſæculi diuitibus elargior unum ſacculũ inæſtimabilis pretii, & quẽ è cœlo deſcendiſſe Iuuenalis cantat, ſunt nanque attentiſſimi ad ſacculos diuites. Sed ſic Iuuenalis ait.

ad Ga. 6

5

Iuuen. Sat. 11

illum ego iure

Deſpiciam, qui ſcit quantò ſublimior Atlas
Omnibus in Libya ſit montibus. Hic tamen idem
Ignoret, quantum ferrata diſtet ad arca:
Sacculus è cœlo deſcendit gnothi ſeauton
Figendum & memori tractandum pectore, ſiue
Coniugium quęras, uel ſacri in parte Senatus

Eſſe uelis: Imo eſt illud neceſſarium, ut diuites hinc ſuarum diuitiarum uſum, & modum addiſcant: quẽ admodũ mox oſtendã. Quoniã hic Sacculus non tãtum poetis commendatur: ſed uehementer Plato in Philebo, uel Dialogo de ſummo bono, qui oraculũ eſſe dicit id Delphicum, ſummiſque rationibus confirmat, ad omnes bonos, & uolẽtes effugere opprobrium ſtupiditatis, inſipientiæ, atque mollitiei, pertinere

tinere dicit. Iubet prætereà hoc dictum Apollinis semper tanquam pro speculo habendum esse, & in pectore circunferendum, ut sunt ineffabiles utilitates breui enunciatio, oraculoque profecto comprehensæ. Hunc igitur Sacculum ipsis diuitibus repræsento, atq; ut excutiant obsecro. Habet enim cognosce teipsum. Diuites igitur cognoscant, seipsos. Nudi in mundum ingressi sunt. Quid enim intulerunt? Iob etiam cum ditissimus esset, & permissu Dei à diabolo tentaretur, fecissetque iacturam rerũ suarum, & liberorum: surrexit, & scidit uestimenta sua, & tonso capite corruens in terram, adorauit & dixit: Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. In omnibus his non peccauit Iob labiis suis, neque stultum quid contra Deum loquutus est. Est ne longè præclarius, ut diuites in pauperes distribuant necessaria de superfluis ad honestum uictum, & amictum, quam ut diabolus tandẽ omnia auferat diuitiarum bona, & haud rarò una cum dominis. Neque enim omnes diuites sic sunt Deum timentes, ut erat S. Iob. Quocirca D. Paulus, 1. Timoth. 6. sic prodidit. Et qui, inquit, ueritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem. Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, iis contenti sumus. nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa, inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidem appetentes, errauerunt in fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem o homo Dei, hæc fuge. Et paulò post. Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, neq;

Iob 1.

1. Tim. 6

ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo uiuo, qui pręſtat nobis omnia abunde ad fruendū, benè agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, cōmunicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant uerā uitam. Hæc ille, quę ſi recte diuites huius mūdi, Mercatores, uſurarii, & ſimilis farinæ nebulones conſiderarent, melius haud dubie in Rep. Chriſtiana ageretur, & ipſis omnia eſſent fœliciora. Quæſitæ ferè opes fugiunt, & neglectæ inuitum ſequuntur. Eccleſiaſticus optimè conſulit: Noli, ait attendere ad poſſeſſiones iniquas, & ne dixeris: Eſt mihi ſufficiens uita. nihil enim proderit in tempore uindictę, & obductionis. Noli anxius eſſe in diuitiis iniuſtis, non enim proderunt tibi in die obductionis & uindictæ. Adam *Gene.* 3 uerò à peccato adhuc liber non agnoſcebat nuditatem, ſed poſtquam peccaſſet agnouit, & confeſſus eſt quod eſſet nudus, unde pœnitentiæ fructum quoq; meruit, ſed iuſtitia Dei peccato pęnam debitā ſtatuit, & inter alia illud enunciauit: Quia puluis es, & in puluerē reuerteris. Vtinam diuites huius ſæculi ſuā nuditatē quoque agnoſcerent, & diſciplinam eccleſiæ obſeruarent. atq; illud ſolenne non fronti ſolùm cum cinere, ſed cordi cum contritione illinirent, & inſcriberēt: Memento homo quod cinis es, & in cinerem reuerteris. Non adeo in uanitate diuitiarum ſuperbirent, & magis pauperem memores eſſent, ſicut Eſaias præcepit. Frange eſurienti panem tuum, *Eſa.* 58 & egenos uagosq́; induc in domum tuam: cū uideris nudū, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Forſan nunc contrà faciunt. Sed oculus Dei iuſtus
6 eſt, & ſuo tempore punit.† Oculus enim Domini ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Vt autem clarius intelligant ortū ſuū ipſi diuites, neque gloriētur in Genealogiis, in ſtémate, in picturis, & ſtatuis, in opibus: equidē nunc originem ipſorum attingā. Ceruical eſt inteſtinū rectum, ſter-

core plenum, eoque fœtidius, quo maioribus diuites cruditatibus laborãt, quàm pauperes, ut his sit boni odoris, & suauis unguine muscos, illis dira mephitis. Oculare est uesica, plenè semper urina olida, eoq; iniucundior, quo crudior: tegmen autẽ sanguinolentus plexus, & iniucundissimo sudore spirante nidorem Auern circunfusus. Hoc principio natũ embryon, uerè embryon nullum habet indusium præter bryam, hoc est sordes. Multa quidem homini post sunt tribui, & inter alia illud maiestati eius ascribi, quod ipsius causa cuncta alia uidetur natura genuisse: magna certe, & sæua mercede cõtra tanta sua munera, ut non satis sit æstimare parens melior homini, an tristior nouerca fuerit. Ante oĩa unũ animantium cunctorum alienis uelat opibus, cæteris uaria tegmenta tribuit, testas, cortices, coria, spinas, uillos, setas, pilos, plumas, pennas, squammas, uellera. Truncos etiam arboresque cortice interdum gemino à frigoribus, & calore tutata est. Hominem tantum nudum, & in nuda humo narali die abiicit ad uagitus statim, & ploratum: nullumque tot animalium aliud ad lachymas, & has protinus uitæ exordio. At Hercule risus precox ille, & celerrimus ante quadragesimum diem nulli datur. Ab hoc Lucis rudimento, quæ ne feras quidem inter nos genitas uincula excipiunt, & omnium membrorum nexus. Itaque etiam quamuis fœliciter natus, iacet manibus, pedibusque deuinctis, flens, animal cœteris impariturum, & à supplicijs uitam auspicatur, unam tantũ ob culpam, quia natum est, ut Plinius ait, imò quia Adam legem Dei transgressus est, & ut meminerit postea suæ nuditatis, infirmitatis, miseriç, & humilitatis. Huc dementiam ab iis initiis existimantium ad superbiam, ad congestionem priuatorum bonorũ se genitos. Prima roboris spes, primumque temporis munus quadrupedi similem facit. Quando homini incessus? quando uox? quando firmum cibi os? quamdiu

quamdiu palpitans uertex, summæ inter cuncta animalia imbecillitatis indicium? Iam morbi, totq; medicinæ contra mala excogitatæ, & hæ quoque subinde nouitatibus uictæ. Cętera sentire naturam suam, alia pernicitatem usurpare, alia præperes uolatus, alia uires, alia nare: Hominem scire nihil sine doctrina, non fari, non ingredi, non uesci, breuiterq́ue nõ aliud sponte natura quàm flere, itaq́ue multi extitere, qui non nasci optimũ censerent, aut quàm ocyssimè aboleri. Vni animantiũ luctus est datus, uni luxuria, & quidem innumerabilibus modis, ac per singula membra, uni ambitio, uni auaritia, uni immensa uiuendi cupido, uni superstitio, uni sepulturæ cura atque etiam post de se futuro. Nulli uita fragilior, nulli rerum omnium libido maior, nulli pauor confusior, nulli rabies acrior. Denique cætera animantia in suo genere probe degunt, congregari uidemus, & stare contra dissimilia. Leonum feritas inter se non dimicat, serpentum morsus non petit serpentes, ne maris quidem beluæ, ac pisces nisi in diuersa genera sæuiunt. At Herculè plurima homini non homine sunt mala, unde quæso? non aliunde, quàm quod nemo sua sorte, suis fortunis contentus est, *Et crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit*, inquit Iuuenalis. Quinimo homines sanæ mentis ideo canem execrantur, qui ob custodiam ædium, & fidem erga suos alioqui commendandus est, quod defodit superflua, & soli sibi quærit, alijs nihil contribuat, adeo quoque ut dum canis os rodit socium quem diligit odit, longè uerò magis is homo improbandus est, qui res pecuniasve defodit, Thesaurosq́ue plutonis nomine facit, nec immerito in opprobrium cessit,
7 quum quis dicitur canis. † Caueant igitur diuites, ne sint canes, sed meminerint suę nuditatis, & paupertatis, & quomodo auxilio aliorum adoleuerint, ita rursus aliis, & opere, & facultatibus subueniãt, aliosq́ue promoueant. Cato inquit.

Infantem

Infantem nudum cum te natura creauit:
Paupertatis onus patienter ferre memento.

Sed enim alium iuuare oportet, & ut infirmiorẽ partem sustentat robustior: ita pauperiorem alat, uestiatque, & instituat ditior. Hæc est enim in omnibus perfectio, ut testatur D. Hieronymus, suæ imperfectionis cognitio. Sed & Cassiodorus: Magnus, ait, ascensus ad Deum est cognitio suę infirmita-

In Epist. ad Clesiphontem.
Super Psa. Miserere
1. Ioa. 3.
In 1. epi. ad Tim. cap. 6

8 tis.† Diuites itaque respiciant ad suam originẽ, quæ infirmissima est, & miserabilis, & misereantur aliorũ sicut Deus ipsorum misertus est. Qui uidet fratrem suũ habentem necessitatem, & clauserit uiscera sua ab eo, quo modo charitas Dei manet in eo? D. Ambrosius pulchre hoc docet. Medicina, inquit, misericordiæ tollit peccata magna, habemus plura subsidia, quibus peccata nostra redimimus, pecuniã habes, redime peccatum tuum. Non uænalis est Dominus, sed tu ipse uænalis es peccatis tuis, uenundatus es, redime te operibus tuis: redime te pecunia tua. Vtilis est pecunia, sed pretiosa est misericordia. Eleemosyna, inquit, à peccato liberat: crimina
10 ergò eleemosynis redimuntur. † Diuitum est igitur succurrere pauperibus eleemosyna: tum redemptio-
9 ne captiuorũ. † De qua sic scripsic Lactantius Firmianus lib. 6. Captiuorum etiam inquit, redemptio magnum atque præclarum iustitiæ munus est. Quod idem Tullius approbauit. Atque hæc benignitas etiam Reipub. utilis est, redimi à seruitute captiuos: locupletare tenuiores. Hanc ego consuetudinem benignitatis largitioni numorum longè antepono. Hæc est enim hominum grauium, & magnorum recordantium se in cunis quoque uinctos fuisse, & misericordia Dei liberatos inde ad perfectũ ingressum esse productos. Proprium est igitur diuitum, maximè ut laudem iustitiæ consequantur, alere pauperes, uisitare, cibare, potum præbere, uestire, atque captiuos redimere: quum apud iniustos etiã qui hæc

faciunt graues, & magni uocantur. His.n. maximæ laudis est benefacere, qui deserti iacent, quibus nemo sperauit benefacturos esse. Nã qui benefacit consanguineo, uel proximo, uel amico, aut familiari, certe nõ magnã laudẽ meretur: qui facit id quod dẽt, scit-
11 que turpe, ac detestabile, nisi fecerit id quod ab eo & natura ipsa, & necessitudo exigit. Et si facit non tam gloriæ assequendæ, quàm reprehensionis uitãdæ gratia facit: qui aũt facit alieno, & ignoto, & pauperi, is uere dignus est laude. Quoniam ut faceret sola ductus est humanitate. Ibi ergo iustitia, & laus, ubi ad benefaciendũ necessitatis uinculũ ullũ nõ est, porrò eadem de caussa necesse est, pupillos, uiduas, destitutos auxilio, egẽtes, & afflictos tueri à diuitibus, quoniam diuitibus datum est à Deo ut naturali humanitate fouere, protegere, iuuare, ac conseruare possint: nisi fecerint, rationem sunt reddituri. Christus enim in die iudicij dicet his, qđ uni ex minimis illis non fecistis, mihi non fecistis, & non noui uos. Quidam diues gloriabatur, quod Deo tunicam uouisset, sed subdebat se nescire quam magnam illi faceret. Sacerdos petiit ab eo ut uestiret pauperem, se edocturum esse mensuram. Itaque diues uestiuit illum pauperem, tum sacerdos expresse illum laudauit, atque ut idem eis, qui uerè pauperes essent præstaret, adhortatus est, fore ut eo modo uerã haberet mensuram tunicæ Dei. Quid enim? pauperes utique minimi habentur Christi. Rursus cogitẽt, quot necessitatibus circumueniri possunt, in quibus aliorũ operã, facultates, & pecunias desyderẽt, & sicut sibi uelint fieri, ita aliis egẽtibus succurrant. Deus apetit manũ suam, & implet oẽ animal benedictione, quũ ille non opus ha-
12 beat remuneratione: Atqui quibus hoc Deus nũc dedit, ut alios iuuare possint, quũ id minus fecerint, & in Deũ, & in semetipsos, & in proximum fratrẽ suũ iniurij sunt: in Deum, quia Deus uult, & Dei proprium est iuuare, unde dicitur Deus est omnia donans, & mortali iuuare mortalẽ non iuuare morta-

lem: contra diabolicum mortali non iuuare mortalem. In ſeipſos, quia quũ opus habebunt auxilio aliorum, exemplo Neronis erunt etiam ab optimis amicis ſuis, proprijs famulis, & cognatis deſolati: tum quia curis ſe macerant, ne ſpolientur, ut rectè totum hoc negotium Horatius ediſſeruit.

Serm. 1. Saty. 1.

An uigilare metu exanimem, noctesq́ue, diesq́ue,
Formidare malos furens, incendia, ſeruos,
Ne te compilent fugientes, hoc iuuat? horum,
Semper ego optarim pauperrimus eſſe bonorum.
At ſi condoluit tentatum frigore corpus,
Aut alius caſus lecto te affixit: habes qui,
Aſſideat, fomenta paret, medicum roget, ut te
Suſcites, ac reddat natis chariſq́ue propinquis.
Non uxor ſaluum te uult, non filius omnes,
Vicini oderunt, noti, pueri, atque puellæ.
Miraris, cum tu argento poſt omnia ponas,
Si nemo præſtet, quem non merearis, amorem.

Nec minus eleganter uotum diuitiarum Iuuenalis deridet Satyra decima, quæ ſic incipit.

Sed plures nimium congeſta pecunia cura,
Strangulat, & cuncta exuperans patrimonia cenſus.

Nam addit exempla, nimirum iuſſu Neronis propter diuitias occiſum eſſe Longinũ, & Senecã. Subiici huc debet, quod idẽ Nero ſuſtulit omnes qui totã Africã ad tali funda fere redegerant, & poſſidebant ea, ut Plinius narrat. Adde huc, quod Paulus Oroſius dicit, Neronẽ Romæ cũ intellexiſſet Mercatores maximas diuitias poſſidere, omnes hos iuſſit occidi, & bona inuaſit. Horatius in ſupradicta Satyra refert de Vuidio quodam dicite à liberta occiſo.

Vuidius quidam (non longa eſt fabula) diues,
Vt metiretur numos, ita ſordidus, ut ſe,
Non unquam ſeruo melius ueſtiret, aduſque,
Supremum tempus ne ſe penuria uictus
Opprimeret, metuebat: at hunc liberta ſecuri,
Diuiſit medium fortiſſima Tyndaridarum.

In Gallia Monſpeſſuli Sacerdos ad S. Firmianũ ualdè

dè diues,magis adhuc inhiabat opibus,eaq; de causa uno solo famulo contentus,famulam ad corradêda necessaria ablegauerat, uerum famulus noctu fo-
7 res†Domini dormientis clanculum aperuit,& Dominum occidit,& ablatis pecuniis,quæ multæ erãt, aufugit. Sed huius generis obuia sunt plurima exempla, unde illud Iuuenalis adhuc adtexam.

Pauca licet portas argenti uascula puri,
Nocte iter ingressus gladium contumque timebis,
Et motæ ad Lunam trepidabis arundinis umbram.
Cantabit uacuus coram latrone uiator.
Prima ferè uota, & cunctis notissima templis,
Diuitiæ ut crescant, ut opes,ut maxima toto
Nostra sit arca foro, sed nulla aconita bibuntur
Fictilibus,tunc illa time cum pocula sumes
Gemmata, & toto setinum ardebit in auro.

M.Crassus auri cupiditate bellum contra parthos aggressus, cæsus est,caputque auro repletum addito opprobrio:aurũ sitiuisti, nũc satia te auro. Vnde Eremita rogatus à milite quid esset saccus ille, quẽ clausum uidit positũ iuxta ipsum,respõdit esse mortem. Itaq; miles dissoluto sacco quum aurum inesse uidisset,atque hæc est quam quæro, inquit,non mors,sed abundantia,assumptoque eo cum aliis aliquot sociis aufugit. Paulo post captus est, & suspensus, cognouitq; uerè multis causam mortis esse pecunias. Cræsus quum infinitas pecunias congessisset Cyro fuit prædæ,& comburendus inuocato Solonis nomine conseruari à Cyro iussus est. Antiochus Hannibali ostendit exercitum auro,& argento splendidum,rogauitque,an ne tàlis exercitus sufficeret populo Romano:cui Hannibal respondit, ita certè, tametsi Romani auarissimi sint,cæsus est enim exercitus, & Antiochus uictus. Galli dum ponderando auro tempus terunt,omnes à Camillo dictatore ceduntur,sed & in prouerbium cessit aurum Tholosanum,& illud Verg. de polydoro propter aurum occiso.

Aenei, 3 *Quid non mortalia pectora cogis*
Auri sacra fames?

13 †Porrò dolendum est illud tempus congerendis perdi temporalibus diuitiis, quod datum est habendis diuitiis æternis, qui posset animo suo æternam fœlicitatẽ acquirere, mauult caducum quid. At quantò præclarius philosophi derident diuites huius sæculi, & Aristophanes in Plutone facetus poeta, luculenter rem ostendit: & Plautus in Euclyone, & Epictetus in suis sententiis, iam uerò Anaximander, Cebes, & Crates Thebanus, Diogenes, Thales Milesius, Aristippus Cyrenaicus, & plurimi alij etiam bona hæreditaria sua, ut uirtutes addiscerent, reliquerunt, abiecerũt, cõculcauerũt, & penitus improbauerũt. Haud dubiè in confusionẽ eorũ, qui nihil præter pecunias, & diuitias somniãt, qui illud occinunt.

Quantum quisque sua nummorum possidet arca,
Tantum habet, & fidei, Et illud,
Ipse licet uenias musis comitatus Homere,
Luc. 6. *Se nihil attuleris, ibis Homere foras,*

Et qui dicunt. Bene ueneritis qui aliquid portaueritis: Et qui nesciunt illud Christi: Date & dabitur uobis, Et ut Paulus etiam infert. Beatius est dare, q̃ accipere. Qui nolunt fratres de obseruantia paupertatẽ profiteri, quorum exemplo discere cogũtur pauperes olim Apostolos sine pera ad prędicationẽ missos esse: & quos uenerari debent propter sanctissimũ
Mat. 26 uitæ institutum, præsertim quia Christus dixit: Pauperes autẽ semper habebitis, me uerò non semper. Maximè autem sibi ipsis obsunt, ut qui diuitiarum
Luc. 16. cupiditate, etiã cum diuite illo epulone in gehennã detrudi merentur, & quos Vergilius apud inferus continuis uexari pœnis prodidit, ubi canit.

Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem,
Imposuit. Fixit leges pretio, atque refixit.

Cæterum in hac uita diuites indocti sunt ut plurimum, & hi quales? an ne aurei Boues, uel potius ut canit Alciatus, oues habentes pretiosas lanas.

Tranat aquas residens pretioso in uellere Phryxus,
Et flauam intrepidus per mare scandit ouem,
Ecquid id est? uir sensu habetis, sed diuite gaza,
Coniugis, aut serui quem regit arbitrium.

Neque solùm plurimi uerè diuites se regi ab aliis diuitiarum nomine patiuntur, sed & nummi causa animã uenalẽ habent, nec mirum si ideo ad inferos detrudantur, ut auari, periuri, & impij, uerũ summo iure asinis comparantur, ut hoc carmine patet.

Septitius populos inter ditissimus omnes,
Arua sen exnullus quæ magis ampla tenet:
Defraudans geniumque suum, mensasque paratas,
Nil preter betas, duraque rapa uorat.
Cui similem dicam hunc inopem quem copia reddit?
An ne Asino? sic est, instar hic eius habet.
Nanque asinus dorso pretiosa obsonia gestat,
Seque rubo aut dura carice miser alit.

Quemadmodum auari fetè solent, qui quum maximè rerum copia abundant minime ea utuntur, qđ in renibus natura quoque expressit, qui semper intenti sunt generandæ pinguedini ipsis interea maci- Epi. 95.
lentis, & cõtabescentibus. sed rectè D. Hieronymus dixit, quòd omnis diues aut iniquus est, aut hęres iniqui: alius ita interpretatus est: omnis diues aut auarus, aut auari Hæres, iam uerò tam deest auaro, quod habet, quã ꝙ non habet, & in copiæ cornu mi-
1 serrimus est. Quãobrem ut recolligamus uela, diues qui non iuuat proximũ suum, uerissimis his opprobriis uexatur, ut dicatur canis Stygius, uel Cerberus, qui nihil boni facit, & oĩbus allatrat, omnesque offas deuorat: semper æquè famelicus: tũ ẽt asinus, nõ quali uectus est Christus, sed asinus Isidis, asinus Cumanus, & asinus Rhealinus. Adhæc diues suis opibus insidẽs, quid est nisi draco ille custos Phryxei uelleris, quem insopitũ Ouidius uocat, qui in occul- Matt. 7
to insidiatur, de quo sic Propheta. Psal. 9. Sedet in in- Psal. 9.
sidiis cũ diuitibus, in occultis ut interficiat innocẽtẽ, oculi eius in pauperẽ respiciũt. Insidiatᷣ in abscõ-

dito quasi leo in speluca sua, insidiatu, ut rapiat pau
perem, rapere, pauperem dum adtrahit eum. Hic est
draco ille Idoli Bel omnia comedēs & bibēs, quem
Dani. 14 Daniel occidit infusa massa in os eius ex pice, adipe
& pilis decoctis simul, quibus acceptis diruptus est.
Huius naturam habet draco ille ruber, cuius mentio
fit in Apocalypsi, qui cum pseudopropheta, & bestia
Apo. 20 iniicitur in lacum ignis ardentis & sulphuris, sed ca
nit Ouidius Metā. 7. pulchre de Hesperio Dracone.

Peruigilem superest herbis sopire draconem,
Qui crista, linguisque tribus praesignis, & uncis
Dentibus horrendus, custos erat arboris aureae.
Hunc postquam sparsit lethaei gramine succi,
Somnus in ignotos oculos ubi uenit & auro,
Heros Aesonius potitur, spolioque superbos.
Muneris auctorem secum altera spolia portans
Victor Ioleiacos tetigit cum coniuge portus.

Hunc pythonem serpentem Apollo interemit, & in facti memoriam Pythios ludos instituit.

Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitae serpentis nomine dictos.

Quid enim aliud significatur, quàm quod Apollo agrestes homines, & solis diuitiis numisq; accumu landis attentos per domuit, & ad artes liberales pertraxit, neque minus de tauris igniuomis sentiendū est, quos Iason deuicit. Sūt nanque diuites huius mū di tanquam tauri igniuomi, ut suas pecunias defendant, & pro his armata manu, igni, ferroq; bella gerant, hos tamen Iason superauit. Ecquid diuites sæculi cū secure agunt, ocyssime spoliantur, etiāsi à deo adhuc non nocentur: pulchrum est itaq;, ut meminerint uersus Mænandri: qui ita interpretari possit.

Esto memor diues, ut iuues ipsos pauperes.

Quicunq; diues hoc non facit, degenerat in caninam naturā, asininā, serpētina, atq; taurinā, qua quidem Metamorphosi monstrum fit horrendum, dignum meritò pœnis inferni, ut qui aliorum misertus non est, misericordiam non consequatur cum di

uite

uite Epulone. Tot igitur modis diuites huius sęculi in semetipsos iniurii sunt: quippe animã, & corpus perdũt, nisi egenis succurrant, & opera misericordiæ corporalis faciant. Neque illud pręterea nouum est, quod diuitiarum talium hæredes fere profligatissimi sunt, uel adhuc auariores, fraudulentioresq́; suis maioribus: uel omnino desperati decoctores rerum magno sudore, & uigiliis congestarum ut Persius acute ludit.

....Vin tu gaudere relictis?
Deest aliquid summæ: minui mihi, sed tibi totum est.
Quicquid id est, ubi sit fuge, quærere, quod mihi quõdã,
Legarat Stadius, neu dicta repone paterna.
Fœnoris accedat merces. Hinc exime sumptus.
Quid reliquũ? est, reliquum? nunc nunc impensius unge,
Vnge puer caules, mihi festa luce coquatur
Vrtica, & fissa fumosum sinciput aure.
Vt tuus iste nepos olim satur anseris extis,
Cum morosa uago singultiet inguine uena,
patritiæ immeiat uuluæ? Mihi trama figura,
Sit reliqua? ast illi tremat omento popa uenter.

Propheta dicit. Veruntamen in imagine pertransit homo, sed & frustra cõturbatur. Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea, & nunc quę est expectatio mea nisi Dominus? & substantia mea apud te est. *Psal.* 38
Ecclesiastes considerans, ait, repperi & aliam uanitatem sub sole, unus est, & secundum non habet, non filium non fratrem, & tamen laborare non cessat: nec satiantur oculi eius diuitiis, nec recogitat, dicens: Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? in hoc, quoque uanitas, & afflictio pessima. Sed & proximo capite subiũgit. Auarus nõ impletur pecunia, & qui amat diuitias, fructũ nõ capiet ex eis. Adde huc qđ est capite sexto Eccles. Vir cui dedit Deus diuitias, & substãtiã, & honorẽ, nec qd deest animę suæ ex omnibus quæ desyderat, nec tribuit ei Deus potestatem, ut comedat ex eo, sed homo extraneus uorabit illud. Hoc uanitas, & magna miseria est. Ecclesiasti. astruit. *Cap.* 4. *Cap.* 5 *Cap.* 6. *Eccle.* 5

Quid prodest stulto habere diuitias, quum sapientiã emere non possit? Præclare diuites fecerint, si nullis opibus parcendo curauerint filios suos, aut amicos, amicorumq; liberos, nepotes, & pauperes imbui uirtute, & literis, quæ sunt instrumenta uerarum diuitiarum. Rogatus Pythagoras, an cuperet esse diues? respondit, Quid? diuitias contemno, quæ liberalitate prodûtur, & parcitate putrescũt. Themistocles filiæ nõ diuitem quærebat maritũ, sed qui sciret diuitiis uti. Thales Milesius docuit suos, quàm facilè uiri docti possent ditescere coempto oleo quo tempore abundè prouenerat, reseruatoq; in annum proximũ, quo defectum eius fore ex Astronomia cognouerat. Sed diuitias tales externas contempsit. Nunquid diuitum huius sæculi opibus fruuntur plerumque parasiti & scorta, qui nihil commoditatis habent, tot igitur modis in se iniurii sunt diuites huius sæculi, si auari fuerint. Quot autem modis in alios iniurii sint, qs enumerare queat? Illud D. Ambrosii addam, Pasce fame moriẽtem, quisquis enim pascendo hominem seruare poteris, si non paueris fame occidisti: Sed qui in se malus est, quo modo erga suum proximum erit bonus? Præstat itaq; ut diuites huius sęculi cogitent, qđ nemo diues nascitur. Quisquis exit in lucem, ait Seneca Episto. 20. ad Lucill. iussus est lacte, & pane esse contentus. Itaq; turpe est beatã uitam in auro, argento, & similibus collocare. tum quod Boetius ait. Sed si quod naturæ satis est indigentiam replere uelis, nihil est, quod fortunæ affluentiam petas. Paucis enim minimisq; natura contenta est, cuius satietatẽ si superfluis regere uelis, aut iniucundum quod infuderis, aut noxiũ fiet. Non itaq; diuitię improbãtur, sed desyderãt bonũ dispẽsatorẽ, ne noceãt ne obruãt, suũ possessorẽ, dũ illarũ usum, fineq; ignorat, aut nõ seruat. Denique illud addendum est, quod ineuitabile omnibus instat fatum, ad quod si respexerint diuites sæculi, non superbi, non auari, sed benigni, & misericordes erunt. Memorare nouissima tua, & non pec-

cabis in æternū, est præceptum ab Ecclesiastico. Obiter occurrit illud uulgare. *cap.7*

O diues, diues, non omni tempore uiues,
Da tua dum tua sunt, post mortem iam tua non sunt.

Quod longe pulcherrimo disticho Propertius sic cecinit.

Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas,
Nudus ad infernas stulte uehere rates.

Accōmodari debet huc illud Boetii de Consolat. li. 3.

Quamuis fluente diues auri gurgite,
Non expleturas cogat auarus opes,
Oneretque baccis colla rubri littoris,
Ruraque centeno scindat opima boue,
Nec cura mordax deserit superstitem,
Defunctumque leues non comitantur opes.

Ambrosius de Nabuchodonosor sic scripsit: Nescit natura diuites, quæ omnes pauperes generat: neque enim cum uestimentis nascimur neque cum auro argentoque generamur, nudos fudit in lucem, egentes cibo, amictu, poculo, nudos recipit terra quos edidit. Nescit fines possessionū includere sepulchro cespes angustus, qui & pauperi abundat, & diuiti, & terra uiuentis quæ non cepit affectum, iam diuitem capit. Idem in Exæmero, audi, inquit, omnes nascimur nudi, & nudi morimur. Nulla distinctio inter cadauera mortuorum, nisi forte quia grauius fœtent corpora diuitum distēta luxuria. Sed etiam D. August. de uerbis Domini. Recole, ait, diues primordia tua, dic rogo quid attuleris, aut si dicere erubescis audi Apostolum. Nihil intulimus, inquit, in hunc mundum, utique quando nati sumus, sed nec auferre quid possumus, utique quum de mundo exibimus. Nihil attulisti, nihil auferes, quid te contra pauperē inflat? Certè quando aliquo casu aliqua sepulchra franguntur, ossa diuitum non agnoscuntur. Proinde D. Gregorius Moralium. 18. sic statuit: Diuitiarum modus est, primo habere quod necesse est. Diues quū dormierit, nihil secum auferet, res suas cum moritur secū aufert, *1. Ti. 6. b*

qui

qui cum uenerit, eas petenti contulit, nam terrena oīa quæ seruando amittimus, largiendo seruamus. Patrimonium nostrum retentum perditur, erogatū manet. Diu enim cum rebus nostris durare non possumus: quia nos aut illas, aut illæ nos uiuētes, quasi deserunt pereundo. Agendum est ergo nobis, ut res absolutè perituras in non pereunte cogamus transire mercedem, culpam autem rerum nobiscum ducimus, quamuis hæc omnia, pro quibus perpetrata sunt, relinquamus, alterum commodum consequenter etiam diuites ex meditatione mortis, quod morbo, qui ipsis familiarissimus est, liberabuntur, nimirum superbia, unde D. Augustinus sermone 29. sic scribit. Morbus diuitiarum est superbia: Nam grandis animus est, qui inter diuitias isto morbo non tē-tatur, maior animus diuitias suas uincens contemnendo. Magnus est ergo diues qui non se ideò magnum putat, quia diues est superbus qui & egenus est in carne crepat, in corde mendicat, inflatus est, non plenus, unde paulò post ait: Difficile est, ut non sit superbus qui diues est. Tolle superbiam, diuitiæ non nocebunt, nunc uerò si quis mortem rationē, & terrorem cōsyderet, & de hac philosophetur, haud dubiè ponet superbiam suam, præsertim quum statutum sit omnibus hominibus semel mori: & dictum sit: Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus ue-

*b.*4. niet. Ideò & uos estote parati, quia qua hora non pu-

*Mat.*24 tatis, filius hominis ueniet. Adde quod amarissima

*Eccle.*1. mors est in diuitiis suis pacem habētibus: & qui minus deliciarum, diuitiarumq; nouit, minus metuit

18 mortem. † Sed hæc in genere sint dicta, quibus diuites admonuisse placuit, ut habeant, tanquam nō habeant, & dent distribuantq; in usus necessarios superflua: subministrent, & largiantur Ecclesiæ, quæ ad illam pertinent, de primitiis, decimis, oblationibus, & aliis donis: illam honorent quantum possunt: tū nosocomiis, & zenodochiis succurant. Inde uiduis, & pupillis, postea pauperibus, & infirmis, atque pe-

regri-

regrinis: se, suos atq; cognatos omni genere uirtutis exerceant, cōferant in usum Reipubl. Scholarū, atq; ædium pietatis benignè. Hinc enim nunquam interituram laudem apud homines, & peccatorum remissionem apud Deum consequentur. Reliquum est autem, ut parum attingamus eos, qui diuersis artibus diuitias congesserunt, & congeruut. Hi antè *Matt.19*
omnia sciāt illud dictum Christi: Facilius est Camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cœlorum. Rursus illud. Filioli, quàm *Marc.13*
difficile est confidentes in pecuniis in regnum Dei introire, sunt nanq; tales diuitiæ spinæ, quæ nō patiuntur semen in terram iactum suum accipere incrementum, adhęc sunt bona Mammonæ, Iam uerò ne *Mat. 13*
mo potest Deo seruire, & Mām onę. Propter hoc di- *Math.6*
co uobis ne sitis solliciti animæ uestræ, quid comedatis, quid bibatis, neq; corpori uestro, quid induatis, nunquid anima pluris est nutrimento? & corpus pluris indumento? respicite uolatilia cœli, quæ non seminant, non metunt, non colligunt in apothecas, & pater uester cœlestis nutrit illa, non hæc dico, ꝙ diuitias sęculi improbem, sed quod si desunt, nō uelim eas, per opera mala in mundo quęri, si adsunt, ut per bona opera seruentur in cœlo. Animum christianum, & uirilem, nec debent, si accedāt, extollere: nec debent frangere si recedant. uerè nanq; sunt diuitiæ, contemnere diuitias sæculi. Diuites itaque discant non in facultatibus crimen, aut laudem haberi, sed in his, qui uti nesciunt, aut sciunt. Nam diuitiæ ut impedimenta sunt improbis: ita bonis sunt adiumēta uirtutis: Quid uerò ꝓdest arcā plena bonis si inanis ē cōsciētia. Bona uis habere, & tu bonos esse non uis? erubescere debes, & potes de bonis tuis. Si domus plena bonis te malū habeat Dominū: quid alicui prodest id, quod habet, quando eum qui omnia dedit, non habet: & quando propter id, quod habet, in gehennam præcipitatur. Omitto uaria mala, quæ in hac uita ex diuitiarum cupiditate nascuntur,

ut sunt mordaces curæ perturbationes, mœrores, formidines, insana gaudia, discordiæ, lites, bella, insidię, iracũdia, inimicitiæ, fallaciæ, adulatio, fraus, furtum, rapina, perfidia, superbia, ambitio, inuidentia, nequitia, luxuria, petulantia, impudentia, impudicitia, fornicationes, adulteria, incesta, & contra naturã utriusq; sexus tot stupra, atq; immunditiæ, quas turpe dicere. Sacrilegia, Hæreses, blasphemiæ, periuria, oppressiones innocentium, calumniæ; circumuẽtiones, præuaricationes, falsa testimonia, iniqua iudicia, uiolentiæ, latrocinia, & quicquid talium malorum nunc in mẽtem non uenit, & à quibus animus meminisse abhorret, & tamen uita hominũ de istis non recedit. Quamobrem melius dixi esse contemnere diuitias, quàm propter has in tam uaria mala incurrere. Sic Seneca rectè scripsit. Is maximè diuitiis fruitur, qui minimè diuitiis indiget: nemo autẽ sollicito bono fruitur, aliquid intendit adiicere, & dũ de incremento cogitat, oblitus est de fructu. Vtile quidem & aureum consilium Horatius dedit, ubi sic canit.

Quæritur argentum, puerisque beata creandis
Vxor, & incultæ pacantur uomere siluæ,
Quod satis est cui contingit, nil amplius optet,
Non domus & fundus, non æris aceruus, & auri
Aegroto Domini deduxit corpore febres,
Non animo curas. ualeat possessor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitat uti.

Et illud in Odis.

Latius regnes auidum domando
Spiritum, quam si Libyam remotis
Gadibus iungas, & uterque Pœnus
Seruiat uni

Illi igitur, qui uariis, & haud honestis artibus diuitias congesserunt, eleemosynis peccata redimant, cupiditatem malorum radicem extirpent liberalitate erga ecclesiam Christi, ac huius pauperes, discãtq;

quærere

quærere regnum Dei, & iuſtitiam eius, ut cętera abũ dè adiiciantur.

Remiſſiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Teſtamenti.

SECVNDA ADMONITIO ad Pauperes.

SVMMAE.

1 *Quod pauperum cura, & admonitio, non est negligenda*

2 *Distinctiones pauperum sunt faciendæ, ut constet quid singulis debeatur.*

3 *De pauperibus spiritu, & quod hi uerè beati sunt.*

4 *Qui mala uoluntate pauperes sunt plurimum lædunt communem societatem defraudando, & mentiendo.*

5 *Pauperes mala uoluntate uerè sunt mēdici, & reiiciendi, & puniendi.*

6 *De pauperibus ex coacta necessitate: horum uarietate, & quanta ipsis sit fęlicitas, si contenti sua paupertate nouerint uti.*

7 *Paupertas ex coacta necessitate ueros amicos demonstrat.*

8 *Paupertas quæ est ex coacta necessitate, plurimum prodest tuendi ualetudini.*

9 *Paupertas prędicta fortunæ talis minimè exposita est, itaque hæc paupertas plurimum commendatur.*

10 *paupertas ex coacta necessitate, sentiens defectum, quomodo ferenda.*

11 *Pauperibus uerè mendicis opitulandum est.*

12 *Pauperes uere mendici, etiam hominibus exosi, in Deum curam suam iactent, nec destituentur.*

13 *Horum pauperum est fideliter Deum orare, pro sancta Ecclesia, & Christi fidelibus.*

1 VEnit in mentem Epigramma Palladis ualdè elegans, quod tale est interpretatū. Fugite diuites impudentes, habitantes domos tyrannorum, odio habentes paupertatem matrem modestiæ.

Quandoquidem de diuitibus quantū res præsens tulit disserimus, admonendo eos, ut piè, sanctè, & sobriè

briè uiuant: tempus est ad pauperes transire, ut quorum maximè memores esse debemus. Aristoteles dicit in omni ciuitate esse tres species hominum, scilicet diuites, pauperes, & mediocres, inter quos optimi sunt mediocres: quia medium duorum extremorum est semper optimum. Quamobrem haud dispùtandum est de mediocribus, ut qui cognitis suis extremis, quo modo se regant, facile intelligent. Sed de pauperibus pauca tractanda ueniunt, nō propter uerè pauperes, de quibus satis superq; in sacris literis definitum est, sed propter ptochoplusios, hoc est, paupertate diuites, qui se pauperes simulant, quum interea nullum defectum patiantur, imò qui sola mēdicitate sunt diuites: nimirum eo nomine quod mē dicant, quanquam honesto labore se possent sustentare, malunt tamen mendicare. Quamobrē diuersæ pauperum species occurrūt, de quibus ut apertè nec confusè agamus, opus est distinctione. Egeni quoq; à pauperibus differunt. Nam illi uitæ necessaria nō habent, & omni ferè subsidio destituuntur, unde necessaria acquirere possent. Pauperes uerò sunt, quibus paucum æs est, qui tametsi ferè necessaria habeant, carent tamen opibus, & multa adhuc desiderant, non ut uiuant, sed ut honestè uiuant. Et tales rursus pauperes sunt alij ex coacta necessitate, & alii ex uoluntate Sed & hi etiam pauperes sunt uoluntate bona: uel mala. †Illi pauperes spiritu uocātur, tā in rerum copia humiliter, ac benignè se gerunt erga proximum suū, ac si pauperimi unà essent, & quod habent, possident tanquam non habeant, idq; faciūt amore Christi. Rursus in rerum inopia infracto animo oīa incommoda superant, & quum egere uideantur, abundant: Credenti enim totus mūdus est, ut D. Hieronymus dicit, diuitiarum, auarus etiam obulo īdiget, unde D. Paulus sic scripsit Corinthiis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporoumeni, hoc est, summis difficultatibus circumuenimur, sed non destituimur: persequutionem

2. Cor. 4

tionem patimur, sed non derelinquimur: humiliamur, sed non confundimur: deiicimur, sed non perimus: semper mortificationem Dñi nostri Iesu in corpore nostro circunferentes, ut & uita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Et rursus ad Philippenses, ita præscripsit. Non quasi pp penuriã dico: ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse, scio & humiliari, scio & abũdare: ubique & in omnibus institutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & pœnuriam pati: omnia possum in eo, qui me confortat. Tales sunt pauperes, de quibus Christus loquutus est: Beati pauperes spiritu, qm̃ ipsorum est regnum cœlorũ. Hæc paupertas iuxta D. Thomam confert septem bona, utputa, peccatorum recognitionem, uirtutum conseruationem: cordis quietem, desyderij impletionem, spũalium bonorum dulcedinem, meritorũ exaltationem, & cœlestem hæreditatem. Hanc profitẽtur boni Christiani, & inter hos ad Apostolicum exemplum, ac sanctum institutum fratres spõtaneam paupertatem uouentes amore Christi. Quamob causam Reuerendi fratres de obseruantia omni laude, & honore digni sunt, & tandem etiam coronandi prǫmio æternæ uitæ beatæ, ꝙ in hoc sæculo docent spũ, uerbo, & opere, quo modo in sancta paupẽtate Deo possimus uiuere, nã certè Deo seruire, sic uerè est regnare, & triumphare. Mundani autẽ homines cæci sunt animo, & uera bona non intelligunt, unde non est mirum, si non sicut debent, & par est ac æquum, uenerabiles fratres amore, & honore prosequantur. Cæterum qui talem pauperem despicit, exprobrat factori eius, ut dicitur Prouerbiorum. 17. & de tali paupere, propheta ratrocinatur. Quoniam non in finem erit obliuio pauperis, & patientia pauperum non peribit in finem. Sic D. Ambrosius dicit. Esto pauper spiritu, & eris Diues qualicunq; censu. Quia non in abundantia diuitiarum uita hominis est, sed in uirtute & fide, istæ te diuitiæ uerum diuitem faciunt, si sis in Deum diues, sed & Ioann. Chry-

ad Phi. 4

Matt. 5.

Prou. 17

Psal. 9.

ſoſtomus ſic habet, Paupertas eſt manuductrix quædam in uia, quæ ducit ad cœlum, unctio athletica, exercitatio quædam magna, & admirabilis, portus trãquillus. Nihil opulentius eo qui paupertatem ſpontè delegit, & cũ alacritate ſuſcipit. Leo Papa ſerm. 4. de quadrageſima in hunc modum ſenſit. Semper diues eſt Chriſtiana paupertas, ne pauet in iſto mundo indigentia laborare: cui donatum eſt in oĩum Dño omnia poſſidere. Operantibus ergo quæ bona ſunt, non omninò metuendum ne eis deſit facultas operãdi: quum & in duobus minutis Euangelicæ illius uiduæ ſit laudata deuotio: & pro calice aquæ frigidæ præmiũ habeat gratuita largitio: ex affectibus enim piorum benignitatis menſura taxatur, & nunquam eum miſerandi efficatia deſerit, in quo miſericordia ipſa non deficit. Adde his uerb. S. Bernardi. Vis obtinere, inquit, cœlum, paupertatis utilitatem complectere, & tuum erit. Paupertas enim uirtus non putatur, ſed paupertatis amor. Regnum denique cœlorum eſt pauperum. Beatus qui poſt illa non abiit, quæ poſſeſſa onerant, amata inquinant, amiſſa cruciant. Gentilis quoq; Seneca hoc facilè uidit. Magnæ, ait, diuitiæ ſunt lege naturæ compoſita paupertas. Et alibi idem: Non ſibi fœlix pauper erit, niſi fœlices cecidiſſe uiderit. Honeſta res eſt læta paupertas: illa uerò non eſt paupertas, ſi læta eſt. Qui cum paupertate bene conuenit, diues eſt: Non qui parum habet, ſed qui plus capit, pauper erit. Hoc ſi ipſe Seneca obſeruaſſet, non fuiſſet à Nerone occiſus. Quin etiam uerũ eſt illud eiuſdem auctoris. Multis ad philoſophandum obſtitere diuitiæ: paupertas autẽ expedita & ſecura eſt uia. Aut ergo pauper ſis aut pauperi

Mat. 19 ſimilis, ſi animo uacare uis, ſi philoſophari: Nam ſi, ut eſt in Euangelio, uis Chriſtum ſequi, uade, uende tua & da pauperibus. Aude igit̃ hoſpes opes cõtemnere, & te quoque fingere dignum Deo. Non alius Deo dignus eſt, quàm qui opes contempſerit. Quare poſſeſſione non interdico, ſed efficere uolo, ut il-

lam

iam trepidè possideas, quod uno consequeris modo, si te etiam sine illis uicturum beatè persuaseris tibi: si illas tanquam exituras semper aspexeris: imò si
4 illas uiliores longe uirtute censueris. †Apostoli oĩa reliquerunt, & sequuti sunt Christum: sed hos pauperes certò scio non egere mea admonitione: quare me ad illos pauperes conuerto, qui paupertatẽ sequũtur uel profitentur uolũtate mala. Hi enim id faciũt ad defraudandos alios, uel ad emendicandum nummum, lautioremq́; cibum, uel simile: aut etiam ut rebus suis parcant: & horum nõnulli re ipsa sunt ptochoplusii, alii ptochologi, & hi ferè omnes misoponi, id est, laboris inimici. Haud ineptè dicuntur Latinis mendici: quoniam mentiuntur edacitatis causa: ostiatim oberant, uictum deesse queruntur, ædes incẽsas, naufragia, morbos, belli iniurias, rerum depredationem, & similia comminiscuntur. Quum uerò ualidas ad laborandum manus, robustos ad ambienda ostia oberãdasque plateas, & triuia pedes, firmos ad edendum dentes, uacuos & amplos ad bibendũ stomachos habeant, & firmissima obtineant præsidia uictus & amictus: tñ nõ erubescunt stipẽ petere, ostia pulsare, & uentris causa integros dies otiose desidere clamando elemosynas. De his mendicis, quid aliud pronuntiem, quàm quod propheta Moyses dixit. Et omnino indigens, & mendicus nõ erit inter uos, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in terra, quam traditurus est in possessionem tibi: quoniam hic indigens, & mendicus non est aliundè, quàm ex pigritia, quam Deus execratur. Prouerbiorum uicesimo legitur: propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo. Et paulo post. Vsquequo piger dormis? usquequo de somno consurges? parum, inquam, dormies, modicum dormitabis. pauxillum manus conseres, ut quiescas, & ueniet tibi quasi cursor egestas tua, & mendicitas quasi uir armatus. Sed & antea docuit. Vade ad formicam, ò piger, & considera uias eius, & disce Sapientiam, quæ cùm non habeat

Mat. 19. d

Deut. 15

Pro. 20.

Pro. 24.

Prouer. 9

ducem, neque præceptorem, neque Principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. Omnis itaque talis egestas, & talis mendicitas explosa est uerbo Di Pauli dicentis: qui non laborabit, non manducabit, ut aliqui uertunt. Est & illud Mænandri usitatum, Pauperes pigros non nutrit socordia. Posset huc illud Pythagori cum Symbolum addi. Non in chænice sedendum esse. Quod rectè intellexisse uidetur magistratus Brugensis, ad quem cùm delatus esset quidam mendicus ante ualuas templorum stipem petere, quum uiribus integris detracto quo tegebatur uelamine maculis leprosorum instar deturpato apparuisset, hic uariis de caussis cognitis ad tormenta deducendus, confessus est se patri inobedientem, studia in quibus à patrè nutritus erat plurimis annis, iamque tantum profecerat, ut latinè loqueretur, & optimè scriberet, deseruisse, ac in societatem eorum incidisse, qui artē mendicandi nouerant, quibus se iungens peragrata Gallia, Italia, plurimisq; aliis prouinciis, hospitalia frequentando, mendicando, leprosi habitū fingendo, uitam talem degere iucundissimam, nec eam relinquere posse asserendo, oberrare didicerat, inter alia detexit lenocinium leprosæ formæ, quo abundantius emungeret interdum pecuniam, quam noctu commessando, scortando, ludendo aleis, saltādoque prodigeret. Itaque cognitis criminibus quæ commisisse fatebatur, adiudicatus est publico uirgarum supplicio, uerum ut populo murmuranti contra magistratum tanquan homines pauperes eleemosynam petentes inique incarcerantem, & puniētem satisfieret, statuit magistratus ut usurpato sæpius ab ipso in mendicitate lenocinio leproso produceretur, idque ante supplicium in conspectu populi detraheretur, quo facto populus admiratus ueritate extorquente clamauit iustissimè tales incarcerari, puniri, & expelli: nesciuisse se fallacias mendicorū, nec minus interea iussit lictorē uirgas expedire,

1.Thess.3

dire, & talē nebulonē egregiè cædere, unde postea iustissimè quoque urbe Brugensi, huius Scabinatu, ac tota iurisdictione Flandrica illi interdictum est. Si tali modo tractarentur quotquot falsò paupertatem fingunt, ac præ pigritia laborare nolentes mendicāt, minus noxiorum hominum in rebus publicis, & agris haberemus.
6 †Cæterum qui ex coacta necessitate sunt pauperes rursus mihi triplici ratione differre uidentur: nam aliqui habent quantum suæ uulgari uitæ satis est, ita tamen ne quid abundent: aliqui defectum aliquando patiuntur, aliqui nihil habent, aut habere possunt nisi quod ipsis tribuatur, horum trium laudabilis est conditio prima, modò ipsi contenti sint suis, & sobrie utātur, quo nomine ad eos, qui pauperes spiritu sunt proximè accedunt. Nam paupertas ea contenta est desideriis instantibus satisfacere, ut Seneca ait Epist. 17. & certè multis ad philosophandum obstitere diuitiæ: paupertas autē expedita secura est. Aut ergo sis pauper, aut pauperi similis, qui litteras discere, studiis incumbere, cœlū conscendere animo cupis. Nam ut canit Ouidius in fastis.

Felices animæ quibus hæc cognoscere primum,
Inque domos superas scandere cura fuit.
Nec leuis ambitio perfusaque glor a fuco,
Magnarumve fames sollicitauit opum.

Sic Gymnosophistæ apud Brachmannos non curabant opes: & Aegyptiis Sacerdotes ex publico alebantur, ut qui propriis renunciassent. Philosophi quoque relinquebant bona corporis, ut bona animi salua possiderent. Hinc rectè Horatius scripsit ad Iulium Florum.

Prima feres hederę uictricis præmia. quod si
Frigida curarum fomenta relinquere posses,
Quo te cælestis sapientia duceret, ires.
Hoc opus, hoc studium parui properemus, & ampli,
Si patriæ uolumus, si nobis uiuere chari.

Rursus ad Torquatum sic.

Mitte leueis spes & certamina diuitiarum.

Et ut ferè fit.

Seruiet æternum qui paruo nesciat uti:

Itaque ad Iccium docet hoc,

Pauper enim non est cui rerum suppetit usus,
Si uentri bene, si lateri est, pedibusque tuis, nil
Diuitiæ poterunt regales addere maius.

Iterum ad Grosphum hanc rem pulchra ode canit.

Non enim Gazæ neque consularis,
Summouet lictor miseros tumultus,
Mentis & curas laqueata circum,
Tecta uolantes.
Viuitur paruo bene cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum.
Nec leueis somnos timor aut cupido,
Sordidus aufert.

Docet hoc quoque negotium, in fabula, quam narrat de mure Vrbano, qui rusticum murem inuita uerat, sed ĩ fine cõcludit quod mus rusticus sic secũ.

----- Haud mihi uita
Est opus hic, ait, ualeas, me syluæ cauusque
Tutus ab insidijs tenui solabitur auro.

Atque omnia hæc suo exemplo tandem Horatius confirmat longè prudentior quam Seneca: hic enim pallio magis, quam re philisophus misere obijt. Horatius contra, qui studebat res sibi, non se rebus submittere, & tenui re contẽtus, quum amplissimam habere posset Campanã suam suppellectilem Cresi diuitijs merito anteponit, & fœliciter uixit, in summo honore apud optimos semp habitus. Si huius chartas excuterem, pluribus hanc materiam forsan non citra lectoris fastidium tractarem. Lychurgus Lacedæmoniorum legislator, & Pythagoras, & relictis amplis opibus, amicis, & patria, ut uerè philosopharentur tenui fortuna fuere contenti. Huius generis exempla plurima suppeditat Religio Christiana inter quæ patres Heremum sequentes occurrũt, & D. Thomas Aquinas, Illustri familia natus magnas diuitias

uitias spreuit, se dedit uitæ monasticę: & Reges aliquot talē sequuti sunt paupertatē: ut quæ non solū ad philosophādū, sed ad beatā uitam cōsequendā est expedita: unde D. Augustinus sup Ps. 76. sic scripsit. Ois philosophi magistra nobis est inopia. Nō ita laudamus Ioseph, quum frumentum distribuebat: sicut quum carcerem habitabat. Plautus in ergastulo suas comœdias scripsit. Terētius homo pauperrimus nutritus à Romanis ut sufficientia haberet, comœdias conscripsit elegantissimas. Alterum uero commodū talis paupertas præstat: nimirum ut quæ tempore diuitiarum nemo cognoscit, ea in paupertate quis optime discat, nam Psal. 79

Tempore fælici multi numerantur amici.
Tempora dum fuerint nubila, solus eris.

Itaque rectè. Amicus, ait ille, certus in re incerta cernitur. Paupertas enim ueros amicos retinebit, tesutabit falsos. Discedet qui non te sed tua sequebatur qui pecuniæ causa mentiri solet in honorem non amplius mentietur.

Scilicet ut fuluum spectatur in ignibus aurum.
Tempore sic duro est experiunda fides.

Quare ob hoc etiam unum talis amanda est paupertas, quod ostendit à quibus quis ametur, & quo nomine. Porrò talis paupertas nō parum facit ad bonam ualetudinem. Non enim cibo potuquè obruitur natura, nec deest quantum uili aluo sufficit, quamobrem uidemus tales pauperes minus morbis laborare, & in talium ædibus podagra, Chiragra, similesq; tyrannici morbi locum non inueniunt, iuxta apologiam Araneæ & Podagræ. Qua de causa uideo apud plurimas Resp. paupertatem priuatam, & publicas diuitias in summo fuisse honore: Id uerò censoribus non parum erat curæ, ut sumptus annui constatent familiarum, ne luxuriatent. qandiu tale paupertatis studium fuit, respublicę stabant fœlices, ut tempore Bruti primi, Valerii Publicolę, Curii Fabritii Cincin

nati, Aelii Tuberonis, ciues erant sani, & milites strẽnui. Eo tandem ablato status Reip. concidit & sicut prius non opus erat medicis: ita posteà coacti sunt uti medicis, sicut hoc Plinius docet, unde Lucanus eleganter

------ O prodiga rerum,
Luxuries, nunquam paruo contenta paratu,
Et quæsitorum pelago terraque ciborum,
Ambitiosa fames, & lautæ gloria mensæ.
Discite quàm paruo liceat producere uitam.
Et quantum natura petat.

Cicero in Paradoxi

Profecto ut natura primò lac, ita postea panem, & aquam desiderat nemo ad hęc pauper est. Intra quæ qsquis desideriũ suũ clau sit, cũ ipso Ioue de fœlicitate cõtendit: sic.n. si ad naturã qs uelit uiuere, nũquã erit pauper: si ad opiniones hoĩum, pauper qdẽ. Sed & hęc paupertas iuxta hoĩm opiniões nullis diuitiarũ limitibus circunscribi potest. quare ad opiniones hominum nemo, quoque erit diues. Crassus negabat diuitem uideri, qui suis sumptibus legionem populi Romani alere non posset per annum. Sed & posteriores lõgè maiores habuere diuitias, quàm† Crassi tũ erãt. Habet præterea talis paupertas illud commodi, quod fortuna non potest nocere. Vnde Seneca. Ne imparatos, inquit, nos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Securius diuites erimus, si experti fuerimus, quàm non sit graue pauperes esse, ad paupertatem spontè descendere, præoccupare est tela fortunę, redigat se aliquis ad parua, minus ex his cadat. Inest paupertati securitas, sine qua nihil iucundum est. Ineffabile est enim bonum nulli obstare, humi iacentem securas capere dapes. Scelera non intrant casas: tutusq; cibus angusta mensa capitur. uenenũ in auro bibitur: expertus loquor. Nam rebus paruis alta præstatur quies: & secura membra duro thoro quiescunt. *Non capit unquã magnos motus humilis tecti plebeia domus.* & in Tragœdia illud exauditur. *Bene paupertas*

humili

humili contenta tecto latet. Quatiunt altas sępe procellæ, aut euertit fortuna domos.

Cespes Tyrio mollior ostro
Solet impauidos ducere somnos.
Aurea rumpunt tecta quietem,
Vigilesq; trahit purpura noctes. &ibidem.
Pectora pauper secura gerit.

Quare talis paupertas non est improbanda: nimirum aurea est, de qua Isocrates ad Dæmonicum scripsit. Magis expete iustam paupertatem, quàm diuitias iniustas. Melius est enim iusto modicum, super diuitias peccatorũ multas. Et Prouerbiorum 15. legitur Melius est parum cum timore Domini, quàm thesauri magni, & insatiabiles. Et paulò post. Melius est parum cum iustitia, quàm multi fructus cum iniquitate. Et rursus. Melior est pauper iustus, quàm uir mendax. Et certè ex sententia Mænandri, tenuiter uiuere longè præstantius est, quàm splendidè iniuste. Hi uerò pauperes fœlicius diuitibus uiuunt, ut recte Ouidius docet. Psal. 37. Prou. 15. Prou. 16

Crede mihi, bene qui latuit, bene uixit, & intra
Fortunam debet quisque manere suam.

Huc adde illud distichon morale Catonis, si placet.

Quod nimium est fugito, paruo gaudere memento.
Tuta magis puppis modico quæ flumine fertur.

10 † Reliquum est, ut de illa paupertate dicamus quæ ex coacta necessitate propter morbos iniuriasue temporis non potest habere sufficiẽtia ad uictum, & amictum, sed petere debet, imò etiam mẽdicare sæpe propter hominum duritiem, & malignitatem. Fateor hos pauperes esse miseros, utpote omni misericordia dignos, eleemosynis fouendos, & hospitalitate, & eis, quæ sunt opera misericordiæ. Platus in Com. de duobus capitis dicit: Quod miser homo est, qui ipsi sibi quod edit quærit, & id ægrè inuenit. Sed ille miserior qui ęgre quęrit, & nihil inuenit, ille miserrimus, qui cum esse cupit, quod edat non habet, quare mirandum non est, si mendicent, ut suarum miseriarum ali-

quod

quod leuamen perſentiant. Sæpe nanque his non
parua pars conſolationis uidetur, ſi tantũmodo in
ſinum & auribus proximi deponere queant quere-
las ſuæ miſeriæ. Talis fuit mendicus Lazarus ille
Luc.16. Euangelicus, qui plenus ulceribus iacebat ad ianuã
diuitis, cupiens ſaturari de micis, quę cadebãt de
menſa diuitis ſed nemo dabat illi: tamẽ canes linge
bant ulcera. Tandem mortuus portatus eſt ab ange-
lis in ſinum Abrahæ, ubi conſolatur. Sed & cæcus
ſedebat ſecus uiã mendicans, & clamans, fili Dauid
Mar.10 miſerere mei, & Chriſtus miſertus eſt eius, & ſana
uit illum, atqui cæcus etiã iam uiſu recepto ſequtus
eſt eum in uia. Sed & propheta Dauid: Ego autem,
Pſal.69 inquit, medicus ſum & pauper, & Dominus eſt ſol
11 licitus mei. † Animaduertimus facilè tales mendicos
eſſe Deo curæ, & illos non eſſe negligendos. Nam &
propheta deteſtatur hos, qui non amant tales mendi
cos. Et perſecutus eſt, ait, hominem inopem, & men
Pſa.108 dicum, & compũctum corde mortificare. De his mẽ
dicis, non debet intelligi locus Moyſis, dicentis men
Deu.15. dicus non ſit inter uos, ſic inuicem ſuccurrite, ut ne-
mo de ſemine ueſtro opprimatur inopia, aut mendi-
care cogatur, ſicque ad idolalatriam declinet. Nã ſem
per tales pauperes erunt in Eccleſia: ſicut in pulchro
horto omnis generis flores ſucreſcunt, & quę ex tri
tico, degenerant in hordeũ, uel farraginem, grana nõ
ſunt minoris uſus, quàm triticum ipſum: ita in Ec-
cleſia quoq; Dei pauperes & mendici exiſtunt. Vnde
1.Co.12. D. Chryſoſtomus 1. Corinth. duodecimi ca. homilia
triceſima pulchrè rem hanc expoſuit: eò recurrat, qui
latiorem explanationem deſiderat. Mendici ipſi, in-
quit. iuxta uſum Eccleſiæ templorum foribus admo-
ti pulcherrimũ quendã, & ornamẽtum maximũ præ
ſtant, ut his ſiue plenitudo Eccleſiæ perfecta eſſe non
poſſit. Vnde apud Phocylidem quoque legitur. Nun
quam pernitioſam paupertatem, hoc eſt, mendicitatẽ
corrumpentem, animum, ſuſtineas uiro obiicere, eſt
enim donum exiſtentium beatorum ſemper. Hi uerò
pauperes

pauperes quanto magis ab hominibus improbantur: tanto animum suum erectiorem ad Deum habeant, qui dat escam omni carni, & pullis coruorum inuocantibus eum: nam etiam proximo suo pauper talis odiosus est, amici uerò diuitum multi: sed tanto rursus Deo gratior est, si in Deo confidit, & in eo sperat: Et si propter inopiam non delinquat, nam multi propter inopiam deliquerunt, & qui quærit locupletari, auertit oculum suum. Norint quoque & considerent, quod nō sine permissu Dei omnipotētis in mēdicitate finiuntur, & ad correctionem uitæ suæ, & ad aliorum eruditionem. Vnde D. Gregorius in Homilia Euangelii. Homo quidam erat diues: quum, ait, quosdam pauperes aliqua reprehensibilia perpetrare conspicitis, nolite despicere, quia fortasse quos super fluitas tenuissimæ prauitatis inquinat, caminus paupertatis curat. Quare etiam his quos paupertatis caminus excoquit, & purgat, offerenda est consolatio: contrà illis inferendus est timor, quos consolatio tēporalis gloriæ extollit, alii uerò dum hos pauperes intuentur, immensas utique Deo debent reddere gratias, quod ipsi meliore sunt (ut ita fingunt) conditione, & integriore ualetudine nati, & constituti. Nec sine causa Ecclesiasticus enuntiauit, Memento paupertatis in tempore abundantiæ, & necessitatem paupertatis in die diuitiarum. Neque hoc Catonem latuit, qui sic cecinit. Eccl. 17. Luc. 16. Ec. 18. d.

Cum tibi displiceat rerum fortuna tuarum,
Alterius specta, quo sis discrimine prior.

Profecto, haud malè est fœlix, quem cautum aliena pericula reddunt. Quocirca mendici non sunt reiiciēdi, sed benignè & humaniter tractandi, fouēdi, & protegendi, nam quę nunc illorum est conditio, posita est diuitibus, & sanis ad exemplum humanæ imbecillitatis, & diuinæ potētiæ, ac misericordiæ. Quod nūc sint illi, potest fieri quiuis ex maximis.

Si fortuna uolet fies Rhetore consul.

Si

Si uolet hæc eadem fies de consule Rhetor.

Neque uerò nouum esse Dionysium Siciliæ tyrãnum è regno deiectum ad mendicitatem peruenisse: contra ex seruili habitu Seruius Tullus euectus est in regium fastigium. Sed hæc ad mutabilitatem fortunæ pertinent, quæ nos commonefacere debet, q̃d non despiciamus pauperes. Hoc mihi uidetur uoluisse etiam oraculum Apollinis significare, quo iussi sunt Lacedæmonii contra Messenios pugnaturi ab Atheniensibus ducem belli petere. Hi enim cognito responso in contemptum Spartanorum Tyrtæum poetam claudum pede, & mendicum miserere, qui ter fusus eo usq; desperationis Spartanos adduxit, ut ad supplementũ exercitus seruos suos manumitterent, hisq; interfectorũ matrimonia pollicerẽtur, ut non numero tantum amissorũ ciuium, sed & dignitate succederent. Sed reges Lacedæmoniorum ne contra fortunam pugnanda maiora detrimenta ciuitati infunderent, reducere exercitũ uoluerũt, ni interuenisset Tyrtæus, qui composita carmina exercitui pro concione recitauit, tantoque ardore ad uirtutem & bellum inflammauit, ut uictoriã à Messeniis retulerint. Non itaque mendici sunt spernendi, neq; opprimendi, sed reseruandi suo honori, & loco, atq;
13 operibus misericordiæ refocillandi. †Interea ipsorũ est omnibus uiribus, animoque orare Deum pro fidelibus, & quantum possunt ipsam Ecclesiam Christi uenerari, imò si fieri potest, pietatis exemplum diuitibus præstent. Hoc si fecerint & sibi & Reipubli. Christianæ emolumentum, atque honestatem attulerint debitam. Semper uerò in pectore illud dictum Euangelicum gestent: Beati pauperes, quia uestrũ est regnum cœlorum. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini: Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Non enim sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Luc.6
Rom.8.

Remis-

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

TER-

TERTIA ADMONITIO AD *artifices, & operarios.*

SVMMAE.

1 *Variæ species operarium distinguuntur.*

2 *Homo natus est ad opera, & laborandum, quare ab eo abhorrere non debet.*

3 *A teneris in opificiis sunt instituendi, ut tempore necessitatis sibi uictum inueniant, fugiant artes uetitas.*

4 *Sit laborantium intentio bona.*

5 *Operarij debent esse fideles in omni suo opere.*

6 *Operarij qui operam alijs elocauerunt non tempus ullum prætermittant præstandæ diligentiæ promissæ.*

7 *Operarij diebus dominicis, & festis ab Ecclesia indictis, ab operibus cessabunt, & Ecclesias frequentabunt, potius quàm in foro, triuio, compitis oberrent, uel tabernas frequentent.*

8 *Artes uetitæ curiosę potius, quàm utiles, & uanæ, non sunt exercendæ.*

9 *Qui robusti sunt non debent mendicare, sed laborare, nisi qui spiritualibus uacant, & egere incipiunt, propter defectum hominum suppeditantium illis necessaria.*

10 *Improbantur illi qui fratribus mendicantibus eleemosynas negant.*

11 *Opificium est uenerari ecclesiasticos, et religiosos uiros, etiã si panem, ut mendici, petant.*

12 *Opifices etiamsi non statim operibus, laboribus, uel artificio suo ditescant, nõ tamen debent ideo desperare, sed longè alacrius intendere labores.*

13 *Opifices, & operarij, non debent esse contenti scientia artis, uel industria laborum, sed debent exercere, & sedulo laborare.*

14 *Opifices, & operarij debent cauere omnes imposturas ne fallant, uel mendacio, uel laboris defectu alios.*

1 ARtificium †& operariorum multæ sunt species. Nam artifices, & operarij sunt, & dicuntur nau

tæ, aurigæ, laniones, salsamentarii, fabri cuiuscunq; generis, caligarii, calcearij, uestiarij, sutores, sartores, œnopolæ, pharmacopolæ, focorum scoparii, secessuum repurgatorii. Et quid amplius dicam, scurræ, fi cti moriones, scorta, lenones atque meretrices. At nostrum institutum in hoc capite est dirigere ad illos tantum operarios, & artifices, qui iustis legibus suã pro republica impendunt operam, damnantes scurrarum, lenonum, meretricum, & huiusmodi perditorũ hominum operam, & artificium.

2 †Vt autem possit intelligi quo pacto huiusmodi artifices, & operarii se gerere debent. Hoc in primis considerandum est, iuxta uerbum, hominem esse natum ad laborem, haud secus, atque auis nata est ad uolandum. Nam sicut auis si in nido semper ociosa iaceret, fame periret, sed cogitur uolatu sibi quærere cibum, Item & homo, si semper ociosus domi maneret, aut iners sterteret, nec operari uel laborare uellet, dignus sane esset qui fame periret: Nam qui non laborat, inquit Paulus, nec manducet: Sed cogitur ad quærendum conuenientem sibi uictum, & ut laboret, ac opificium aliquod agat, unde se & suos alere possit: dicente Domino primo parenti: In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Hinc uidemus quod ueri, atque diligentes operari, summò diluculo surgũt, quatenus ut se, & familiam utcumque sustentare possint. Nam quemadmodum Dauid propheta ait: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.

2.The.3 b.

Gen.3.d

Ps.126.

3 †Quum ergo unusquisque iure naturæ edoctus, uideat sine opificio uel arte aliqua se non posse uiuere (de popularibus loquor, non de principibus, nobilibus, & alijs, qui è relictis reditibus uiuunt) debet in iuuentute opificium, artem uel disciplinam aliquam addiscere, qua possit uictum sibi honestè comparare. Sunt autem artes, & disciplinæ iure diuino, & humano prohibitæ: sunt & honestæ ac licitæ: Ex prioribus non licet cibum, cibi acquirere, ut sunt magicæ ar-

tes,lenocinium,meretricium,usura, Simonia, Hæresis,& huiusmodi. At quæ licitæ sunt & honestæ, ad comparandum sibi uictum non tantum conceduntur,uerum etiam præcipiuntur, ut ex locis inferius allegatis patet. Quibus suffragatur Salomon, qui Prouerbio.6.hortatur pigrum,ut formicæ exemplo suo abore congreget in æstate, unde uiuat in hyeme. Vnde paulus bene dixit:quod qui non laborat, nec manducet.Et Sapiens in Prouerbiis cap.10.laudat operantes,& labore manuum sibi uictum acquirentes,damnat autem ociosos cùm ait, Congregat in messe filius sapiens,qui autem stertit æstate,filius confusionis.

Prou. 6. *2.The. 3* *Pro. 10.*

4 †Itaque operarii cuiuscunque sint artis, illud in primis curare debent,ut bona sit in operando ipsorum intentio,finis enim cuiusque operis, debet esse bonus,& honestus:alioqui sicut modicum sermentum totam massam corrumpit: ita malus finis malaque intentio bonum opus uitiat. Proinde laborare,& operari debet artifex non ut habeat unde commessetur,inebrietur,aleam ludat, scortetur, aut aliquid simile possit,sed unde honestè uiuat, secũdum statum,& conditionem,unde familiam alat. Et,ut Paulus ait, operetur manibus, ut habeat unde tribuat necessitatem patientibus. Hinc reprehensione digni operarii illi,qui lautissima cõuiuia instruũt: sumptuosius quàm ipsorum fert cõditio, se uestiũt: qui quæcunque lucrantur in potationibus,commessationibus,& alea consumunt, ubi uxor, & proles domi rodũnt allium,& ossa.

Arist. i Ethic. *Ac.20.d* *1.Co.4.c.* *1.Th 2.b & 4.c* *2.The. 3 b.*

5 †Secundò debent operarii cuiuscunque opificii esse fideles in suo opere, ueluti Agricolæ in colendis agris Dominorum suorum:similiter & qui aliorum colunt hortos,& uineas id fideliter agant. Idem dicendum de uestiarijs,& calceariis, cementariis,& fabris:alioqui in numerum furum sunt relegandi.

6 †Tertiò qui per diætas, siue pro diurna mercede laborant,non pro bona parte diei uacent ocio, sed

horis

horis statutis, ad suas operas pergant: nec ante horã debitam ab opere recedant: peccant grauiter qui secus faciunt, digni quibus statuta denegetur merces. Peccant & illi, qui conuentione cum aliquo facta ad alium se conferunt, deserentes illum cum quo prius conuenerant.

7 †Quartò peccant qui ex auaritia diebus dominicis, & festis, agros colunt, calceos, & uestes cõsuunt, & alias operas agunt, extra iminentem necessitaté. Sic enim præcepit Deus Exodi uigesimo, Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo auté die Sabbatũ Dñi Dei tui est. Non facies oẽ opus in eo, tu, & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua. Iumentũ tuum, & aduena quis est intra portas tuas. Peccant grauiter, qui filios suos, aut filias, seruos, aut ancillas cogunt diebus dominicis ad huiusmodi opera seruilia, maximè cum nulla hoc exigit necessitas, sed tantum propter auaritiam. Exo. 20.

8 †Quinto peccant, qui artem exercent prohibitam, etiam in casu necessitatis. Non enim licet mala arte uictum sibi comparare. ueluti diuinatoria, per sortilegia, maleficiar, aut qualibet alia. Stulti sunt prætereà, qui in arte Alchimistica omnia sua expendunt, & in quærendo quintam essentiam ad extremam usque senectutem laborant, & omnem suam perdunt substantiam: digni profecto qui laceri, & nudi in misera paupertate finiant uitam. In malarum artium classem relego meretricium, lænocinium, omnemque gnathonum, & parasitorum chorum.

9 †Sexto artem mendicãdi robustis & ualidis uiris, & mulieribus omnino illicitã censemus, qui à magistratu cogendi sunt ad laborem, & quotquot gratis alienum panem in ocio manducare cõsueuerũt: quum Paulus etiam labori prædicationis intentus dicebat, 2. Thess. 3. Non gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte, ac die laborantes, ne quem uestrum grauaremus. Erat tamen ei licitũ non solum accipere, uerumetiã pete- 2. Th. 3.

re temporalia a quibus prædicabat, quod & fecit à Philippensibus, licet ab aliis nihil petierit. Proinde religiosos mendican tes non damnamus, quod temporalia petant à secularib. Nam nil petunt, nisi quod ipsis debetur. Si, inquit Paulus, spiritualia uobis seminamus, magnum est si carnalia uestra metimus? Et dñs ordinauit ut qui euangeliũ annũciant, & de euãgelio uiuãt. Censeo certè impios esse, qui cõqueruntur de onere, quod nimirum dicunt à Religiosis Mendicantibus sibi inferri, si deessent, summis precibus, & datis opibus uocarentur, ipsi se non intromiserunt in urbes. Habitauerunt in solitudine primò, ubi laborantes, & Religioni inseruientes omnia abundè habuerunt. Inde uocati sunt in urbes, & oppida, ut uel solo testimonio Religionis, exẽplo Religionis, & doctrina, alios in sæculo adhuc uersantes Christianæ uitæ commonefacerẽt, & simul promissa sunt illis alimenta, ac uitę necessaria, nã qui altari in
1.Co.9.b seruit, de altari debet uiuere. Qui ergo illis petẽtibus panẽ, uel necessaria denegat, quũ pręstare põt iniuriã infert, & promissis nõ stat, & bonis se inimicũ esse ostẽdit. Dicat aliquis. An habẽt literas horũ promissorũ? sicut perfidi semper rogãt. At quid opus est literis, ubi res ipsa loquitur? ubi fidei seruandæ, & uirtutis colendæ ipsi auctores loquuntur? Sed quod Deo, & his fratribus denegant, id tandẽ Diabolo, in fidelibus, & lorarijs persolue coguntur, facientes iacturam animæ, & corporis & rerum suarum. Germanicæ aliquot ciuitates expulerunt fratres paupertatem professos, & quid promouerunt? nihil, nisi quod sperantes fore diuites, ipsi ciues facti sunt pauperes, & semper egentes, litigantes, mercantes, animam lucro uendẽtes oberrant. Ita paupertas à fratribus Religiosis ciuium causa suscepta, propter ciuium ingratitudinem, & impietatem redundauit in ipsos ciues, & simul inuexit cataclysmum uitiorum. Fratres uerò alio commigrantes non eguerũt, sed facti sunt ditiores, quàm prius erant, exercitati in patientia, &

Deo chariores. Non uidi iustũ derelictum, nec semẽ eius quærere panẽ, ait propheta. Hi fratres nõ quærunt panẽ, sed petunt, sicut Christiani hominis est petere panẽ. Hoc in oratione dominica discimus, dũ oramus Deũ, ut det nobis panem quotidianum. Et scriptum est, petẽti dabitur. Si nõ essent petẽtes, quis daret? & quid daret alioqui obtuderet uel offerret, nõ daret. Qui ergo eos putant quærere panem, & sic iniustos uocant, panemq; negant, uel necessaria petita certè sibiipsis iniuriam inferunt, se seducunt, iniusti & iniurii sunt erga petentes, efficiuntque se indignos Euangelio, Euangelii prædicatione, conseruatione, ac Christiana Religione: eoque rem deducunt hi impii, ut à Turcis, à canibus, felibus, & pediculis stipendiatis consumantur, uel ut impius interimat impium, sicut rerum euentus in multis locis iã clarius ipsa luce demonstrauit. Ne autem diutius, uel surdis forsan fabulam occinamus, aut canibus sanctũ demus, satis sit admonuisse omnes artifices, & sęculi huius diuites, ne fratres paupertatẽ professos necessariis, debitisque uitæ huius subsidiis defraudent, ne iniurii sint in Religiosos, sed ut hos honorent, & ab his se instituì patiantur. Nam si non sunt tam sanctæ uitæ, sicut multi ab eis exigunt, cogitare oportet, quod mirabilis Deus acuendo cultro non acutum dedit cultrum, sed habetem cotem, & secandi prorsus exortem. Ita rudibus expoliendis rudiore opus est instrumento. Quando uerò culter acutus est, non requirit cotem, nõ tamen ideo abiicitur cos, ut quæ usui esse possit, sed custoditur diligenter. Tũ quod super Cathedram Moysis sedent, & mandatũ est populo, ut faciat ea quæ dicunt, non autem iuxta opera eorum, nempe carnalia. Tertio ut constet Religio. Nam si Religiosis etrahatur, quomodo stabit Religio? Iuuenalis ethnicus sciens sacerdotum paganorum ineptias, & uitia, sic tamen scripsit.

Psal. 36

Mat. 23

Vt tamen & poscas aliquid, uoueasque sacellq
Exta & candiduli diuina tomacula porci,

Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.

Sed ne septa transiliam, reuoco pedē ad inceptum iter, quia Artifices, & opifices, quorum est laborare sedulo, uident Religiosos uagari per plateas, aut petere panem, uel subsidium, & ædes intrare uisitandi causa, & ut putant, otium agere, solent esse iniquiores erga Religiosos, ideo illorum causa hæc adieci.

11 †Sicut festa, ita & festorum cultores utique uenerari par est, & ab his, quæ ad fidem pertinent, perdiscere, tum fidem bonis operibus demonstrare. Nam Iacobus in Epistola cap.2. sic ait. Quid prodest fratres mei si quis dicat se fidē habere, opera aūt nō habeat: nunquid potest fides saluare eum?& mox. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est. Debet ergo piis operibus monstrare artifex, & opifex, quod amat fidē, quod fidelis est, & Christianus. Roget hic aliquis, quæ opera pia uocemus?certè dilectionem Dei, & proximi, & omnia illa opera, quibus dilectio Dei & proximi demōstratur, ut sunt obseruationes sacramētorū ecclesiæ, Cæremoniarū ecclesiæ, uisitationes ecclesiarū uenerationes Ecclesiasticorū. Nā primò quærat regnū Dei, & tum iustitiā eius. Quod nisi artifex faciat opus suū particulare ad honorē Dei, ad utilitatem proximi potius quàm sui, nunquam benè secum agitur, quin semper est in periculo damnationis. Nā scriptū est. Dilige proximū tuū sicut teipsum. Hoc si artifex non spectat, sed potius ut ditescat, ut proximū fallat, lucrū quidē habebit in crumena, sed dānū in cōsciētia: Quid prodest homini si totū mundū lucrifaciat, animæ iacturā fecerit. Hinc plurima sunt mala in orbe Christiano: qm̄ quisq; uult cū dāno proximi diues fieri: nemo quærit quæ alterius sunt, sed quisq; quærit, quæ sua sunt. Sed quisquis ille artifex fuerit, qui sua opera facit in honorē Dei, ad utilitatē proximi, etiāsi nō statim fiat diues, quin ēt aliqn̄ pauperior, tādē tn̄ Deus recōpensabit, & dabit benedictionē illi, & semini illius. Nūquā, n, Deus dereliquit iustū, sed

12 primò probatione opus est.†Hic aũt dum probatur, uel aduersis affligitur, ppea qđ proximi commodo uult cõsulere, audit prophetã dicentem. Iacta curam tuã in Dñm, & ipse enutriet te. Qui potuit Danielẽ nutrire in speluca leonũ, potens est. & alios inuocantes se alere. Tũ Ecclesiasticũ audit sic clamãtẽ: Quodcũque põt manus tua, instãter operare, & mane semina semẽ tuũ. Propheta ait. Labores manũ tuarũ manducabis, beatus es, & benè tibi erit. Cogitet illud Phytagoricum non esse in Chœnice sedendum: sumat exemplum ab apibus pellentibus desides, sicut Vergilius canit. Dan. 6 Ps. 126

Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.

Et illud Hesiodi.

Otia laude carent, pleni sunt laude labores.

Nec minus illud Ouidij,

Dum uires, anníque sinunt, tolerare labores:
Iam ueniet tacito curua senecta pede.

13 †Proinde Horatius optimum dat præceptum, ut quisque quam artem nouit, eam faciat.

Quam sit uterque libens censebo exerceat artem.

Huius enim subsidio diurnum habet solamen, & uitat otia, quæ alias oĩa uitiorũ generant genera, senectuti prospicit, sanitatem corroborat, panem cum honore lucrifacit, honestè, & ut nihil aliud, sicut ait Cicero, suauis saltem est laborum præteritorum memoria. Salustius etiam pulchrè dicit hoc. Audiui sæpenumero à sanctis uiris, munditias mulieribus, laborem uiris cõuenire: hominib. bonis oportere plus gloriæ, quàm diuitiarũ esse. Quid refert scire artem, uel opificium, nisi exerceat, labor ornat, labor sane, ut Phocylides scripsit, uirtutem ualde adiuuat. Et Seneca ait. Labor generosos animos nutrit, laborem si quis recusat, parum esse potest. Non est uiri timere sudorem. Plato ignauiam uocat mortalium pestem, pellendam ex omni Repub. Aristoteles otium naturæ inimicissimum demonstrat: quia nullũ ens naturale natum est esse otiosum. Massiliẽses ignauos opifices, Lib. 1. de anima.

uel cuiuscunq; generis homines otiosos expellebăt ciuitate. Idem apud Lacedæmonios Lycurgi legibus cautum erat. Quid dicant hic illi opifices, qui nō solum otiosi sunt, sed adhuc in tabernis sua prodigunt potādo, luxuriando, ludendo, & similibus? quid Ouidius canit.

---- Non solum qui segnia ducam
Otia, mors nobis tempus habetur iners.

Quod sunt qui turpiter præteritos lamētantur annos? nonne Tibullos canit uere.

Vidi iam iuuenem, premeret quum serior ætas
Mærentem tardos præteriisse dies.

Nec præterire possum, quod in mentem concidit, illud Catonis.

Cum dubia incertis uersetur uita periclis,
Pro lucro tibi pone diem quicunque labores.

Quod si nefarii homines tenuis numi spe noctes uigilant, quid non boni opifices facient. An non uere dixit Horatius.

Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones,
Vt teipsum serues non expergisceris,

Et Virgilius.

Quisquis enim duros casus uirtutis amore
Vicerit, ille sibi laudemque decusque parabit.
At qui desidiam luxumque sequetur inertem,
Dum fugit oppositos incauta mente labores,
Turpis inopsque simul, miserabile transiget æuum,

Omnis igitur opifex sedulò in suo opere laboret, & serui sint fideles, ne in Ardeolam mutentur, ut fabulę habent.

14 †Artifex industrius, & diligens sit, caueat, & detestetur omnem imposturam, omne mendacium, sed Christiana synceritate pro labore mercedē, pro arte honorariū pro materia pretiū exigat. Vt nullo facti, aut fallacię scrupulo conscientiā grauet, Deū offendat, proximo noceat, societatem lędat. Itaque il-

1. Thes. 4 lud Pauli meminisse debet, & ne quis supergrediatur neque circumueniat in negotiatione fratrem suum: quoniam uindex est Dominus de his omnibus, sicut præ-

prædiximus uobis,& testificati sumus. Nam si reus est iudicii,qui fratri dixerit,raca,& reus ignis gehennę,qui stulte:anne reus est æternæ pœnæ,qui uolens sciensque fratrem suum decipit in artificio,in opere aliquo,in ipsa opera,in uenditione operæ, uel mercis,uel in uenditione commeatus, potus, uestitus, ædium & similium? hæc flocci pendunt homines: at iustus Deus iustitiã dilexit, æquitatẽ uidit oculus eius.Is pp peccata hodie ferè in contractu intollerabilia præsentes plagas immittit,haud dubiè grauius minatur,nisi fiat emendatio,& populus pœnitẽtiam agat.Aequitas namque nimium iniustitiis uulgatis supprimitur:iniquitas malorum redundat,uix cauteriis,ignibus,& extremis suppliciis coercetur.

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

Genes.	3.c.		19.a
Iob.	5.c.		31.c.
Psalm.	103.d		37.b.
	127.a.		40.b.
Prouerbio.	6.a.	Matth.	6.d.
	10.a.		9.d.
	13.a.		10.b
	14.c.		20.a.
	16.a.	Lucæ.	10.b.
	18.b.		13.c.
	19.c.	1.Corinth.	4.c.
	20.a.c.	2.Corinth.	11.c.
	21.d.	Ephes.	4.f.
	23.a.	Phili.	3.a.
Sapientiæ.	7.c.	1.Thess.	2.b.
	13.a.		4.c.
Eccles.	3.b.	2.Thess.	3.b.c.
	5.c.	1.Timothi	5.c.
	9.d.	2.Timoth.	2.c.
	10.d	Iacobi.	5.a.

QVARTA ADMONITIO AD Religiosos & Religiosas.

SVMMAE.

1 *Quanquam Religiosi, & Religiosæ per se ex suo uitæ genere satis commendantur: tamen propter malam hominum de illis existimationem nonnulla dicere oportet.*
2 *Religiosorum statum non esse contrarium Religioni Christianæ.*
3 *Religiosorum status, quem ortum habeat, docetur.*
4 *Multitudo religiosorum uitam monasticam profitentium aucta est propter persecutionem.*
5 *Vita monastiac falso reprehenditur à maleuolis.*
6 *Diuersitates uiuentium monasticam uitam, referuntur.*
7 *Monasticam uitam professi, uoto suo particulari non alienauerunt se à uoto uniuersali, sed magis hoc confirmauerunt. quoniam uotum particulare licitum est, quia eò, uotum uniuersale ad meliorem formam uitæ dirigitur.*
8 *Religiosus debet obseruare castitatem mentis, & corporis.*
9 *Vitanda sunt omnia, quibus facti uotum potest reddi irritum.*
10 *Non debent esse proprietarii Religiosi.*
11 *Religiosorum non est murmurare contra suos prælatos, & superiores, sed obedire.*
12 *Nemo uotum faciat puer coactus, uel mala ratione inductus, sed inuocato auxilio Dei, & consilio bonorum.*
13 *Monachorum est meminisse nominis, & professionis suæ, nimirum ut à mundo se abstrahentes Deo deuotę uiuant.*
14 *Monachus si uixerit iuxta suam professionem est uerè monarcha.*
15 *Monachi est cogitare, ut Deo placeat, non hominibus.*
16 *Monachi non debent esse insolentes.*
17 *Monachus debet otia fugere.*
18 *Monachus qui eruditus est, debet docere suos fratres piè, non ad ostentationem.*

19 *Monachi procul à patria, & amicis recedunt, ne his potius quam deo placere desiderent.*

20 *Monachi non debent quærere quæ carni placent, in uictu & uestitu.*

21 *Somnus sit ualde moderatus, & uigilent quantum utique poterunt.*

22 *Religiosæ fœminæ sequantur institutum religiosorum, omnes autem religiosi iuxta doctrinam Iacobi, uitent contagium rerum sæcularium.*

1 Q† Vandoquidem de personis religiosis hoc capite dicere statuimus, operæ pretium est lectorem admonere, nos uocabolo religionis non omnes illos intelligere, qui sunt Christianæ professionis, sed illas tantum personas quæ uitam sequuntur monasticam qui uulgò religiosi, ac religiosæ uocãtur. Et quia monastica uita à multis nunc passim contemnitur, ridetur, ac multis iniuriis, & blasphemiis incessitur: dicẽtibus monachatum esse per mera hominum decreta institutum, monachosq; se tradere sathanæ, eo quod fidunt (ut aiunt) uerbis mẽdacii, id est, hominum traditionibus: & ibi suam sistunt perfectionem: & quod una sit tantum Christiana religio cuius Abbas Christus est, cui qui non obedit priuatas quærens uias, in statu salutis non est. De monastica uita, & unde originem habet, nonnihil dicere sum ratus esse utile, ut inde liquidius intelligi possit quid religiosos, & religiosas doceat.

2 † Primũ quidem nemo negat, unicam esse uniuersalem, & Christianam religionem. non est tamen uita monastica illi contraria, nisi dixeris Apostolorum ac suorum discipulorum uitam Christianæ religioni contrariam. Continet autem hæc uniuersalis religio multos gradus perfectionis, ut castitatem & paupertatem uolũtariam: quos quidem gradus (ut Christus ait Mathæi 19.) non omnes capiunt. *Matt. 19*

Porrò

3 †Porrò autem monasticam uitam super Dei uerbum esse fundatam,& ex sacris scripturis desumptā, uel unus Cassianus uir pius iuxta atq; doctus, Coll. 8. testis est, sic dicens: Talis extitit in Hierosolymis omnis illa credentium multitudo, qualis nunc est

Act.4. Monachorū status. Scribitur enim Act.4. quod multitudinis credentium erat cor unum,& anima una: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant eis omnia cōia, nec quisquam egens erat inter illos. Sic primitus Christiani uitam illam ducebāt Apostolicam, quam tenuit Christus, & suis postea reliquit discipulis. Non enim propriū habuit Christus: sed in communi cum suis uixit apostolis,& Iudas, loculos, & ea quæ mittebantur, portabat. Erat ergo omnium Christianorū uita in Hierosolymis monastica, tametsi monachi non uocarentur, quia non erat tunc illud uocabulum in usu, sicut nec uocabulum Christi: quanquam essent uerè Christiani,& uitam uiuerent uerè Christianam. Durauit hæc uita usq; ad diuisionem apostolorum,& discessum illorum ab Hierosolymis: Post quorum discessum cœpit hæc uita tepescere, multis Iudæis sua cōmunitati tradere nolentibus: & gentibus ad fidem conuersis sua bona retinere uolētibus. Id igitur quū esset consilij, non præcepti, reliquerunt gentes Apostoli in suorum bonorum possessione fide suscepta,

Act. 15. nec quicquam super ea re statuerunt in primo illo Concilio Hiero. habito Act. 15. Veruntamen nōnulli Charitate feruentes uiri, atque mulieres, primæ huic professioni subscribentes, in ea constanter perseuerauerūnt, qui memores uitæ prioris ab illa recedere noluerunt: sed in suburbiis, & singularibus domibus, à cæteris separati cohabitare cœperunt, obseruantes priorem illam Christi,& Apostolorū perfectionem: Hinc dicti sunt monachi & solitarii, qui sic cohabitantes, & laborantes omnia in communi deferebant: Et quia hæc uerissima sunt, nemo inficiari potest monasticam uitam originem traxisse, esseque

queʃumptam à Chriſto, & Apoſtolis, primoribusque Chriſtianis.

4 †Ad hæc ubi maxima inualuit Chriſtianorum perſecutio; qua tyranni, Chriſti fidem extinguere satagebant, cœperunt Chriſtianos, ut idolis ſacrificarét compellere, quibus plures metu pœnæ conſenſerũt. Quod multi cernentes, atq; perpendétes, & ne ſimile quippiam ipſis contingeret, metuentes, Idola fugientes, in deſertis, & à ſtrepitu mundi remotis locis ſimul cohabitarunt ſtudentes, legentes, Deo ſeruientes, atq; pariter laborantes. Et ita ſumpſerunt exordium cænobia, & congregationes Chriſtianorum, tum ut imitarentur uitam Apoſtolicam: tum ut fugerent omnem Idololatriã, quæ omnia etiam hodie ſeruantur in monaſteriis bene inſtitutis. Nam tametſi ex Euangelio nemini præcipitur, ut ſua uendat, ut omnia in communi exponat, ut in continentia ſiue cælebs uiuat ſub uno cum pluribus in obedientia, libere tamen poſſint, qui uolunt hanc uitam imitari, quod iam facit religioſorum innumera multitudo: Quo circa ipſorum inſtitutum non contra euangelium, ſed euangelio conſonum eſſe prohibetur.

5 †Falſum eſt igitur qđ blaterant hæretici dicétes: Ipſos ſuam propriam ſtatuere iuſtitiam, & aliã quærere, pręter illam unicam Chriſti iuſtitiam, qua nos ſuo ſanguine lauit, ac iuſtos, & filios regni effecit, ſaluet. Nam illa iuſtitia, quæ ex ſanguine Chriſti ſaluat, & iuſtificat omnes, ut clericis, ita & laicis: ut religioſis, ita & ſæcularibus communis eſt. Hanc docet, & præſcribit euangelium, docet & uerbum Dei, quod manet in æternum: ſine qua iuſtitia nemo poteſt ſaluus fieri, nullum meritum, nullaq; uita etiam monaſtica, poteſt eſſe Deo grata. At uita monaſtica ad hoc ẽ inſtituta: ut Chriſti iuſtitia facilius acquiratur, & acquiſita firmius ſeruetur, non ut ſingularis quædam iuſtitia ſtatuatur. Hac enim de cauſa ordinem aliquẽ religioſorum quiſpiam ingreditur: quo uidelicet purius ſe ſeruet immaculatum ab hoc ſęculo.

lo. Itaque monastica uita, non solum Christi, & Apostolorum testimonio est cõprobata, uerumetiã multis gratiis, ac priuilegiis summorum pontificum, & Imperatorum dotata, & approbata: qui omnes uitã illam sanctam, & crediderunt, & asseruerunt. Contra detractores uitæ monasticæ D. Ioannis Chrysostomus ante annos mille & centũ, amplissimè scripsit.

6 †Proptereà, quum officij nostri non sit Religiosos siue Monachos corrigere, aut docere, nihilosecius magna cum submissione monebo illos, ut quæ sunt status, & ordinis ipsorum perficiant. Norunt enim quam regulam sunt professi: studeant pro uiribus illam obseruare.

Sunt enim religiosorum regulæ uariæ, quæ tamẽ ad unum redeũt scopum. Oẽs tñ, ut intelligo, ac percepi, à uiris eruditis, sub quatuor regulis approbatis militant Est.n. Sancti Basilij regula, sub qua militãt Carmelitæ, & oẽs Monachi orientales. Est secundò D. August regula, sub qua militant prædicatores, Augustinienses, Præmonstratenses, Canonici, quos uocant regulares, & alii multi.

Tertiò est D. Benedicti regula: sub qua militant, qui uulgò uocantur nigri Monachi, Cistercienses, & alij. Quarta est Sancti Francisci regula, quam profitẽtur omnes, qui sub diuo Francisco militant.

Si qui sint alij ordines, ut Chartusianorum, & Brigitarum, atque similium, qui habeãt aliquid ex professione super has regulas, hoc in constitutiones potius, quam regulam referendum est. Nam quãuis horum ordinum aliæ fortè sint cæremoniæ, aut cõstituta decreta, quatenus chorũ, capitulum, & refectoriũ spectant, omnes tamen quantum attinet ad substantiam (ut uocant) & essentiam ordinis, paria habẽt uota, quæ profitentur. Videlicet paupertatem, castitatẽ, & obedientiam. Quæ quidẽ uota oĩa paria, nõ sunt illis, quę quisq; (ut nugantur hæretici) facit Christianus in baptismo, qui dicunt oẽs Christianos teneri ad castitatem, paupertatem, & obedientiam: quatenus

nus unusquisq; uitare debet carnalē copulam extra matrimonium: & per auaritiam nō apponere cor in
7 diuitiis,& obedire superioribus.†Concedimus quidem ita esse generali quodam modo. Nā qui post baptismum nil uouit, uerum est, quod seruare tenetur castitatem una contentus uxore: paupertatem quoque seruat, quando quod monet propheta facit, Diuitiæ si affluant, nolite cor opponere. Seruant etiam magistratui debitam obedientiam. Cæterum Monachus siue religiosus nullam potest habere uxorē, nil possidere proprium, & uni suo prælato obedire. Proinde latius se extendunt uota monastica, quàm quæ in baptismo uouimus. Adde quod indecens nō est, baptismi uota repetere. Nam & Deus reiterauit promissiones suas Abrahæ factas: q Ge. 15. simplici promissione promittens illi semen: Iterum cum iuramē- Gen. 15.
to eandem promissionem repetiuit atq; cōfirmauit. Gen. 22. Similiter Christus ante passionē claues permisit Apostolis, potestatem ligandi atq; soluendi de- Gen. 22.
dit: qui post resurrectionem, idem repetiuit & cōfirmauit. Non est ergo contra euāgelium uouere in baptismo: & postea ubi ad annos discretionis uentum est, eadem repetere. Non ualet ergo hoc hæreticorū: Vouisti hoc in baptismo, ergo nullū est uotum monasticum. Certè Christus Matth. 19. uota continen- Matt. 19
tiæ & paupertatis consulit: Et paulus uiduis ac uirginibus consulit, ut in sua permaneant castitate uiduali siue uirginali, addens quod sic agēdo melius faciunt, quàm si nuberent 1. Cor 7. Item laudantur à Deo. Hier. 35. Rechabitæ, qđ obedirent patri non bi- 1. Cor. 7.
bendo uinum. Similiter Num. 6. præcepit Deus Na- Hier. 35
zareis, ut uota obseruent sua de nō tōdendo caput, Num. 6.
& de non bibendo uinum. Et quamuis liberum sit uouere, ad quod nemo obligatur, attamē reddere uotum necessarium est, non liberum. Deus non præcepit uota fieri. Verum est: Exigit tamē ut uota emissa Deut 23
reddantur. Deuter. 23. Prouerbiorū. 20. Ecclesiast. 5. Prou. 20
Quemadmodum nemini iubet matrimonio iungi, Eccl. 5.
contra-

contracto tamen matrimonio, alteri parti illud soluere non licet. Dicimus itaque hanc esse libertatem ex euangelio, nempe posse uouere, & non uouere, quandoquidem Christus hic nullum dedit mandatum: ueruntamen uouere, non est contra libertatem euāgelicam, alioqui, & baptismus in quo omnes uouemus, esset contra libertatem Euangelicam. Nam quæ promissiones emittuntur in baptismo sunt de numero earum rerum, quæ omnibus necessariæ sunt ad salutem. Vota autem monastica de iis quę sunt consilii. Nemo itaque tam impudens erit, ut dicat illa uota esse contra libertatem Euangelicam.

Vouimus quidem in baptismo nos abrenunciaturos diabolo, & pōpis, & omnibus operibus eius; & uota seruare tenemur sub salutis necessitate. At monastica uota alia ratione non fiunt, quàm ut per ea plenius, ac perfectius obseruemus quæ in baptismo uouimus.

Vota igitur religionis, quæ essentialia uocant, utpote obedientia, paupertas & castitas, multum conducunt ad obseruanda uota baptismi, nimirum abrenunciando diabolo, carni, & mundo.

Religiosus itaq; intelligat ad hæc obseruanda se iure diuino teneri. Proinde sollicitus esse debet, ut hæc obseruet.

8 Primò castitatē mentis, & corporis, audiens Christum dicentem. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt: Et Sapientem, Qui diligit carnis mundiciam habebit amicum regem. Et Paulum.

Mat. 5. a Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, &
1. Cor. 6. spiritus, perficiētes sanctificationem in timore Dei:
1. Tess. 4 & quo pacto arguuntur à Paulo uiduæ, quæ contra
1. Tim. 5 promissionem Deo & Ecclesiæ factam nubere uole-
b bant: ita reprehensione digni sunt, & grauiter peccāt contra illud uotum monachi & moniales, qui incestuosas inter se contrahunt nuptias. Quod fecisse scimus Martinum Lutherum, & ita docuisse alios ut facerent.

Quæ-

9 †Quæcunque autem illud uotum aut impedire, aut irritare possent, sunt cauenda, nimirum, comessationes, uinolentiæ, quæ sunt incentiua libidinis. Similiter & colloquia mala, quæ corrumpunt bonos mores, & suspectarum mulierū nimia familiaritas. Nam ut non extinguitur ignis apponendo ligna, aut infundendo oleum, sed potius à foco retrahēdo ligna: sic nec libidinis ignis eiusmodi comessationibus, uinolētiis, familiaritatibus extinguitur, sed potius augetur. Vulgò dicitur, Quod nimia familiaritas parit contemptum. Atqui ego ausim dicere, q̄d nimia mulierum familiaritas pariat pueros, in maximum scandalum omnium religiosorum.

10 †Secundò iuxta suam professionem uitare debēt omnem proprietatem, nihil sibi proprium dicentes, nihil habētes peculij inscio prælato, parati dare quicquid habent ubi iusserit Prior: sintque contenti sua (ut uocant) portione, nec murmurent contra suum prælatum, si non omnia habeant ad nutum. Non.n. ordinem profitentur, ut opiparè uiuant, splendidè epulentur, purpura ac bysso induātur, sed potius ut habentes alimenta naturæ conuenientia, & quibus tegantur, his sint contenti.

11 †Tertiò obediant in omnibus suis prælatis sine murmuratione: hoc scientes quod Dño obediunt, qui dixit, Qui uos audit, me audit: qui uos spernit, me spernit: attendentes quod Dñs Christus per oīa obediuit patri usq; ad mortem, & quemadmodum dixit Samuel Sauli, quod melior sit obedientia quā uictimæ. 1. Reg. ca. 15. *1. Reg. 5*

Hic grauissimè peccant uotifragi Monachi, qui reiecta cuculla, omnem obedientiam, & paupertatē promissam abiurarunt. De quibus nunc non est dicendi locus. *Ecc. 5. d.* *Ozeæ. 6. c* *Mat. 9. b*

12 †Cæterum caueant parentes, ne suas proles cogant, ut aliquem profiteantur ordinem: possunt quidem illos inducere ubi adoleuerint, cogere nunquā, ni uelint Deum grauiter offendere. Caueant pariter

qui-

quicunque hunc statum assumere cupiunt, siue uiri, siue mulieres, nec id temerè faciant, & inconsultò: sed prius inuocét diuinum auxilium: & uiros pios, graues atq; prudentes prius consulant.

13 †Monachus si suum ex animo sequatur institutũ, si suam professionem intelligat, & in Deo uiuat, profectò uerum nomen obtinet. cui ut satisfaciat, in primis cogitandum est, sicut Christiano cogitandi necessitas incumbit, ut nomini suo, quod in Baptismate accepit, respondeat, & iuxta suam uocationem in Ecclesia uiuat. Ita monacho. ita Sacerdoti Dei illud obseruandum, ut non solum nomini baptismatis par sit, Christianumque officium faciat, sed etiam prætereà ut constitutum se sciat suo particulari uoto, particulari studio, particulari uocatione, particulari gratia in maiori dignitate, in maiore necessitate bene uiuendi: quia monachus, quia sacerdos, quia propheta Dei. Dicit Iuuenalis & certè uerum est.

Omne animi uitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò maior, qui peccat habetur.

Si quid Monachus delinquit, si Sacerdos Dei peccat protinus id toto foro, totis uicis, tota ciuitate spargitur, & per uicinas terras usq; uolat. Si uerò ciuis, aut alius aliquis è populo Christianus etiam aliquod crimen perpetret, quantum licet, cęlatur, & supprimitur; aut si puniatur exempli causa, in obliuionem tamẽ cedit: uerum religiosi alicuius delicta, & supplicia in acta referuntur, & perpetuò celebrantur. Vnde liquet Monachos, & religiosos in oculis hoĩum positos, maiores cęteris mortalib. & sanctiores censeri. Proinde non debent hanc suã æstimationem parui pendere, non mala uita aut peccato inquinare, unde dedecus sequi potest. Nam si quis in humano delicto comprehenditur, fraterno animo spiritu mansuetudinis corrigendus est. Quinimò alacriter laborabit suæ uocationi satisfacere, & procul uitiis degere, nulli offendiculum præbere, sed offendicula

cula auferre, ut dignus sit honore, & auctoritate remittendi peccata: tanto enim maiore in pretio futurus est apud omnes, & gloriam contemnentem longè amplissima gloria ultro sequetur, & hæc æterna. Etenim si omnia fecerit, adhuc inutilis est, nisi in Christo fecerit. Sed dum in Christo facit, dum cum Diuo Paulo stigmata in suo portat corpore, ut quotidie quæ desunt passioni Christi compleat, gloriam in Christo meretur, &, cum Christo æterno immortalem immarcessibilemque coronam meretur: nam à Deo corona de lapide pretioso imponitur capiti, uita dabitur, & benedictio, longitudo dierum in seculum seculi. Itaque respectu Christi, respectu Dei, respectu populi, omnis monachus, omnis sacerdos, debet se componere ad integritatem uitæ, ad puritatem ab omni scelere seruandam. Horatius ad Aristiũ Fuscum scribit, ut innocentiam seruet, per quam tutus esse poterit ab omni malo. Sic enim canit primo carminum, Ode uicesima secunda, quæ digna est memoria.

Integer uitæ, scelerisque purus
Non eget Mauri iaculis, nec arcu,
Nec uenenatis grauida sagittis,
Fusce, pharetra.

Cætera legant apud Horatiũ, qui est in manibus oĩum. Ideo superfluum integros hic illinere uersus. Quamobrẽ si tutus ab oĩ infamia uera esse uelit (debet aũt esse quisq;) seruet innocẽtiam. Quid cõsequitur? nimirum ut sit monachus, oĩs sacerdos, si pius esse cœperit, si peccatores incœperit reprehendere, si ueritatẽ dixerit, à paucis salutabitur, à paucis inuitabitur ad prandium, minus ad conuiuia, à paucis uocabitur ad iudicia, & cõia hoĩum commertia. Quid fit? ecce à nullo nisi bono, aut bonitatem amante cõuenitur: itaq; à mundo derelictus nũquid est monachus? est certè mundo monachus, sed non est Deo cõtemptus monachus: imò, si aliquis Christianus de plebe uicnos ueris rationibus, & modis reprehen-

 derit,

perit,& bona uita præluxerit,parũ uisitabitur,deget solitarius,& fiet Monachus. Sed huius professio nõ est peccantes arguere,nõ est inqnam officium huius curam agere animarum,aut uitia tollere: uerum sacerdotis est,pastoris est,hoĩs Ecclesiastici hoc est officium. Lux enim esse debet: sal esse debet, imitator Christi esse debet.Christus uitia detexit, peccatores arguit,ementes, & uendentes de templo eiecit. Sacerdoti dictum est, ut annunciet populo scelera eorum.& apud Oseam dicitur, Peccata populi mei comedent. Nunc conetur pius sacerdos hoc præstare: uiuat exemplo Christi, Apostolorum, & cum Diuo Ioanne Baptista clamet:Agite pœnitentiam. Palam est,quod populus Israel per desertum à Moyse deductus est.Fuit populus solitudinis annis quadragintã:& quid diuus Ioannes erat in deserto? Certè considerato habitu,& uictu diui Ioannis quid erat, nisi Monachus?qui accesserunt ad Ioannem,nisi amantes desertum,& ueritatem.? huc uenit etiã ipse Christus in desertum ad fluenta Iordanis. Cessent nugæ hæreticorum, qui si ad Ioãnem accessisse dignati fuissent,aut accederent,uitamq; huius intelligerent, & pœnitentiam agerent,non essent hæretici, non improbarent Monachatum: imò ipsi Monachi fuissent facti,aut fierent,sed hoc nomine uel maximè deprehenduntur in scelere,quod Monachatum arguunt. Nam mundana amant,mundum,& res mũdi, carnaliaq; desideria nolunt relinquere, ex diametro pugnant cum Monachis. Nec omitto quod inter illos improbos præcipui sunt hi, qui quãuis Monachos nolint, tamen dum ueritatem odio habent, catholicam, & pontificiam religionem rident,& huius uiros ferre in sua societate,in urbibus,in pagis nolũt, ac ad deserta transire cogunt,qđ Monachos faciunt. O tempora O mores.summa hæccine rerum uissitudo est?olim ex deserto monachos uocabant cũ summa ueneratione in oppida, in urbes, ut hominum animos,conscientias, & mores moderarẽtur, ut uiã salutis

Esa. 58.
Osee. 4.

ſalutis oſtenderent,contrà nunc ex urbibus pellũt, ex oĩ ſocietate,& congregatione abigũt,& ſi poſſent nuſquã terræ locũ permitterent habitandi,inſtigãtibus hæreticis,uel hanc telam potiſſimum texẽtibus. Oportet ergo quod nũc deprauatiſſimi,& ueſani ſint hoĩes:& quod olim fuerint prudentes, ac optimi. Atq; ita ſe res habent:qm̃ tunc templa,turres,cœnobia ingentia, monumenta præclariſſima religionis ædificabãt,oẽs monachos & ſacerdotes de facili nutriebant,beneficia fundabant:nunc facta uix conſeruant,imò deſtruunt,euertũt, confringunt, & ſi poſſunt in priuatos uſus transferunt. Tunc mannam, & prophetas diligebãt, nunc faſtidiunt, & abiiciũt. Hinc etiam tunc oẽs abundabant,& fœliciter degebant,nunc egent,& affliguntur. Hæc ſunt bona quæ parturiũt nobis prophani,& hæretici, unde iudicẽt boni quo ſint iudicio digni, qui religioſos, & religioſas non debita beneuolentia proſequuntur. At non ideò deſiſtent à probitate boni Sacerdotes, ueritatem docebũt propter ueritatis profeſſionem Socrates factus ſolitarius, & quaſi Monachus, & tandem occiſus: Solon peregrinatus eſt, ut & Thales & Lycurgus: Plato ex aula Dionyſij eiectus, & uenditus: Diogenes in cranio Corinthiaco uixit,ut pauper in dolio,& Monachus.Quis finis ſi hũc catalogum recenſerem? Quod ſi ethnici Philoſophi profeſſione ueritatis facti ſunt,& uixerunt ut monachi,quid putamus bono ſacerdoti Chriſtiano fore uſui,ſi ethnici,quorum doctrina multis errotibus permixta fuit, tanta pertulerunt pro defenſione ſuæ doctrinæ,quid non perferre debent Chriſtiani pro conſeruatione illius,qui ait:Ego ſum uia ueritas & uita?nõnè apud Romanos concluſum eſt,quod ſapienti uiro non eſſet tractanda Reſpublica?ſi ſapiẽs non poteſt rempublicam regere,ut nunc hoĩes uolunt,ergo abſtinebit à republica,& quid?tum ſolitarius, priuatus, & uiuet ut Monachus. Non opus eſt ut cõtra Monachatum hæretici diſputent. Turba diſcipulorum Chri-

sti nonne à cura Reipub. remota fuit, mundanis hominibus eos persequentibus? nonnè cum Christo per deserta ibant? ubi magis Christo aderant, quàm in locis solitariis? ubi magis, quam ubi Christus ut Monachus mouebat? ubi populus in deserto triduum

Mar. 15 ieiunabat. Adfuere quatuor millia præter fœminas & pueros. Scimus monasteria fuisse uni patri obediẽtiam præstantia septem mille fratrum, & forsan adhuc sunt in Aegypto, & ubi Deo placet. In ciuitatibus manere non poterant, flagellabantur, cædebantur, occidebantur. Vbi Christus crucifixus? non in solitudine, aut pagis, sed in ciuitate Hierosolymitana. Apostoli dispersi sunt. Paulus in Arabia deserta, quatuordecim annis uixit ut Monachus. Monachi in Aegypto & Thebaide uiri sanctissimi uixerunt, quorum Eusebius in Historia Ecclesiastica ex Philone meminit. Basilius magnus uir diuinus nunquid eremum omnibus prętulit, & sequutus est, uitans malitiam hominum? Inde D. Antonius, tum Monachi Mediolanenses, de quibus D. Augustinus in lib. Cõfessionum scribit. Hinc D. Hieronymus urbem Romanam fugiens solitudinem Aegyptiacam petiit: de qua sic scripsit ad Eustochium: Quotiens cõstitutus in ista uasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus horridum Monachis præstat habitaculum, putabã me Romanis interesse delitiis? Sedebam solus, quia amaritudine repletus eram. Horrebant sacco mẽbra deformia, & squalida cutis situ Aethiopissæ carnis ob duxerat: quotidie lachrymæ: quotidie gemitus, & si qñ repugnantem me somnus oppressisset; nuda humo uix ossa hærentia collidebam: De cibis uerò, & potu taceo, quum etiam languentes Monachi aqua frigida utantur, & coctum aliquid accepisse luxuria sit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere damnaueram, scorpionum tantum socius, & ferarum sæpe choris intereram puellarum: pallebant ora ieiuniis, mensque desyderiis æstuabat, & in frigido corpore sola libidinum incendia pullulabant.

Itaque

Itaque omni auxilio destitutus ad Iesu iacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam, & repugnantem carnem edomabam, inediæ subiiciebam. Memini me clamantem diem crebro iunxisse cum nocte, nec prius à pectoris cessasse uerberibus, quàm à Domino rediret increpante tranquillitas, ipsamque cellulam meam quasi cogitationum consciam pertimescebam, & mihi iratus sola deserta penetrabam. Sicubi concaua uallium, sicubi montium prærupta cernebam, me ibi in oratione locabam. Et, ut testis est Deus, post multas lachrymas, post cœlo oculos inhærentes, non nunquam uidebar interesse agminibus Angelorũ. His D. Hieronymi uerbis patet Monachatum esse rem excellentissimam, si quisque uiuat in eo sicut debet. Nam etiam uiuus uidetur interesse choro Angelorum: Nunquid D. Augustinus in Africa ut Monachus uixit? Postea D. Benedictus amplas fortunas relinquens solitudinem sequutus est, & fugit mundum. Hinc collegia, & uariæ quæ adhuc perdurant societas religiosæ tam uirorum, quàm fœminarum. Tum enim admirabili prouidentia Dei, etiam Monarchæ orbis se subiecerunt ipsis Monachis, & ideo ab Vrbanis cœpta sunt ędificari in oppidis monasteria, ut præsentia illorum, qui fugerant mundum gauderent, & mundum ipsi quoque contemnerent. Non est itaque Monachi, non sacerdotis res mundi, res temporales ita diligere, ut æterna negligat, sed debet uiuere Deo, mortuus esse mundo, nihil in mundo facere, nisi quod cedat in gloriam Dei. Hoc si fecerit quatenus Monachus, erit Monarcha. primò quia Deo seruire uerè est regnare, & habentes uictum, & amictum his contenti simus. Victus, & amictus diuitiæ Christianorum. Secundò, quia credit in Deum. Credenti autem totus mundus diuitiarum est, ut inquit, Diuus Hieronymus in præfatione Galeata. Tertiò, quia Angelorum choro interest, ut de se fassus est Diuus

Hieronymus, & ut ex uitis sanctorum uirorum patet. Quartò quia ĩperat suis cupiditatibus. Hic enim uerè Rex est. Hoc docet Iuuenalis Satyra decimaquarta.

Sensit Alexander testa quum uidit in illa,
Magnum habitatorem, quanto fœlicior hic qui
Nil cuperet, quàm qui totum sibi posceret orbem.

Et rursus in eadem Satyra.

Si non impleui gremium, si panditur ultra,
Nec Cræsi fortuna unquam, nec persica regna,
Sufficient animo.----

Huc subiungendum illud Horatij.

Quæritur argentum, pueris que beata creandis
Vxor, & incultæ pacantur uomere siluæ,
Quod satis est, cui contingit, nil amplius optet.

Optimè dixit Seneca. Quæ sunt maximæ diuitię? non desyderare diuitias: & idem demonstrat, quod neminem pecunia diuitem fecit, imò contrà nulli non maiorem sui cupiditatem incussit. & Lucanus ait.

----Nec enim iam sufficit ulla,
Præcipiti fortuna uiro.----

Qm̃ auarus etiamsi ditissimus sit omni copia rerum: tamen inops est Tantali Regis exẽplo. & Horatius Salustio scribit.

Latius regnes, auidum domando
Spiritum.---

Monachi itaq; Christi exemplo cupiditates suas refrænabunt, norint ieiunare, orare, & egere, & abundare, habere, & carere, ut Paulus fecit & docuit. Hoc si fecerint, Monachi, Monarchæ sunt: nimirũ nihil habentes, & oĩa possidentes. Quintò quia sunt simplices ut columbæ, & prudentes ut serpentes: non solum prudentes, sed etiam sapientes in Domino Iesu. Sapiens quisquis sit, hic Monarcha est, Rex est, & & ditissimus est, ut Stoici docuerunt, Cicero in paradoxis repetiit, Horatius hoc carmine quoque testatur.

Ad summam sapiens, uno minor est Ioue, diues.
Liber, honoratus, pulcher, Rex denique Regum:
Præcipuè sanus, nisi cum pituita molesta est.

Itaq; D. Hieronymus ad Rusticū pulchrè scripsit, Tu Monachus esse uis, habeto curam non rei familiaris, cui renunciando hoc esse cœpisti, sed aīæ tuæ. Monachum non loquendo & discurrendo, sed tacēdo, & sedendo quisq; nouerit. At qui aīæ suæ curam habet, is uerè Rex est, uerè Monarcha est. Nam res fortunæ, & bona corporis sunt animę causa. Qui animam perdidit, qui animam debet: etiāsi omnes mundi diuitias possideat, pauperrimus est. Monachus itaque animæ suæ curam gerit, ut hanc Deo seruet, & deinde aliorum animas quoque quātum potest. Est itaque Monachus haud paruus Monarcha, si suam norit conditionem, suum officium faciat, siue uocationi satisfaciat in paupertate, castitate & obediētia. Huius uitæ Princeps in Christianismo fuit Ioannes Baptista. Sic enim D Chrysostomus super Ioannem scribit. Ioānes est Princeps Monachorum, ipse Monachus. statim ut natus est, in eremum iuit, in eremo nutritur. Christum expectat in solitudine. Iam Rex Christus. Rex Regum Christus. Reges etiam sunt, ad quos in solitudine expectantes uenit, ut sunt Monachi. Hic etiam uir bonus & sapiens, qui secum habitat, ut norit quàm sit sibi curta suppellex: hic is est aut utique esse debet, de quo Virgilii illud dici potest.

Iudex ipse sui, totum se explorat ad unguem,
Quid proceres, uaniq́ue leuis quid opinio uulgi,
Securus mundi instar habens, teres atque rotundus.

15 †Verè in epistola ad Pammachiū D. Hieronymus scripsit. Prima uirtus Monachi est contemnere hominum iudicia, & semper Apostoli recordari dicentis. *Gal. 1. b.* Si hominibus placerem Christi seruus non essem,
16 †Tum ab omni insolentia debet esse alienissimus, adeo ut ne rideat quidem. Nam D. Chrysostomus super epistolam ad Hebræos sic scripsit, Qui Mona-

chum profiteris, qui crucifixus es: qui debes lugere, rides, dic mihi ubi Christus hoc fecit? audisti hoc alicubi? nusquam: sed contristatum sæpius legisti. Non debet omitti dictum Isidori de summo bono. Sūma, ait, Monachi uirtus, humilitas: summū uitium eius superbia est tunc enim se quisque monachum iudicauerit, quum se minimum æstimauerit, etiam quum maiora opera uirtutum gesserit. Hinc etiā Monachus non debet alios negligere. Sed Monachus non sacerdos, alios sacerdotes debet honorare. Sic ait D. Hieronymus: ad Paulinum: Laudatur iure monachus, q uenerationi habet sacerdotes, nec detrahit gradui, p quem factus est Christianus: Ita monachus non debet in suis gloriari, nec alios spernere sed mutua charitate & honore se inuicem præuenire, & alios, colere sacerdotes. Postea otia fugiat monachus. Nā D. Hie-
17 ronymus sic scripsit ad Rusticum. †Aegyptiorum monasteria hunc morem tenent, ut nullum absque labore, & opere suscipiant, non tam propter uictus necessaria, quàm propter animæ salutem, ne uagetur cogitationibus perniciosis. Itaque oret sedulò, & solemnia Ecclesiæ sacra, ac horas seruet: tum plangat peccata. Nam D. Hieronymus ad Riparium, & Desyderium sic scripsit. Monachus non docentis, sed plangentis habet officium, qui se uel mundum lugeat, &
18 pauidus Domini aduentum præstoletur. † postea si ita perfectus est, doceat suos fratres, & alios sana doctrina, & piis operibus, sicut D. Hieronymus fecit. Augustinus, Benedictus, S. Bernardus, & horum Discipuli infiniti. Caueat tamen turbas, & inanem gloriam, sciatque illud Hugonis de Claustro animæ lib. 5. Si monachus es, quid facis in turba? si amas silētiū cur declamationibus assiduè interesse delectaris? tu semper ieiuniis, & fletibus insistere debes. Et tu Philosophari quæris, Simplicitas Monachi Philosophia est. Sed docere, inquis, alios uolo. Non est tuum docere, sed plangere. Si tamen doctor esse desideras, audi quid facies. Vilitas habitus tui, & simplicitas uultus,

innocentia uitæ,& sanctitas conuersationis tuæ docere habent alios. †Non amet plus patriam,aut parētes, aut hominē ullum, quàm deum. Ad heliodorum D. Hieronymus scribit. Cōstat monachum in sua patria perfectū esse nō posse Et Isidorus, ait, quod multi monachorum amore parentum non solum terrenis curis, sed etiam forensibus iurgiis inuoluti sunt, & pro temporali salute suorum,animas suas perdiderunt.
19

20 †Porrò cōtentus erit cibo, potu,uestitu qui præbetur, ut professioni suæ satis faciat. Non erit querulus.Non dicat,sicut rectè S.Bernardus scribit. Legumina uentosa sunt,caseus stomachum grauat, lac capiti nocet,potum aquæ non sustinet pectus, caules nutriūt melancholiā, cholerā porri accēdunt, pisces de stagno,aut de lutosa aqua meæ penitus cōplexioni non congruunt.Quale est hoc,ut in omnibus fluuiis,agris, hortis,cellariis reperiri uix possit,quod comedas,puta te quæso Monachum esse nō Medicum. Nec de complexione iudicandum, sed de professione frugalitas autem his non opus est,ut commendetur, ut qui ieiunia,& paupertatem obseruant. Meminerint tamen in rerum copia non omittere frugalitatē somno tribuatur, quod sanitati & professioni cōuenit:nec negligant illud Catonis.

Plus uigila semper, nec somno deditus esto,
Nam diuturna quies uitiis alimenta ministrat.

Sed tantum fessos sopor irriget artus, ut tanto integrius hymnum occinat Deo.

Somno refectis artubus:
Spreto cubili surgimus:
Nobis pater canentibus:
Adesse te deposcimus.

Religiosæ autem fœminę hæc imitentur pro uiris. Quoniam obedientiam omnes profitentur, non opus est,ut de obseruatione regulæ cuiusq; præcipiā, nam hoc particulare est,& suam Methodum habet, quare hic subsistere placet,coronidis noīe hoc actuarium accedat. ex D. Iacobo. Religio pura, & immaculata

culata est apud Deum, & patrē, uisitare orphanos & uiduas in tribulationibus eorum. Et non inquinatum ab hoc mūdo se seruare. Si quis se putat religiosum esse non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, huius uana est Religio. Ergo necessaria negociatio iustæ ueræque solitudinis, ueram faciens in Deo, & Domino Iesu uitam, laudabilis est peregrinatio in hoc sæculo.

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

Genes.	15.	Eccles.	5.
	16.b.	Ecclesiasti.	1.b.
	21.b.		37.b.
	22.	Hiere.	22.b.
Exodi.	12.d.		35.
	29.b.	psal.	140.c.
Leuit.	7.d.		101.b.
	16.g.	Matth	19.
Nume.	6.	Actor.	2.a.
	19.a.		10.a.
Deut.	23.		13.g.
Hester.	8.d.		26.b.
	14.b.	1.Corinth.	7.
2.Mach.	6.c.	2.Corinth.	11.f.
	12.g.	Iacobi.	1.d.
Prouer.	20.	Apocalyp.	2.b.

QVINTA ADMONITIO AD Mercatores, & ad omnes, qui negotiationes exercent.

SVMMAE.

1 *Mercatores blandè loquendo, multos alliciunt, ut eo facilius fallant.*

2 *Mercatores paucis uerbis, nec mēdacibus debent uti in suis contractibus, à quibus omnis impostura abest.*

Mercatura

3 *Mercatura res præceps est ad mala ideo, caute & scrupulo se debet exerceri.*

4 *Sicut mali Mercatores semper quærunt priuatum lucrũ, ita boni mercatores non desyderabunt, nisi publicum cõmodum.*

5 *Mercatores debent omnino abhorrere ab omni mendacio.*

6 *Mercatores optimas procurabunt merces, & has sine adulteratione uendent.*

7 *Mercatores res suas distrahant, sine omni iniuria, & incõmodo proximi.*

8 *Mercatores non debent diebus festis secularia negotia, & mercaturas exercere.*

NOn temere ille Moralis Philosophiæ approbatus ab omnibus auctor, siue cato, siue quis alius fuit inter cætera hoc distichon uerè aureum, & quasi oraculum inseruit.

Sermones blandos blæsosq; cauere memento,
Simplicitas ueri sana est, fraus ficta loquendi.

Atque utinam hoc decãtato carmine Apollo multorũ aures uellicet, qui tãtum Mercatoribus tribuũt, ut hos ne iuramento quidem interposito fallere existiment: quum contra ipsi mercatores quæstum suum esse putent, quicquid blandis, blæsisq; uerbis emunxerint, fallere, mentiri, adblandiri, iurare, simulare, & omnes huiusmodi technas acquirẽdi pecunias struere. atque huius rei manifestum testimonium nobis Horatius præbet, ubi canit.

Multa fidem promissa leuant, ubi plenius æquò,
Laudat uenales qui uult extrudere merces.

2 †Quo clare quidem demonstratur, quod si studium Mercatorum. Hos itaque ut in uero officio contineã, & insannabili fallendi cacoethe laborantibus remedium ostendam, non multis prolixisque uerbis deliniendosque mihi esse censeo: quandoquidem breui carmine dogma Hippocraticum in mentem uenit, quod omnis Methodi medendi initiũ, & summũ est.

Nam

Nam contra morbos contraria pharmaca quære.

Id uulgo aiunt: Contraria contrariorum remedia sunt. Itaque contra Asiatissimum mercatoribus usitatum Laconico dicendi genere utar, ut uel hoc facto meo eos admoneam paucitatis & ueritatis uerborum: quia & ille sic canit.

Noli tu quædam referenti credere semper:
Exigua est tribuenda fides, qui multa loquuntur.

Vt igitur, & oratio mea facto sit uerior, & admonitio efficacior, ad laconismum pedē refero. Interea oro ipsos mercatores, ut ad has tanquam ad preciosissimas merces confugiant, & quæ immortales non exiguum momentum ad immortalitatem conse quendam præstabunt, opus est enim ut attentas aures præbeant, promptumque obsequium simul, ne effluant. Ita Horatianum consilium, admitto, qui ait.

Quicquid præcipies esto breuis, ut cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.

Adde *Nemo adeo ferus est qui non mitescere possit,* quod, *Si modo culturæ patientem commodet aurem.*

In quibus uerò admonendi sunt mercatores, ea quatuor occurrunt: primum ne mentiantur: alterū ut merces quā optimas inuehant, & sine omni adulteratione uænales habent. Tertium ut merces sine omni iniuria proximi diuendant: quartum, ne dies sanctæ catholicæ Ecclesiæ sacros cōmerciis prophanent. Si hæc obseruent, in numerū Christianorum referri poterunt non spretis eis, quæ huc faciūt, sacramētis. † Nā ex se mercatura uitiosa nō est, licet habeat turpitudinē. Licita, si fiat ad finē honestū, uel necessariū, hoc est, ut negotiator moderatè lucretur, uel ad finæ familiæ sustentationē, uel pauperum, uel communitatis, non iniusto, sed iusto contractu, non ad caritatē sed copiā. Sic D. Thomas annotauit. Animaduerto tamen, quā præceps sit negotiū ad malum

Quæ.77 argu.4. ipsa mercatura. D. Augustinus libro de pœnitentia: In his oībus doles aut relinquat, inquit, sęculū, aut saltē illa, quæ sine admixtione mali nō sunt administrata,

strata, ut mercatura, & militia, & alia quæ uiuētibus sunt nociua, ut administrationes sæcularium potestatū, nisi his utatur ex obediētiæ licentia, & ponat se omnino in potestatē iudiçis, in iudicio sacerdotis, nihil sibi reseruans sui, ut omnia eo iubente paratus sit facere pro recipienda uita animæ. Hactenus Augustinus, cui consentit D. Gregorius sic scribēs. Falsas, ait, pœnitentias dicimus, quæ nō secūdū auctoritatē sanctorū patrum pro qualitate criminum imponuntur: ideoque miles & negotiator, uel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, si culpa grauiori irretitus ad pœnitentiam uenerit, uel qui bona alterius iniustè detinet, uel qui odium in corde gerit, recognoscat se ueram pœnitentiam nō posse peragere, per quam ad æternam uitam peruenire ualeat, nisi negotium relinquat, uel officium deserat, uel odium ex corde dimittat. Ab his etiam minimè dissentit Innocentius secundus Papa, ubi inquit, Falsa est enim pœnitentia, cum pœnitens ab officio, uel curiali negotio non recedit: quod sine peccatis peragi nullatenus præualet. Adde his uerba Leonis Papæ, qui scripsit, quod qualitas lucri negotiantē aut arguit, aut accusat: quia est & honestus quæstus, & turpis. Veruntamen pœnitenti utilius est dispendia pati, quàm periculis negotiationis astringi: quia difficile est inter emētis & uēdentis cōmerciū nō interuenire peccatū. Propheta uerò aptè proloquutus est *Psa.* 77
sic, quia non, inquit, didici negotiationes, iō introibo in potentias Domini. Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Zacharias quoq; propheta, & nō erit, *Zac.* 14.
inquit, mercator in domo Domini exercituum ultra in die illo. Quinimo Christus initio suorum miraculorum eiecit ementes, & uendentes de templo suo, & oues, boues, nummulariorumque æs effudit, & men- *Ioann.* 2.
sas euertit: & eis, qui columbas uendebant, dixit, Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis: Iterum Christus in fine suorum miraculorum, postquam uenisset Hierosolymā

Mat. 21 in die palmarum intrauit in templum Dei, & eiicie
bat omnes uendentes & ementes in templo, & men
Luc. 19. sas nummulariorum euertit,& cathedras uendentiũ
columbas,& dixit eis. Scriptum est. Domus mea do-
Matt. 9. mus orationis uocabitur,uos autem fecistis illã spe-
Luc. 19. luncam latronum. Et erat docens quotidie in tẽplo.
Mat. 26. Matthæum à Telonio, Zachæum à commercio pu-
Mat. 16. blicanorum, omnes discipulos,& maximè Iudã auo
Act. 4. cauit à uenditione pretiosi unguenti pistici nardi.
Porrò uendere iussit sua Christus non temporalis lu
cri causa,sed propter uitam æternam. Diuiti Regulo
glorianti de integritate suæ uitæ dixit. Vade, uende
tua,& da pauperibus. Et in primitiua ecclesia quicũ-
que possessores locorum & ædium erant, uendentes
afferebant pretium diuenditorum,& ponebant ante
pedes Apostolorum,unicuiq; uerò, prout opus erat,
Act. 5. fiebat distributio. Ananias autem & Saphyra à D. Pe
tro morte mulctati sunt,quia uoluerunt defraudare
de pretio ipsum. Porrò Ioannes Chrysostomus in
hunc modum docuit: Eiiciens Dominus, inquit, uẽ
dentes & ementes de templo significauit,quod Mer-
cator nunquam potest Deo placere. Ideo nullus Chri
stianus debet esse Mercator aut si uoluerit esse, proii
ciatur de Ecclesia, dicente propheta: Quia non co-
gnoui negotiationes, introibo in potentias Domi-
ni, quemadmodum enim qui ambulat inter duos
inimicos, uolens ambobus placere, sine alloquio ma
li esse non potest, necesse est ut illi male loquatur de
isto, & isti de illo. Sic Mercator sine mendacio & per
iurio esse non potest. Sed substantia talium stabilis es
se non potest. Neque ad bonum proficit, quod de ma
lo congregatur, quemadmodum enim si triticum,
aut aliud tale cernas in cribro, dum huc & illuc ia-
ctatur, omnia grauia paulatim deorsum cadunt, &
tandem in cribro nihil remanet nisi stercus. Sic de
substantia negotiatorum nouissime nihil remanet
nisi peccatum. Denique illud S. Augustini super Psal
mum addam. Desiderio tuo, inquit, locum facis dia-
bolo:

bolo: ecce enim Diabolus proposuit lucrum, & mutauit ad fraudem. Lucrum habere non potes nisi fraudem feceris. sed lucrum est esca, fraus laqueus. Sic attende ad escam, ut uideas & laqueum, quia lucrum habere non potes, nisi fraudem feceris: fraudem autẽ si feceris, capieris. Ecce quot testimoniis, exemplis, & argumentis improbata est mercatura, ut interea alia omittam, unde aliquis inferat. Ergone Christiano homini uetita est Mercatura? profecto canonica scriptura non uult clericum esse negotiatorem in sæculo. Quamobrem superfluum est ad hos de Mercatura uerba facere: Nam Simonia grauissimis supplicijs punienda satis superque ubique exploditur. Quid igitur? an ne laici homines possunt negotiationem tractare? Hic mihi multum diuque hærenti, & ualde suspenso in mentem uenit illud ecclesiastici capite. 37. sic scribentis: Cum negotiatore tracta de traiectione, & cum emptore de uenditione, cum uiro liuido de gratiis agendis, cum impio de pietate, cum inhonesto de honestate. Scio quod loco traiectionis aliqui legunt commutationem, quæ tam fieri potest rebus res permutando, quàm numum appendendo. Sed Abraham emit agrum Sepulturæ ab Ephron pecunia præsente, & fatuis in uirginibus in Euangelio dicitur, Ite potius & emitte uobis oleum, ne forte uobis & nobis non sufficiat. Rursus apud Lucam legitur, quod Christus ipse dixit suis discipulis: Sed nunc qui habet sacculum: tollat similiter & peram, & qui non habet, uendat suam tunicam, & emat gladium. Quamobrem uidemus ipsam emptionem, & uenditionẽ non esse prohibitam, quæ sunt propria ipsius mercaturæ. Nec ipsam mercaturam esse improbandam, quatenus habet emptionem & uenditionem. Sed quia Mercatura habet continuationem emptionis, idque præsertim lucri causa, ut fit in Nauigatione & Vectione, Fœneratione, quam aliqui deuictionem uocant, & Negotiatione, ac recipit uarias fraudes, ideo hãc dubie periculosissima, & scrupulosissima

Eccl. 37

Ge. 123.

Mat. 25

Luc. 22.

ſiſſima res eſt Mercatura: nimirum quæ uix ſine malo, aut ſpecie mali poteſt exerceri. Admonendi ſunt igitur, ut intelligant quale negotium gerant ipſi mercatores, ne animam ſuam ad condemnationem perducant. Quicunque enim ſic mercaturam exercent, ut finem eius, & præcipuum ſcopum exiſtiment eſſe lucrum priuatum, hi ſunt Ethnici & infidelibus peiores Mercatores, hos Iouinianus Pontanus annumerat mendacibus, libr. de ſermone, ac de his loquitur Chryſoſtomus, dicens quod Mercator nunquam poteſt placere Deo. Nam hi contra inſtitutum Chriſtiani hominis faciunt. Itē charitatem proximi euertunt, ſanguinem proximi deglutiunt, & exhauriūt. Agricola quidem lucrum ſperat, & multiplices fructus: ſed ſemper ſine damno fratris ſui, ſed & in rem proximi: ita opifices, & alii boni uiri ſua agunt, ut lucrifaciant, ſed ſemper cū commodo proximi, & Reipu. tranquillitati, abundantiæque ſedulò conſulunt, ſed contrarium de Mercatoribus prodidit And. Fauſtelinus ſic canens.

Periurata ſuo poſt ponit numina lucro
Mercator, Stygijs non niſi dignus aquis.

Quis erit igitur bonus Mercator? qui finem principalem Mercaturæ ſuæ ſtatuit non caritatem, ſed charitatem proximi, ut illud lucrum obtineat, quod in neceſſitatibus opitulatur egenti. De hoc Mercatore D Chryſoſtomus non loquitur: nimirum qui potius ſit adiutor hominis Chriſtiani, & eleemoſynarius, quàm Mercator, & proximi deſtructor, aut impoſtor. Talis certe longè abeſt à caſu damnationis, quæ nomine mercaturæ cōtingere poſſet. Tales ſunt mercatores pluribus in locis Chriſtiani orbis haud dubiè: utpote qui in primis Reipublicæ prodeſſe laborant, tum ſibi, quantum licet citra damnum alterius. Neque enim damnatur uſpiam is, qui uulnas panni coemptas certo pretio, ſtatim eaſdem abſque ulla alia traiectione, uel mutatione formæ, loci, temporiſque, uendit cum aliquali lucro. Hic non eiiciendus

dus e tẽplo. Habenda est.n.ratio expensarũ, famulorũ, dispensationis, apotechæ, temporis & laboris uni huic rei impensi, eaque occupatione traducti, tot nã que de nominibus si recompensatio fiat, iniquũ non est, dignus est.n.mercenarius, mercede sua. Et propheta Dauid sic cantat. Labores manuũ tuarum quia mãducabis, beatus es, & bene erit tibi. Paulus hoc la- *Ps.127.* tissimè docet primæ Epist. ad Corinth. capite nono. Nam si qui altari inseruit, de altari debet uiuere, & *1.Cor.9.* nemo suis stipẽdijs militat, neq; boui trituranti ex lege antiqua os obturandã, profecto mercator iure oĩ sui laboris mercedẽ exigere potest. Quicunq; igitur mercatores ita negotiationẽ tractãt, ut cupiditatẽ lucri excludãt, sed sequãtur charitatem, ut res etiã optime habeantur abunde, & uiliori pretio distrahãtur, hi certe improbandi non sunt. Nã & negotiatio *88.Dist.* hæc quandam habet consimilẽ pietatem erga suum *Decret.* proximum, qualem obtinet ea negotiatio, quæ pietatis uocatur, & clericis quoque permissa est, ut inde subueniatur uiduis & pupillis. Tum talis negotiatio non fit nummi causa, cuius cupiditas idolatria est: sed fit gratia iuuandorum hominũ ad communẽ Reipublicæ utilitatẽ. Deinde fit propter charitatem augendam, & per charitatem operantem: Charitas *1.Co.13* autem non quærit quæ sua sunt, sed quæ proximi, similiter non exacerbatur, non cogitat malũ, non gaudet in in iustitia, congaudet quidẽ ueritati, cũcta suffert, omnia credit, cuncta sperat, omnia sustinet. Charitas non agit perperã. Solũ igitur charitatis bonũ extinguit malitiã Mercaturæ: citra charitatẽ cõmertiũ negotiationis improbũ est, & homine Christiano indignum, & iter ad dãnationẽ Mãmona du- *Psa. 32* cẽte & præcinente, cum oĩ malorum spirituum ca- *Ps. 112.* teruа. † Porrò causa obtinenti debiti finis Mercatu- *Psa.116* ræ, primũ est obseruandũ mercatoribus ne mentiantur. Nã uerũ est illud Prophetæ, Semper laus eius in ore meo, & laudate pueri Dominum laudate, nomen Domini. Iterum, Laudate dominum omnes

 gentes,

gentes, laudate eũ omnes populi, quid multis? sacra scriptura ubique hoc inculcat ut dominũ deũ laude
Psal. 34 mus. quinimo Dauid testatur illud, & lingua mea meditabit iustitiã tuã, tota die laudẽ tuã. Cęterũ qui mentitur nõ laudat deũ suũ. quicũq; igitur mercator uult esse bonus Christianus, fugiat mẽdaciũ. Deus
Leui. 19 ueritas est, & uita nobis Christus: Quærit laudem scilicet ueritatem, non mendacium, non elenchos, nõ captiosa uerba. Lex dicit. Non mentietur, neque de-
Psal. 14. cipiet unusquisque proximum suum. Propheta clamat: Qui loquitur ueritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua: illud est prouerbiũ uetus. Qui loquitur quod nouit, iudex iustitiæ est: qui autẽ
Prou. 12 mentitur, testis est fraudulentus. Lex uero prohibet, falsum testimonium dicere. Terribile est illud dictũ
Sap. 1. Sapientiæ primo: Os quod mentitur occidit animã suam. Iam uero omnia opera benedicunt Domino, & filii hominũ debent Domino benedicere. At mentiri est maledicere, benedicere est ueritatem declamare. quamobrem ab omni mendacio procul abscedãt ipsi mercatores, quanquam parum lucrifaciãt inhærentes ueritati, tamen cogitent, quod modicũ iusto est melius sup diuitias multas. Quid prodest mũdum lucrifacere, & animæ pati detrimentũ? nam qui animã perdidit, oĩa perdidit. Vulgari disticho dicitur.

Omnia si perdas famam seruare memento,
Qua semel amissa postea nullus eris.

At longè præstãtior est ipsa anima, quã fama: quin etiam anima de bonis gaudebit, de malis, & mendaciis pœnas durissimas patietur. Omne enim mendacium est anathema apud Deum. Prouerbiorum nan
Prou. 6. que sexto dicitur, Sex sunt, quę odit Dominus, & septimum detestatur anima eius, oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxiũ sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes ueloces ac currendum in malum, proferentem mendacia, testem fallacem, & eum qui seminat inter fratres discordias. Non igitur numi, aut terreni, &

ca luci lucri causa mercator suum Dominum offen *pro. 19.*
dat nimirum non mentiatur, sed uerè omnia expo-
nat fratri proximo suo de conditione merciũ, sciat-
q́ue quod melior est pauper iustus, quã uir mendax.
Ferè fit, ut omnes proni ad mendacia simus, tamen
animus bonorum semper à mendacijs abhorret, ne-
que aliunde turpia odia multis conciliantur, quam
propter mendacia, unde Cicero scripsit. Primum im
probantur hi quæstus, qui in odia hominum incur-
runt, ut portitorum, ut fœneratorum, illiberales &
sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum
operæ, non quorum artes emuntur, est enim illis ip
sa merces auctoramentum seruitutis. Sordidi putan-
tur qui mercantur à mercatoribus, quod statim uen
dant: Nihil enim proficiunt, nisi admodum mentian
tur. Neque uerò quicquam est turpius uanitate, qua-
re mercatura si tenuis est, sordida est putanda: sic ma-
gna, & copiosa multa undique apportãs, multisq́ue
sine uanitate impartiens, non est admodum uitupe
randa. Atque etiam si satiata quæstu, uel contenta po
tius ut sæpe ex alto in portũ, ex ipso portu in agros
possessionesq́ue contulerit, uidetur iure optimo pos
se laudari. Hæc ille primo officiorum eleganter, qui-
dem tradidit, atque utinam Christiani Ethnicũ dog
ma imitarentur: Nã nec Solon quidem alia lege apud
Athenienses Mercaturam admisit. Hinc Moyses quo
que præcepit, Nolite, inquit, aliquid facere iniquum
in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Statera
iusta, & æqua sint, pondera, iustus modius, æquusq́;
sextarius. Proximum est, autem ut ipsi mercatores *Leui. 19*
6 merces quàm optimas habeant uenales, & has sine
adulteratione extrudant. Quemadmodum nanque
detestandũ est, si quis putridos pisces, aut similia edu
lia uenum exponat, ex quorũ comestione morbi, &
symptomata nascuntur: ita ea diuendere quæ bona
non sunt, & præterea fuco quodam commendare,
certe flagitiosum est. Plinius scribit, quod Canthari-
des obiectæ sunt Catoni Vticensi, ceu uenenum uen

didisset in auctione Regia, quoniam eas sestertiis sexaginta addixerat. Lege Aquilia, quæ erat de dolo malo, uenditor cogebatur omne uitium ædium, aut alterius rei uendendæ dicere: ac de iure quidem prædiorum sancitum est apud nos iure ciuili, inquit Cicero, ut in his uendendis uitia etiam dicerētur, quę nota essent uenditori. Nam cum ex duodecim tabulis satis esset ea præstari, quæ essent lingua nuncupata, quæ qui inficiatus esset, dupli pœnam subiret: A iureconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta, quicquid enim est in prædio uitii, id statuerunt, si uenditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. Cato nostri Catonis Vticensis pater eadem sententia pronunciauit contra T. Claudium centinanum, quorsum hæc? ut intelligas maioribus non placuisse astus, Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias. Leges quatenus manu teneri possunt: philosophi quatenus ratione & intelligentia. Ratio igitur hoc postulat, ne quid insidiose, ne quid simulatè, ne quid fallaciter: nam quanti uerba illa, uti ne propter te, fidemve tuā captus fraudatusve sum, quam illa aurea. ut, Inter bonos benè ager oportet, & sine fraudatione. Hæc Ethnici philosophi, gentiliumque legislatorum sancita, quur minus Christiani obseruamus, quibus omne fraudulentum, & omnē noxium debet esse alienissimum? Dolendum est, quod plurimi bibliopolæ malūt uendere hæreticorum scripta, quàm Catholicorum, quia ex illis plus lucri percipiunt, quàm ex his; utpote minus gratis populo: Rectæ tamen sancta Ecclesia illud perhibuit. Obseruandum est enim, ut optima quęque in mercatura proponantur, & uendantur. aut si mala uel uitiosa sunt, ut uitia dicantur, uel ubi meliora, aut si constat, ubi uiliori prætio coemi possint. Quamobrem tertium sequitur ut Mercator res sine iniuria proximi distrahat. Hodie malum illud inualuit, ut quisque sua laudet, nec modo res proximi, sed ipsum uicinum suum, aut collegam, aut socium

quoque improbet, detrahat, & conuitiis proscindat. Præstat autem illud meminisse. Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris: & omnia quæcunque uultis ut faciant uobis homines, ea facite ipsis. Nemo uult sua, quæ optima habet, improbari: nemo itaq; alterius res quoq; improbet, & cupiditate lucri, & rei uilissimæ suam animam perdat. Luceat ita lumen cuiusque, ne sibi mutuo officiat. In lege scriptum est, Qui furatus fuerit hominē, & uendiderit eū, conuictus noxæ morte moriatur. At quid est aliud hominis famam, & res denigrare, quam furari ipsum hominem, & illum uendere. Paulus uetat esse percussorem. Anacletus Pontifex statuit, ut percussor quoque dicatur is, qui sermone inutili conscientiam percutit infirmorum: Grauis est autem conscientiam solum percutere, sed famam auferre, & efficere ne alius queat pcipere mercedē sui laboris impēsi, acquisitione Merciū, in usum aliorū utiliter uēdentiū. Paulus ab oībus hāc innocentiā exigit, dū ait. Neminē læsimus, & ad Galatas scribit. Fratres obsecro uos, nihil me læsistis: quinimo cū Corinthiis expostulat. Fraudatis, & hoc fratribus, inquit, quare nō magis fraudē patimini. Præceptū legis & Christi est, ne fraudē feceris. imo ecclesiasticus dicit: Qui effundit sanguinē & qui fraudē facit mercenario, fratres sunt. Absit ergo oīs detractio, fraus, periuriū à uiro bono, a Mercatore Christiano. Vltimū est, quod non debent Mercatores loco & tēpore destinatis orationi & operibus spiritualibus sua intermiscere terrena, temporalia, carnalia, & quæ sine specie mali nō fieri possunt, ne domus orationis fiat spelunca latronū: Sabbathū sanctifices: habetur in lege, & Paulus præcipit, ut oīa fiāt honestè & ordinate. Quid est minus ordinatū, quā quo loco & tēpore Spiritualia sunt tractāda, ibi uelle de commerciis sæculi colloqui? Quę cōparatio uel cōuentio Christo ad Belial? & quæ cognatio Deo & Mammonæ. Paucis itaque Mercatores admonui charitatis, ut huius augmentum suis com-

Exo. 21.
1. Tim. 3
1. Cor. 7.
Gal. 4.
1. Cor. 6.
Mar. 10
Eccl. 34
Deu. 25.
1. Co. 14
2. Cor. 6.
Mat. 6.

merciis.quærant,& ad hanc omne suum lucrum referant. Imperator Vespasianus Titus dicere solet, Si quotidie non adiunxisset aliquem numero amicorū diem perdidimus. Habent merces & numos, quibus homines demulceri,& conciliari possunt. Vtantur igitur his ad conciliandam hominum beneuolentiā ad illustrandam Rempu. Christianam hoc si fecerint, & regnum Dei quæsiuerint, ac iustitiam eius: cetera adiicientur eis abundantissimè. Diebus autem festis loca sacra frequententur, & addiscant opera pietatis, eaque exerceant, ut pro mortalibus & temporalibus obtineant æterna atque cœlestia. Christo itaque non Mercurio sua faciāt sacra, & actiones impendant omnes,& sic thesaurizent.

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

Genes.	37.f.	Ezec.		7.d.
	41.g.			26.c
	47.c.		27.a.	28.a.
Exodi.	21.a.	Iоel.		3.a.b.
Leuit.	25.b.d.f.	Amos.		2.b.
Deut.	14.c.			8.b.
	28.g.	Ozeæ.		11.d.
Iudi.	2.a.	Nahum.		3.a.d.
Ruth.	4.c.	1.Macahab.		3.d.
4.Reg.	4.b.			5.d.
Neem.	5.b.			8.c.
	13.b.	Matth.		13.f.
Esther.	7.a.			21.a.
Psal.	43.a.			22.a.
	70.c.	Marci.		11.b.
Prouerb.	3.b.	Lucæ.		12.d.
	31.b.			19.b.e.g.
Eccle.	10.b.	Ioan.		2.c.
Esaiæ.	24.a.	Act.		4.
	50.a.	Iacobi.		4.d.
				2.Petri.

2.Petri. 2.a. 18.a.g
Apocalyp. 13.d.

SEXTA ADMONITIO AD *Agricolas uel paganos.*

SVMMAE.

1 *Laus Agricolarum diuina, & naturalis, & à summis uiris affectata.*
2 *Agricolæ diligenter exercebunt terram, ut in laboribus ex ea cunctis uitę suæ diebus comedant.*
3 *Bonus Agricola Deum ante omnia debet uenerari, & huic munera offerre.*
4 *Agricolæ non debent esse imperiti legendi, scribendi.*
5 *Agricolę debent esse attenti ad uarietatem naturæ, & huius mutationes.*
6 *Agricolæ colere debent festa ab Ecclesia indicta, & dies Dominicos.*
7 *Agricolæ quid festis potissimum diebus agant, & quo modo hos debent partiri.*
8 *præcepta ab* Ethnicis *elegantia tradita Agricolis referuntur.*
9 *Agricolæ diuini cultus studiosi plurimum sibi suisque pro derunt.*
10 *Agricolæ fideliter Catholicę Ecclesię adhęreant, & ecclesiasticos honorabunt.*
11 *Quia multiplex scientia ueræ rusticationis, ideo Agricolę debent habere ingenium, memoriam, & quæ huc faciũt.*
12 *Agricola debet esse ualidus: ualida habeat instrumenta: Terram colat fæcundam, ac primo de robore agricolarum.*
13 *De instrumentis Rusticis, & familię obedientia, ac ordine.*
14 *De fæcunditate Terrę, & huius cultu, ac amore.*
15 *Agricola debet habere promptam uoluntatem laborandi.*
16 *Agricolæ debent diligere suos uicinos tanquam fratres.*
17 *Agricolæ debent esse Hospitales.*
18 *Agricolę ad Reip. defensionē semper debēt esse paratissimi.*

1 VIta beata in terris Agricolatum est, qui Deum amant. Horum Princeps Christus se profitetur Agricolam habere patrem. Ego sum, inquit, uitis uera, & pater meus est Agricola. Hoc ergo genus uitæ nulli nobilitati cedit. Sicut enim omnis à Ioue principium Musæ: ita ab Agricolis omnis nobilitas. Adã enim primus homo fuit Agricola in terra ad exercendum eam. Ab illo omnis posteritas descendit, in qua nobilitas quantum de sua dignitate gloriatur, tã to ipsos Agricolas reddit commendatiores. Nec diuitiis, nec auro Arabiæ, nec thesauris Crœsi cedit: nimirum tranquillam cum rerum copia uitam præstat, & saluberrimam ipsis mortalibus Agriculturã exercentibus, & aliis exemplo magnorum uirorum subministrat alimenta, tegendisq; corporibus necessariam materiam. Quod paucis uerbis disertè & plenè Cicero expressit. Omnium, inquit rerũ ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius: De qua quoniam in Catone Maiore satis multa diximus, illinc assumes, quę ad hũc locum pertinent in Catone nanque multis modis Agriculturam commẽdat. Inter alia hæc scribit: Venio nunc ad uoluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector: quæ nec ulla impediuntur senectute, & mihi ad sapientis uitam proximè uidentur accedere, habent, enim rationem cum terra, quæ nunquam recusat imperium: nec unquam sine usura reddit quod accepit, sed alias minore, plerũque maiore fœnore. Ergo in hac M. Curius quũ de Samnitibus triumphasset, & de Pyrrho, consumpsit extremum tempus ætatis. A uilla quoq; in senatum accersebantur Curius, & cæteri senes. Ex quo, qui eos accersebant, Viatores nominati sunt. Num igitur senectus miserabilis fuit eis, qui se agricolatione oblectabant? Mea quidem sententia haud scio, an ulla beatior esse possit: neque solum officio, quod hominum generi uniuerso cultura agrorũ est salutaris, sed oblectatione etiam, quam dixi, & satu-

Io. 15. a.

ritate,

titate, copiaque omnium rerum, quę ad uictum hominum, & cultum etiam Deorum pertinent. Agro benè culto nihil potest esse nec usu uberius, nec specie ornatius, ad quem fruendum non modo retardat, uerum etiam inuitat atque allectat senectus. Vbi enim potest illa ætas æquè coalescere? uel apricatione melius, uel igni? uel uicissim umbris, aquisue salubribus refrigerari? copię cornu adest. Semper enim boni assiduique Domini referta cella uinaria, olearia, & penuaria est: uillaque tota locuples est, abundat porco hædo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Iam hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant. Tum conditiora facit hæc & superuacanei operis labor, aucupium atque uenatio: sed quis finis esset dicēdi, si quæ Hesiodus effusè differit, in laudem agricolarum huc in medium afferrem? Iustorum enim hominum fœlicitatē describens, sic canit libro de operibus & die.

His fert tellus uictum plenum in montibus ornos,
Vertex his glandes, medium quoque apes remeantes.

Amplissimis laudibus Romani commendabant, si quem agricolam bonum, bonūq; colonū uocarent. Vergilius, ut Homeri testimonia, Xenophontis in economicis, aliorumq; omittam euitandæ prolixitatis causa, loco omniū esse potest, qui pulchra digressione fœlicissimos agricolas decantat, ubi sic iusit, Georgi. Secundo.

O fortunatos nimium, sua si bona norint
Agricolas, quibus ipsa procul discordibus armis,
Fundit humo facilem uictum iustissima tellus.

Nec post Catonem, Varronem, plurimosque alios agriculturam sua laude Horatius defraudare uoluit, dum in huius laudem lirico sic carmine modulatus est.

Beatus ille qui procul negotiis,
Vt prisca gens mortalium,
Paterna rura bobus exerce suis,
Solutus omni fœnore.

Ouidius in hanc materiam expatiatur libro primo de

de Remedio amoris.

Plura quoque oblectant animos studiumque colendi:
Qualibet huic curæ, cedere cura potest.

Plinius unicè agriculturam laudet perfectè, huiusque oraculo prodit, libri decimi octaui capite quarto quinto & sexto, Iam Columella & Palladius extant, qui & præcepta tradiderũt.& laudauerunt mirificè, ne tamen suo uitæ genere ipsi Agricolę superbiant, uel negligentia desint, aut degenerent à laude priscorum Agricolarum: ideo proposui paucis hos admonere, ut sciant quę sint officio suo cõuenientia: quemadmodum sacra scriptura hoc exigit, ad quod facilius conficiendum, quæ potissimum in Agricolis requiruntur, ea annotabo: Primum est autem, ut terrã elaborandam esse sibi norint, & in hac terra uictum honestè quærendum. Deus enim præcepit Adamo, ut in laboribus comedat ex ea cunctis diebus uitæ suæ: spinas & tribulos germinabit illi, & comedat herbas terræ In sudore uultus sui uescatur pane suo, donec reuertatur in terram, de qua sumptus est: quia pulus est, & in puluerem reuertetur. Hæc lex à Deo optimo parente omnium est posita nobis, & omnibus Agricolis in exemplum. Hinc antiquitas finxit, quod terra mater Gigãtes protulit, & qui terrena curarent. Fabula de Deucalione & Pyrrha iacientibus lapides in terram, unde soboles succreuit ex terra, quid quæso aliud significat, quam Deucalionem & huius posteritatem duro & improbo labore alimenta sibi peperisse est cultura terræ, & quod filij imitarentur facta patris Deucalionis, filiæ facta, utpote fœminea & leuiora, que præibat Pyrrha. Hanc fuisse ueram uitam Vergilius testatur.

Hanc olim uitam ueteres coluere Sabini,
Hanc Remus & frater. sic fortis Hetruria creuit.
Scilicet & facta est rerum pulcherrima Roma.
Septem quæ una sibi muro circundedit arces.
Antè etiam sceptrum Dictæi Regis, & antè,
Impia quam cæsis gens est epulata iuuencis,

Aurea

Aureus hanc uitam in terris saturnus agebat.

Ouidius uerò sub Ioue canit studium Agriculturæ cæpisse primo Metamorphoseos.

Semina tum primum longis Cerealia sulcis,
Obruta sunt, pressique iugo genuere iuuenci.
Ingeneratum esse animis hoc studium mortalium.

Ingeneratum esse animis hoc studium mortalium Manilius quinto astronomicon declarat, ubi canit.

Aruorum ingenerat studium, rurisque colendi,
Seminaque in fœnus sulcatis reddere terris
Vsuramque sequi maiori sorte receptis,
Frugibus innumeris, atque horrea quærere messi.

Naturalissimum est enim studium, & Deo acceptum Agricultura, necessarium ad uitam hominum uiuentium. Itaque nō institutione, sed cælesti influxu, & ordinatione, Agricolæ nascuntur. Non tamē institutionē remoueo, ut quæ uitiō hominū defectus exortos corrigat. Itaq; Columella dicit, tria requiri in Agricola, ut uelit, ut possit, ut sciat. Scientiam autē efficit partim naturale à Deo insitum ingeniū quēadmodū primi mortales omnia sciuerunt sine doctore partim ipsa institutio & exercitatio. Coniuncta autem Agriculturæ scientia cum Theologia fuit apud primos mortales: utpote qui scirent ea, quæ ad Deum, quæ ad motus cœli, quę ad culturā terræ. Sic Abel pastor ouiū, sic Cain Agricola ambo ut Sacerdotes obtulerūt Deo munera. Hesiodus sacerdos I hæbi Ascræus & Agricola fuit. Simul erāt nautæ, piscatores, uenatores, aucupes, hortulani, & medici. In his enim qui excellit, bonus est Agricola: qualē multi scriptis libris
3 docuerūt.† Profecto futurus Agricola bonus in primis Deum uenerari debet & huic munera offerre, placare, & colere. Nam Deus est, quidat incrementū. Primitias, decimas, & quæcunq; grata diuino cultui munera censet, liberaliter tribuat, ut Deus largiatur tur sus ueram scientiam colendi agri, pascendi, conseruādi se suosque, ut laboribus aspiret, fœcunditatem præbeat, & fructus amplos effundat, omnibusq; salubritatem

Eccle.7. tatem addat. Vnde Ecclesiasticus pcipit. Non oderis, inquit, opera laboriosa, neq; rusticationẽ creatam ab altissimo. Et paulò post. Honora Deũ ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes, & propurga te cum bra-
Leuit.2. chiis da illis partẽ (sicut mandatum est tibi) primitia rũ, & purgationis: & de neglıgentia tua purga te cũ paucis. Datũ brachiorum tuorum, & sacrificiũ sanctificationis offeres Dño, & initia sanctorum, & pauperi porrige manum tuã, ut perficiatur propitiatio,
Deut.32 & benedictio tua. Moyses lõgè clarius rem ipsam exponit in cantico suo. Interroga patrem tuum, & ipse annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. Qñ diuidebãt altissimus gentes, qñ separabat filios Adã. Constituit terminos, terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel, Angelorum Dei. Pars aũt Dñi populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Inuenit eum in terra deserta in loco horroris & uastæ solitudinis: Circũduxit eum & docuit & custodiuit quasi pupillam oculi sui. Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos, & super eos uolitans, expandit alas suas & assumpsit eum, & portauit in humeris suis. Dñs solus dux eius fuit & non erat cum eo Deus alienus. Constituit eum sup excelsam terrã ut comederet fructus agrorum, ut sugeret mel de petra, oleumq; de saxo durissimo, butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan: & hircos cum medulla tritici, & sangui-
Luc.1. nem uuæ biberent meracissimum. Ita Deus dedit primo illis scientiam rei rusticæ, nam à Deo est oĩs sapientia D. Iacobus ait. Si quis autem uestrũ indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat oĩbus affluenter, & non improperat, & dabitur ei, postulet aũt in fide nihil hæsitans. Quare hodiè adhuc si Agricolæ dubitent de satione, de pluuiis, de messe, postulent: postulent à Deo & reuelabit illis. Multi ad Astronomiam recurrunt. At primum est ad Deum confugere, is tribuet cætera cognitu necessaria, postea uerò sunt parentes & amici: hi quoq; adiuuabunt. Neq; omit-

ten-

4 tēdum est subsidium, quod ex libris petitur. Qua de causa Agricolæ boni futuri, in teneris annis haud abs re instituentur in legendo, scribendo, & numerādo, ut rectā rationes suarum rerum ineant, & per literas cum absentibus agere possint. Porrò non debet
5 esse Physicæ Philosophiæ imperitus Agricola, ut terrarum, fructuum, aīalium, aeris, aquæ, locorū, uariarumq; plantarum naturas, & uarietates cognitas habeat. Ex quo quidem haud pauca emolumenta percipiet: contrà si ignoret, uarias calamitates, & difficultates experietur. Vnde sic canit Vergilius in Georg.

At prius ignotum ferro quam scindimus æquor,
Ventos, & uarium cæli prædiscere morem
Cura sit ac patrios cultusque, habitusque locorum:
Et quid quæque ferat regio, quid quæque recuset.
Hic segetes, illic ueniunt fælicius uuæ

Adde huc, quod Astronomiæ non sit rudis: nō enim temerè Virgilius canit.

Præterea tam sine Arcturi sidera nobis
Hædorumque dies seruandi, & lucidus Anguis.
Quam quibus in patriam uentosa per æquora uectis
Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi.
Libra diei somnique pares ubi fecerit horas,
Et medium luci atque umbris iam diuidit orbem.
Exercete uiri tauros: serite hordea campis.

Paulò post.

Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus, & aduerso sedens canis occidit astro.

Rursus.

Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur,
Gnosiaque ardentis decedat stella coronę,
Debita quam sulcis committas semina.

Iterum.

Per duodena regit mundum Sol aureus astra,
Quinque tenent cælum zonæ.

Vult hoc studiū cōmendatius efficere tandē, quū ait.

Hinc tempestates dubio prędiscere cælo
Possumus: hinc messisque diem, tempusque serendi.

Ro-

6 †Romani uerò Agricolæ obseruantissimi fuerunt suorum fastorũ. profecto Christianus Agricola multo magis indicta, statutaq; ab Ecclesia festa uenerabitur, sic ille,

Quinetiam festis quædam exercere diebus
Fas, & iura sinunt ---

Vnde liquet, sicut & Macrobius in Saturn. docet, quod religio uetabat diebus festis opus aliquod culturæ facere. Columella quoq; dicit, quod Agricolæ Itali omni septimana unum diem festum habebant, quo ab operibus feriabantur ordinatim unde in mẽse sæpe tres, sæpe quatuor ferias habebant. Sic in anno erant eis dies pluuiales, & feriarum quinque & quadraginta, his nefas erat arare. Peracta semente quibus requiescebant erant dies triginta. Agonalia alias Agnalia quæ agni oblatione fiebant sacra, & ante hæc Ianualia, postea Sementina, Cerealia, Lupercalia, Charistia, Terminalia, Equiria, Bacchanalia. patilia, Vinalia, Rubiginalia, Floralia, Lemuria, Lustria, Carna, Opalia, Sigillaria, Laratia, Laurentalia, & huius generis plurima festa Agricolarum fuisse uel sola nomina indicant. Dominus quoque die festo honoris causa eum uillicum, quem assiduum & fortem in operibus administrandis cognouerat, mẽsæ suæ dignabatur adhibere. Hæc eadem Græcorum & Pœnorum consuetudo apud Agricolas fuit Christianus itaq; Agricola festa à sancta Ecclesia per annum ordinata ad laudem ueri Dei, & Domini Iesu, ac ad salutem animarum sedulò obseruabit, negligẽtes aut contemptores reprimet, ne pereat ipsis amor Dei, scientia & disciplina Agriculturæ, quæ est nutrix omnium: quæ quidem disciplina festis diebus discitur, & animo imprimitur: aliis autem exercetur.

7 †Vnde partiri possunt partes feriæ, ut mane omnia sacra fiant, & oblationes, quę habent gratiarum actiones, ac Deus adoretur: Breuiter addiscantur, & fiant quæcunq; pertinent ad cultum Dei: Meridiano autem tempore, quæ ad ipsius Agricolæ, familiæ-

que rationem ſpectant:ut erudiantur tum in eis, quæ ad Deũ, quę ad proximũ, & ad ſe ptinēt: tũ ĩ eis quæ ſunt neceſſaria cognitu ruſticationi. Veſpertinis autem horis ſi quæ cum uicinis, externiſq;, agenda, ut ea procurentur. Ager, pecora, cellæ & tres omnes luſtrentur, agendo gratias pro benè habentibus, defectus explendo, & Deum ut aſpiret orando. ſic feriales dies magno cum lucro, & honore traducuntur, procul ineptiis, comeſſationibus, potationibus, luxu, & inimicitiis.

8 †Non pigebit pauca his adiungere ex Columella, ut priſcis gẽtiliumq; moribus bonis, noſtri Agricolæ erudiantur. Villicus ſacrificia niſi ex præcepto, ait Domini, ne fecerit. Aruſpices, Sagas, hæreticos ſcilicet, & ſchiſmaticos, quæ utraq; genera uana doctrina, innouationibusq; rudes animos ad impẽſas, ac deinceps ad flagitia compellunt, ne admiſerit. Neque urbem, neq; ulla mundinas nouerit, niſi emendæ, uendendæve pertinentis ad ſe rei cauſa. Villicus enim ambulator eſſe nõ debet, nec egredi terminos, niſi ut addiſcat aliquam culturam, & ſi ita in uicino eſt, ut citò remeare poſſit: ſemitas, nouoſque limites in agro fieri non patiatur. Non hoſpitem, niſi amicum, familiaremq; Domini neceſſarium receperit. Certè hominem niſi ab Eccleſiaſtico, & bono catholico paſtore approbatum, uel paſtoris conſenſu admiſſum, ne hoſpitio dignabitur. Circulatores, nugiuenduli circuientes ædes ſimplicium, blandis nerbis plurimos à uera uia ſeducunt, & multos euerterunt, cauſę, & auctores multorum malornm, & hæreſeôn. Sed & illa meminerit, quum è ciuitate remeauerit, Deos penates adorare. Dein ſi tempeſtiuum fuerit, confeſtim, ſin minus poſtero die fines oculis perluſtrare, omnes partes agri reuiſere, atq; æſtimare, nunquid abſentia ſua de diſciplina, & cuſtodia ſit remiſſum: Num aliqua uitis, arbor, num fruges perierint, abſint: tum etiam pecus & familiam recenſeat, fundiq; omne inſtrumentum, & ſupellectilem: ut ſic fiet

benè

benè morata disciplina. Adde huc quod Romulus instituit Aruorum sacerdotes, seq; duodecimum fratrem appellauit, & coronam spiceam, quē Acca Laurentia nutrix colligatam uitta alba ei donarat. Numa instituit Deos farre colere, & salsa mola supplicare, atq; far terere, hinc fornicalia farris horreudi ferias, & religiosas terminis agrorum. tunc nouerant Seiam deam à serendo, Segestam à segetibus, Tertiā sub tecto nominare religio est, ac ne degustabant nouas fruges, aut uina, antequam sacerdotes libassent primitias: Hyperborei frugū primitias Delon usq;.
9 †Apollini per uirgines mittebant. Quare si Christianus Agricola omnes ferias à sancta catholica Ecclesia institutas ueneratus fuerit, & semper Deum amauerit, ac adorauerit, qui omnium bonorum largitor est, plurimū sibi, suisq; amicis & omnibus negotiis profuerit, quinimò præceptis Dei fuerit obediēs: loquutus est enim Dominus ad Moysen, dicens. Loquere filiis Israel, & dices ad eos. Cum ingressi fueritis terram, quàm ego dabo uobis, & messueritis segetem: feretis manipulos spicarum primitias messis uestræ ad sacerdotem, qui eleuabit fasciculum coram Domino, ut acceptabilis sit pro uobis altero die sabbathi, & sanctificabit illum, atq; eodem die quo manipulus cōsecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocaustum Domini, & libamenta offerentur cum eo duæ similæ decimæ conspersæ oleo in incensum Domini, odoremque suauissimum. Liba quoque uini quarta Hin. Panem & polentam & pultem, non comedetis ex segete usque ad diem, qua offeratis ex ea Deo uestro. Pręceptum est sempiternum in generationibus cunctisq; habitaculis uestris. Hęc & quæ potissimum fuere festa, & Sabbathum sanctificandum Agricolarum causa ordinata, per munera ab Agricolis oblata honoranda esse satis apertè sacra scriptura declarat. Hi etiam Sacerdotibus & Leuitis alendis lege Dei sunt astricti. Sed nimis operosum est hæc omnia attingere, †Verum meminerint
10 Agrico

Leui. 23

agricolæ, ne latum quidem unguem discedant à fide Catholicæ Ecclesiæ, à sacerdotum ueneratione, à feriis diuinis honoribus destinatis. Sic sanctificabũt Sabbathum, neq; nimis multi dies festi esse possunt, quũ multa quiete, multis intermissionibus à seruili opere, multa deniq; rerũ agendarum consideratione opus sit. Quantum etiam diuinis honoribus impendunt, tantundẽ & longè amplius in fructibus Deus tribuit. Manet celebre, & antiquis usitatum, usque cõprobatum adagium: nimirũ hoc: Audire rem diuinam nihil immuuit substantiam: uel, Missa audita nõ adimit rerũ prouentũ, nec eleemosyna pauperiẽ dat. Itaq; sacerdotes, ut diuini cultus, & rusticæ sciẽtiæ conseruatores, festorum celebratores, precones uerbi diuini, oratores apud Deum, ut suo tempore pluuias, serenitatem, rerumq́; omnium copiam largiatur, in summo honore habeant: festa annunciata uenerentur summa deuotione: quò enim ardentius Deum amauerint: tanto maiorem & fœliciorem rei rusticæ scientiam, atq; prosperitatem dabit. Hic locũ habet illud Iuuenalis.

Vt tamen & poscas aliquid uoueasque sacellis,
Exta & candiduli diuina tomacula porci.
Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.
Fortem posce animum, & mortis terrore carentem.
Qui spatium uitæ extremum inter munera ponat
Naturæ qui ferre queat quoscunque labores
Nesciat irasci, cupiat nihil, & potiores
Herculis ærumnas credat, sæuosque labores
Et Venere, & plumis & cænis Sardanapalis.

Et, quod eiusdem generis est apud Persium.

Quin damus id superis, de magna quod dare lance
Non possit magni Messale lippa propago,
Compositum ius, fasq; animi sanctosq; recessus
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto
Hoc cedo, ut admoneam templis & farre litabo.

Cogitent Deum ubique esse præsentem, campos habere oculos, & syluis adesse aures. Iam terram à

Romanis matrem Deorum magnam Bonam deam fuisse uocatam, dignam quæ laboribus honestetur: & quę benè colenti multiplex gaudium reddit. Atq; adeò multiplex est scientia ueræ rusticationis.

11 †Opus est igitur ingenio & memoria, utriusq; conseruandi causa. Pythagoras frugalitatem commendauit, ut & Cato, ac Varro. D. Petrus clamat, Fratres, sobrij estote, & uigilate. Crapula, ebrietate, nimiaq; luxuria ingeniũ obtuitur. Meminerint itaq; huius uersus Vergiliani.

Vina sitim sedent, natis Venus alma creandis
Seruiat, hos fines transiluisse nocet.

12 †Porrò ut possit rusticationem Villicus exercere, & sicut debet, laborare: hæc tria requiruntur: Primò ut ipse ualeat, integrasq; habeat uires: tum ut oĩa habeat instrumenta bona, & honestam familiã: deniq; ut assit terra propitia: Iã uerò bonæ ualetudinis causa non medicam uitam Agricola uiuet, sed temperatam ab omni excessu, eamq; continuum exercitium confirmabit. Exercitatio nanq;, ut auctor est Fulgentius, est humanæ uitæ conseruatio, calori, naturalis lima, excitatio dormientis naturæ, uirtutum corroboratio, superfluitatum consumptio, ocio inimica, temporis lucrum, iuuentutis debitum, senectutis gaudium Ille ergo solus exercitio abstineat, qui sanitatis beneficio uult carere. Adde huc illud Catonis.

Exerce studium, quamuis perceperis artem,
Vt cura ingenium, sic & manus adiuuat usum.

Pro. 12. Itaq; uerè in prouerbiis Salomonis legitur. Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autẽ
Eccle. 9. sectatur otium, stultissimus est. Et Ecclesiastes ĩquit, Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec sciẽtia erunt apud inferos, quò tu properas. Aristoteles 5. Metaphys. Exercitium causam uocat sanitatis. Et libro primo Rhetorices ait, quod exercitium ut in pluribus conseruat sanitatẽ, ita corpora ualida reddit.

dit. Bernardus ad fratres sic scribit, Rusticus duros habet neruos, lacertos fortes, exercitatio hoc facit si ne qua corpus mollescit. Voluntas facit usum, usus exercitium, exercitium uires subministrat. Hinc illa apud Plinium oracula Agricolis data. Nequam esse agricolam, quisquis emeret, quod præstare ei fundus posset. Malũ patremfamiliàs, quisquis interdiu faceret, quod noctu posset, nisi in tempestate cœli: peiorẽ qui profestis diebus ageret, qđ feriatis deberet: pessimum qui sereno die sub tecto potius operaretur, quã in agro. Nequeo mihi temperare, quo minus unum exemplum antiquitatis afferam, ex quo intelligi possit, apud populum etiam de culturis agendi morem fuisse, qualiter id defendere soliti sint illi uiri. C. Furius Cresinus è seruitute libera cum paruo admodũ agello largiores multò fructus pciperet, quàm ex amplissimis uicinitas, in inuidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret ueneficiis. Quamobrem à Sp. Albino Curuli die dicta metuens damnationẽ, cũ in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticũ oẽ in forum attulit, & adduxit filiam ualidam, atque (ut ait piso) benè curatam, ac uestita, ferramenta egregiè facta, graues ligones, uomeres ponderosos, boues saturos: postea dixit. Veneficia mea quirites hęc sunt: nec possum uobis ostẽdere, aut in forum adducere lucubrationes, uigiliasq;, & sudores. Oĩum sententiis absolutus. Itaq; est profectò, opera non impẽsa cultura constat. Et ideo fertilissimum in agro oculum Dñi, ac pedem esse dixerunt. Oculus enim Dñi impinguat equum: pes Dñi impinguat agrũ. Exercitium confirmat ualetudinem, & oĩa amplificat: Sic fit ut fortissimi uiri, & milites strenuissimi ex Agricolis gignantur, minimeq; malè cogitantes. In re rustica, ait Cato, operæ ne parcas, in agro emendo minimã.
13 †Proximum est, ut sint instrumenta optima, & familia obtemperans, ne quod unus infundat, alter effundat, & quod unus congerit, alter dissipet, qđ unus ædificat, alter destruat. Cõcordia res paruæ cre

 scunt,

ſcunt, ſine inſtrumẽtis res malè agitur, uel nihil omnino. Heſiodus itaque canit uerè.

Vxor quærenda eſt primum, boues, & arantes,

Nihil prodeſt æque habitis inſtrumentis quam eutaxia, & ordo, ut quæq; ſuo loco, ac tempore ſint in

Rom. 13. promptu, ut docet Xenophon & Columella Ordinata nanque Deo placent, & quæcunque ſunt ordinata à Deo Eſaias ait. Paſcentur agni iuxta ordinem, &

Eſaiæ. 5 alio loco idem, Ponet, inquit, triticum per ordinem.

Eſai. 28 Quanto ergo magis ſupellectilia, inſtrumenta ruſtica, & oẽs qui ſunt in familia ordinatione quadã diſtinguantur? Ordo ut oĩa commendat, ita per ſe ſemper laudabilis exiſtit. Obſeruandus eſt in cibo, potu,

14 & oĩbus actionibus, ac diſpenſatione. † Vltimũ eſt, ut terra ſit propitia, hoc eſt, ut Agricola habeat prædium: de quo oraculum: Prædium ne cupidè emas. Quod malè emptum eſt, ſemper pœnitet. In bona regione eſt bene nitere, agrum paraturus ante oĩa intueri oportet aquarum uim, & uicinũ, & aerem, ne cum orco res ſit. Malus eſt ager cum quo Dñs luctatur. Nihil damnoſius deſerto agro. Solum itaque ſua uirtute ualeat. Cato rogatus quis eſſet certiſſimus quæſtus agri? dixit? Si benè paſcat: quis proximus? ſi mediocriter paſcat. Is fructus probatur, qui minimo impendio conſtat. Fundus in adoleſcentia conſerendus: ædificandum non niſi in conſito agro, & uillarũ tutela ne ſit oneri, qui benè habitat, ſæpius agrũ frequenter, frons Domini prodeſt, quàm occipitiũ. Modus probatur ubiq;, neq; fundus uillam quærat, neq; uilla fundum. Sed non docemus præcepta Agriculturæ. Illud admonemus, ut Agricola ſit uẽdax fructuum agri, non prædij, non uineæ, maximè ſi bona

3. Re. 21. ſunt hæreditaria. Locutus eſt Achab ad Naboth Da mihi uineam tuam, ut faciam mihi horum olerum, quia uicina eſt, & prope domum meam, daboq; tibi pro ea uineam meliorem: aut ſi commodius tibi putas, argenti pretium quantum digna eſt. Cui reſpondit Naboth, propitius ſit mihi Dominus, ne dem

hære-

hæreditatem patrum meorum tibi,& paulò post du-
rius petenti respondit. Non dabo tibi uineam meã.
Hoc exemplo agricolæ admonentur, ne patrium so-
lum deserant, ne hæreditaria bona alienẽt adeò quo
que ut ne hac in re cedendum sit regibus utpote ini
qua petentibus sicut D Ambrosius pulchrè exponit
15 in Homilia de Nabethe Iezrahelita.†Neq; uerò satis
est,ut posset agricola laborare: sed desiderat ante om
nia prompta uoluntas, ut autẽ uelit meminerit Pau
lini dicti,quod tale est. Laborãtem agricolam opor-
tet primum de fructibus accipere : intellige quæ di- 1.Tim.2
co:dabit enim tibi Dominus ĩ omnibus intellectũ.
Rursus illud huc facit. Denunciamus autem uobis
fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, ut
subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordina
tè,& non secundum traditionem,quam acceperunt
à nobis.Ipsi enim scitis,quẽadmodum oporteat imi
tari nos quoniam non inquieti fuimus inter uos.
Neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed
in labore & fatigatione, nocte, ac die operantes , ne
quem uestrum grauaremus . non quasi non habue-
rimus potestatem,sed ut nosmetipsos formam dare-
mus uobis ad imitandum nos . Nam & cum esse-
mus apud uos, hoc denũciabamus uobis.Quoniã si
quis non uult operari, nec manducet : quanquam
id ad fratres suos diuus Paulus perscripsit : tamen
potissimum ad agricolas pertinet , quibus dictum
est. Labores manuum tuarum manducabis , beatus
es. Et Zacharias propheta:sed dicet,inquit,non sum zach.13
propheta,homo agricola ego sum : quoniam Adam Psa.127
exemplum meum ab adolescentia mea : sedulò ue-
lit esse cultor. quia teste diuo Iacobo ecce Agrico- Iacob.5.
la expectat prætiosum fructum terræ , patienter
ferens donec accipiat temporaneum , & seroti-
num . Præstereà cogitabit Agricola , quanti pre-
tij apud Deum sint Agricolæ, tametsi apud no- 1.Cor.1
biles sæculi, & Mercatores sint contemptibiles.
ideò Pauli dictum elegans huc detorqueri potest.

Videte enim uocationem uestram fratres. quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potẽtes non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes : & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret. ut non glorietur omnis caro in conspectu eius. etenim maximi amici Dei fuere Agricolæ. nec mirum hoc. Christus quidem suũ patrem dixit esse Agricolam. Adam accepta promissione extitit Agricola: tum Cain antequam fratrem suũ ouium pastorem occidisset. Seth uerò : atque huius posteri omnes etiam Agricolæ fuere, ut patet ex eo

Gen. 5. loco Geneseos, ubi habetur de Noe, quod iste consolabitur

Gen. 9. nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus. Porrò Noe uir Agricola, egressus ex arca cœpit exercere terram, & plãtauit uineam, bibensq; uinum inebriatus est, & nudatus iacuit in tabernaculo suo. Sem uerò bene dictus etiam Agricola fuit, ut & Iaphet: nimirum qui in tabernaculis illius habitaret. Tabernacula.n. Agricolarum erant. Nam Noe Agricola nudus ia-

Gen. 16. cuit in tabernaculo, & de Ismaele Agricola dicitur. Hic erit ferus homo, & manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum, & e regione uniuersorum fratrum suorum figet tabernacula, Et dicitur

Canti. 1 in Cantico de filia Israel: pasce hœdos tuos iuxta ta

Hier. 49 bernacula pastorum. Hieremias etiam dicit. Tabernacula eorum, & greges eorum capient. posteà milites sibi fecerunt tabernacula, & pastores peregrinan-

Gen. 11. tes. Quinetiam posteritas Sem & Iaphet Agriculturam exercuere, præsertim boni. Thare enim de terra Hur Chaldęorum (ubi uillicus fuisse uidet teste uocabulo Hur, quod agrum conductitium notat) cum suis iuit in terram Haran. fuit hæc terra Haran uicina habitationibus malorum, uenatorum, & simi-

Gen. 12. lium, ac quasi in finibus posita. Hinc quoque Abraham filius Thare fugit confluentium malorum cõ-

mertia

inertia cum Loth, & Sarai Vxore, cum liberis,& oī
substantia usque in terram Chanaan, quæ est pertin
gens ad mare usque inde in Aegyptum, ubi ei fuerūt
oues, boues,& asini,& serui,& familiæ, & asinæ, &
cameli. Facta est rixa quoque inter pastores gregum
Abram & Loth. Vnde terram diuiserunt. Abram libe *Gen. 13.*
randi Loth causa, numerauit expeditos uernaculos *Gen. 14.*
suos trecentos decem & octo, & persequutus est eos
usque Dan, & diuisis sociis super eos irruit nocte,
percussitq; eos, & persequutus est usque Hoba, Isaac
etiam Agricola fuit, & filiam Agricolæ duxit. Iacob *Gen. 41.*
& Esau etiam Agricolæ fuere, ut & horum filii. Do- *Exod. 3.*
nec Ioseph uenditus, tandem Aegypto præficitur.
Moyses pauit oues Iethro soceri sui sacerdotis Ma-
dian, cumque duxisset gregem ad interiora deserti,
uenit ad montem Dei Oreb. apparuitque ei Domi-
nus in flamma ignis. Sic pastori Moysi uillico Deus
apparuit,& hunc elegit ad defensionem suorum ho
minum Israel Agricolarum. Hi per deserta & Agri-
culturæ dediti petiuerunt à Deo duces dante terram
promissionis lacte & melle fluentem. Gedeon haud *Iudic. 6.*
dubiè Agricola fuit. nam cum excuteret & purgaret
frumenta in torculari, ut fugeret Madian, apparuit ei
Angelus Domini, & ait. Dominus tecum uirorum
fortissime. Paulò post respexit ad eum Dominus &
ait. Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel
de manu Madian. Scito quomodo miserim te Booz *Ruth. 2.*
Agricola fuit, in cuius agro Ruth spicas collegit, & *& 3.*
multas hordei mensuras ad Socrum deferendas acce
pit. Populus quoque Israel adhuc agros colebat uni- *1. Reg. 8*
uersus, donec regem peteret, & Samuel iussu Dei ei
diceret, quod Rex agros, uineas, olиueta optima tol-
let,& dabit seruis suis. sed & segetes uestras, & uinea
rum reditus addecimabit, ut det Eunuchis & famu- *1. Reg. 9*
lis suis. Saul itaque filius Cis agricolæ quærens asi-
nas patris factus est Rex. Deinde Dauid pascēs oues
patris Isai Bethlehemitæ agricolæ inunctus est in
Regem,& Deo semper placuit. Elias reperit Elisæū

filium Saphat arantem in duodecim iugis boum, & ipse in duodecim iugis boum unus erat; hunc fecit suum ministrum, & prophetam Deo ita uolente. Na
3. Re. 19 both quoque Agricola uir iustus fuit. Iob quoq; uir
3. Re. 21 simplex, rectus, & timens Dominum pastor atq; agri
Iob. 1. cola fuit. Natiuitas uerò Christi ipsis pastoribus ab
& 42. Angelis omnium primo annunciata fuit. & pastores statim uisitant eum, Christus autem piscatores, qui ad rem rusticam etiam spectant, Simonem & Andream fratres, Iacobum, & Ioannem filios zebedæi etiam fratres ad apostolatus officia uocauit. Si Pontificum schædas excutiamus, occurrent haud pauci agricolarum filii, ut Syluii, adriani, Syluestri, etcet. Cyrus uerò Persarum Rex, priscique Imperatoris romani agricolæ fuere. unde Fabii, Lentuli, pisones, Cicerones, Vitelli, portii, Serrani, Appi, Scrophæ agricolarum nomina triũphali dignitate honorata sunt. De his ita Valerius Maximus prodidit. illi etiam, inquit, prædiuites, qui ab aratro accersebantur, ut consules fierent, uoluptatis causa sterile atque æstuosissimum pupiniæ solum uersabant, delitiarumque ignari uastissimas glebas plurimo cum sudore dissipabãt. imò uerò quos pericula reipubl. Imperatores asserebant, angustia rei familiaris (quid cesso proprium nomẽ ueritati reddere,) bubulcos fieri coegit. Romulus & Remus, Diocletianus, Iustinus Reges & Imperatores pastores atque agricolæ recensentur. Arcades mortalium omnium antiquissimos se uenditantes pastores & agricolas fuisse scripta auctorum testãtur. Pan Deus Arcadiæ curat oues ouiumq; magistros. Græci prothea, & apollinem pastorem admeti regis Thessaliæ fatentur, una cum Mercurio, & argo, qui uaccã Io custodiuit, His Daphnis celebratur. phrygii agricolæ & pastorem paridem, Priamum, Anchisen, endymionem, Polyphemum alii agnoscunt, ut & Polyarnen, Polymelam, Polybolon, Damonem, Alphæsibœum. Virgilius suum Tityrum, Corydonem, Damœtam, Melibœum, Menalcam, Mopsum, Silenum,

Thyr-

Thryrsinque celebrat, qui gloriatur quod suo carmine Musas pastorum cecinit, & Agriculturam docuit. Numidæ, Georgi, Scythæ, Nomades hanc uitam sequuntur, nullam aliam uolunt. Quum igitur naturalis, antiquissima, & Deo sit chara hæc uita, quæ est Agricolarum, pastoralis, ac uillatica, libenter is, qui uiribus pollet, uelit hoc genus uitæ sequi. Magis autem laborare uelit, ut fœlicius omnia respondeant. Quum Imperatores agrum colebāt quinq; iugera integræ familię abunde sufficiebant, & diuitias præstabant. postquam seruitiis negotium permissum maxima latifundia non fuere satis: illi spōte sua faciebāt, & diligenter, quæ hæc ne, coacta quidem attrectant, idq; frigidè, si inceperint: unde terra indignata non reddit laboranti gratiam. Regum cura occupata fuit non solum hoc exercitio, sed libris etiam quasi artem complexi sunt, ut Hiero, Mitridates, Philometor, Attalus, Archelaus & duces ut Xenophō, pęnus, Magus, D. Syllanus, Cato, Plinius, & ante hūc Cor. Celsus, & prius adhuc Ter. Varro. Quod si tanti uiri delectati sunt re rustica, quid in hodie Agricolæ eā amplectentur, & in ea sedulò laborare uelint? profecto sciant, possint, & uelint laborare in bono agro, infinita commoda percipient. Martialis inter Beatitudinem refert id, dum ait.

Non ingratus ager, focus perennis.

Honestè autem uictum ex cultura uillicus percipiet, si bene laborauerit in serendo, & metendo. Qui parce seminat parce metit: quæ enim seminauerit ho- *2. Cor. 9.*
16 mo, hæc & metet. † Huic igitur primæ parti potest ad- *Gal. 6.*
iungi altera, quæ docet quod uicinum ceu fratrem suum diliget Agricola. Nam tempore messis, inquit, Cicero, citius uicinum, quàm fratrē inueris. Et Horatius canit rectè.

Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Inde celebri prouerbio locus cessit. Aliquid mali propter uicinum malum, & aliquid boni propter uicinum bonū. Monet Hesiodus quærendū esse bonū

uicinum

uicinum profecto id curæ esse debet agricolæ, & bono patrisfamilias, ut bonam habeat familiam, & huic benè præesse nouerit: tū ut bonos habeat uicinos, & cū his piè & familiariter uiuat. Multa incurruut tempora, quibus uicinus bonus omni auro est utilior. quare multis officiis, & obsequiis uicini sunt deuinciēda: Huius certè causa olim apud Athenienses fuerunt Sysitia, Prytanea, Sacchanda festa, Bacchanalia & uaria conuiuia: apud Romanos Saturnalia, Opatia, & his similia. Porrò agricola nō solum benignus

Exod. 13 erit erga suos uicinos, sed assumet ad conuiuia. sic in Exodo habetur. Assumet uicinum suum, qui coniunctus est domui eius, iuxta numerum animarum, quæ

Tob. 8. sufficere possint ad esum agni. Et Tobiæ octauo habetur, qd Raguel præcepit epulas præparari uicinis suis? Prouerbia dictitāt, quod melior est uicinus iuxta

Prou. 17 ta quàm frater procul. Tantum certè iuris debetur ui

17 cino. † Tertia pars admonitionis dari potest hospitalitatis commendationi, quæ magis bonis agricolis incumbit, quàm ulli mortalium: quo certè nomine multi, se infœlices existimāt hodie, quod peregrinos hospitio excipere cogūtur, & milites Regiæ maiest. in ædibus souere. Contra reputandi uidentur stolidi qui id putāt, & fœlices quod peregrinos recipiūt. Nā legimus Calabros, Græcos, plurimasq; alias gentes ius hospitii sanctum & inuiolabile conseruasse, discedentibus uaria dona tribuisse, & fructus in solatium itineris. Quę in monasteriis uestigia hospilitatis restāt, ea naturali debētur legi atq; utinā hoc opus misericordiæ non adeo elāguisset in sacris monasteriis. Propter malignitatem quoq; erga peregrinos, nascitur exacerbatio, ut plus noceant, quam prosint: quū beneficio prouocati beneuolētissimi possent haberi. Est autē præceptum, & à Paulo pluribus locis inculcatū: Hospitalitatem, inquit, ad Hebræos, nolite obli

Heb. 13 uisci: per hanc enim placuerunt quidam angelis ho-

18 spitio recepris. † Quod si ad Reip ub. administrationē uocentur, parati esse debent arma sumere pro aris

&

& focis, pro templo & fide Christi defendenda: aut si possint consilio iuuare, uel opibus, id sedulò agant. A Villa in Senatum uocati Curius, aliiq; senes libẽter affluere, & uictis hostibus triumphos patriæ retulerũt: Attilium autem, qui ad eum accersendum missi erant à Senatu ad imperium populi Romani suscipiendum semen aspergentem uiderunt: Sed illæ rustico opere attritæ manus salutem publicam stabiliuerunt: Ingẽtes hostiũ copias pessundederunt: quęque modo arantium bouum iugum rexerant, triũphalis currus habenas retinuerũt. Nec fuit iis rubori eburneo scipione deposito agrestem stiuam aratri repetere. potest pauperes cõsolari attilius sed multo magis docere locupletes, quàm non sit necessaria solidę laudis cupidini anxia diuitiarum comparatio hæc igitur exempli loco breuiter adiũxi, Videor satis admonuisse uillicum, uel in opere rustico uersantem, ut laboret strenuè, suos familiares, uicinos, hospites, & totam patriã iuuet, ut hinc Christo uiuat, & uitã æternam possideat.

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

1.Paralipon.	27.d.	Amos.	5.e.
Tobiæ.	8.	Zachar.	13.c.
Iob.	1.a.	Matth	20.a
	42.		21.d.
Psa.	127.	Marci.	12.a.
Prouerb.	11.d.	Lucæ.	5.
	20.a.		10.b.
	24.d.	Ioan.	15.a.
Cantic.	1.	Rom.	13.
Sapientiæ.	17.d.	1.Corinth.	1.
Eccl.	7.b.	2.Corinth.	9.
	9.	Galat.	6.
	20.d.	Philip.	3.a.
	23.a	2.Thessa.	3.
	37.c.	1.Timoth.	5.c.
Esaiæ.	5.e	2.Timoth.	2.c.
	16.b.	Hebræ.	13.
	28.	Iacobi.	5.a.
Hiere.	49.		

SEPTIMA ADMONITIO AD Milites & Stipendiarios.

SVMMAE.

1 *Nunquam sine militum usu homines commode potuerunt uiuere, & ne aureis quidem temporibus, contra quā poetæ existimant, & contra quam Historiographi tradunt de inuentoribus bellicorum instrumentorum.*

2 *Quare statim à tempore Adami enata sunt bella & milites.*

3 *Boni semper ad sui defensionem habuere milites.*

4 *Milites efficiunt, qui bonis assunt, ut magis in pace uiuatur.*

5 *Milites necessarij sunt bonę Reipub. nec improbandi in Repub. Christiana.*

Milites

6 *Milites in Rep. Christiana quomodo se gerant. & primò de horum uarietate.*

7 *Milites debent imperare propriis affectibus, & actionibus ita ut hominibus malis timorem incutiant, rebellibus pœnam infligant, bonos defendant, uel ut D. Ioannes ait, neminem iniusto timore percellant, malos puniant: ut autem malos recte puniant debent nouisse rem militarem.*

8 *Milites ut possint prævalere uiribus contra impios, debent fiduciam habere in deo, & hunc orare.*

9 *Milites non percutiant aliquem, nisi iniustum.*

10 *Milites pro iustitia debent certare.*

11 *Milites iustitiæ defendendæ causa, non debent iustitiam in ulla re uiolare.*

12 *Milites ab impiis non resistentibus, sed se dedentibus, tributa accipiant, & ex illorum bonis, ac laboribus alantur, innocentibus parcant.*

13 *Prudentia, & consilio debet geri omne bellum.*

14 *Milites non debent ulli uerbis uel detractionibus iniuriam inferre.*

15 *Milites debent esse contenti stipendiis suis.*

16 *Milites uiuentes secundum doctrinam D. Ioannis quur Beati sunt?*

17 *Milites summa diligentia studebunt non facere iniuriam Beatitudini suæ sacræ militiæ, per quam regnum cœlorũ merentur. enumerantur itaque abusus uitandi.*

18 *Enumeratio eorum penes quos est præcipua administratio rei bellicę, ut intelligatur, quomodo hi præsint, milites reliqui his obtemperent.*

19 *Milites sicut non debent rapiendo stipendia sua augere, ita quoque multominus ea debent prodigendo inutiliter consumendoq; in vsus malos expendere.*

20 *Maximè improbatur lusus alearum, quo milites plerumque sua stipendia inutiliter decoquunt, & postea multa mala faciunt, & simul ludi probati recensentur, qui militibus sunt mandandi, quo tempore à bellico exercitio vacant.*

Nec

21 *Nec minus uituperatur improbitas, auaritia, aut potius rapacitas, maxime eorum, qui stipendia militum inuertunt, uel sibi defalcant, ac suum Regem, suos duces, nimirum Rempublicam Christianam (extorquendo malis modis immeritum stipendium) defraudant.*

1 NEque† uerò sine militibus Respublica constare potest: quemadmodum corpus humanum nequit sine manibus benè subsistere, nec ulla domus sine ministris. Quamobrem nihil moueor auctoritate Ouidij aureum sæculum describentis, ubi ait:

Non galeæ, non ensis erat, sine militis usu
Mollia securæ peragebant otia gentes.
Non tuba directi, non æris cornua flexi.

Nam si consideremus creationem rerum naturalium, quam sacræ literæ Genesim uocant, inueniemus omnia animalia ante hominem fuisse creata, etiam illa, quæ ad hominis defensionē nata uidentur, ut potissimū sunt canes, sed omnia creato deus mox homini subdidit, sic enim Dauid canit. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, boues uniuersos, & pecora cāpi, uolucres cœli, & pisces maris, & quæ perambulant semitas eius. Itaque homo ad sui defensionem satis multa animalia habebat, donec multiplicato humano genere, eoque inter se dissentiente bonis bonis opus esset subsidio bonorum ad sui protectionem. Nam Cainus, filius Adami malus, protinus contra Abelum uerè nobilem insurrexit, hunc occidit. Vnde credibile est inter ipsos posteros Caini ex mala progenie natos, continuas cædes, & bella extitisse. Scio nullis historiis hoc doceri posse certis, multis tamen ut id credam coniecturis, ac argumentis inducor. Primo quia filij imitantur naturam, atque institutionem patris, ut huc non inepte accommodari possit illud Horatii. lib. 4. ode. 4.

Psa. 18.

Fortes creantur fortibus, & bonis.
Est in iuuencis, est in equis patrum

Virtus.

Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrinam sed uim promouet insitam,
Rectique cultus pectora roborant,
Vtcunque defecere mores,
Dedecorant benè nata culpæ.

Imo illud in prouerbiis tritissimum est: quod mali corui malum est ouum. Quamobrē quum Cainus esset malus pater, quomodo potest habuisse bonos filios? quomodo pugnax non progenuisse potest pugnaces, & milites? Possemus allegare ueritatem Euāgelicam, quod mala arbor non potest bonos facere fructus: ita malus homo, & miles, quid quæso alios filios generaret (ut naturaliter loquamur) quam malos & milites? Ad huius rei probationem facit, quod ipse Cainus tādem à sua posteritate occisus esse narratur. Lamech enim dicitur illum interfecisse. quoniam occidi, inquit Lamech, uirum in uulnus meū, & adolescentulum in liuorem meum, Septulum ultio dabitur de Cain, de Lamech uero septuagesies septies, tum quod Caini posteritas, ut filius Lamechi ex Sella uxore genitus, nomine Tubalcain fuit malleator, & faber in cuncta opera æris & ferri. Vnde conuincitur error eorum, qui scribunt, sicut Plinius testatur, quod Lydus Scyta primus docuit æs conflare, & temperare, id quod Aristoteles etiam prodidit. Theophrastus asscribit Delæ Phrygi, tum quod Chalybes primi inuenerint ærariam fabricam, uel (ut alii dicunt) Cyclopes. Hesiodus dicit ferrum, ferrique fabricam in Creta inuenisse eos, qui dactyli Idæi uocantur, alii & hanc Cyclopibus tribuunt. Prælium Afri primi contra Aegyptios fecisse fustib. narrantur, quos uocat phalangas. Iustinus uero dicit quod Ninus primus intulit bella finitimis, & rudes adhuc populos ad resistendum perdomuit usq; ad Libyæ terminos, mox fatetur, quod fuere quidem temporibus antiquiores, Sesostris rex Aegypti, & Schytiæ Rex Tanais, sed longinqua, non finitima Gene. 4.

bella gerebant, nec imperium sibi, sed populis suis honorem quærebant. Historiæ testantur quod Sesostris Aegypti rex potentissimus uictus est bello ab Esupope Rege Suanorum: nec desunt qui Baccho assignant initium bellorum, quem Liberum patrem uocant, Indiæ domitorem. Porrò Prætus & Acrisius inter se bellantes, habentur inuenisse clypeos: alii id tribuunt Chalio Athamantis filio. Mydias Messenius Loricam, Lacędemonii galeā, gladium, hastam: Cares ocreas, & cristas. Scytha Iouis filius arcum, & sagittas: & Perseus Persei filius hóc inuentionis genere ab aliis celebratur. Aetoli lanceas: Aetolus Martis filius iaculum cum amento: Tyrrhenus uelitarē, & pilum, Penthesilea Amazonum Regina securim: Piseus uenabula. Cretę scorpionem in tormentis, Syri catapultam, Phænices balistam, & fundam: Piseus Tyrrhænus æneam tubam: Artemon Clazomenius testudines: Epeus ad Troiam Arietem, equum alias dictum in muralibus. Bellerephon rem equestrem: Pelethronius frænos & stratum: Thessali equestres pugnas, sicque pugnantes uocabant Centauros, uel Hippocentauros. Iam Palamedes addidit ordinem exercitus, dationem signi, tesseras, uigilias, idque Troiano bello: Danaus rem naualem, uel (ut alii habent) Minos. Hyperbius Martis filius primus fertur occidisse animal, & Prometheus bouem. Sed quam hæc sint erronea & fabulosa, ita statim omittimus, adeoque ab his ueterum ad ueritatem reuertimur, quæ nusquam certius, quam in sacris literis exprimitur, quarū uero testimonio patet, quòd Tubalcain, & ante diluuiū omnia æris, ferri, atque similia instrumenta excogitauit hominum malitia nouarum rerum insatiabiliter cupida. Et uerum est illud Ecclesia-

Cap. 1. stis, qui, inquit, Nihil sub sole est nouum. Recte ergo Terentius, Nihil, ait, dictum, quod non dictum sit prius. Quoties nanque uirtus hominum bonorū præualuit impiis, toties bello in pacem mutato, militaria arma, ac instrumenta perierunt. Vbicunque

etiam locorum impietas regnat, ibi talia desiderantur, ubi pax & bonitas, ibi nihil opus est baculis, gladiis, bombardis, hastis, securibus, catapultis, atque id genus sex mille: quod Vergilius sanctè & eleganti carmine perstrinxit.

Quippe ubi fas uersum, atq; nefas, tot bella per orbē.
Tam multæ scelerum facies, non ullus aratro
Dignus honos. squalent abductis arua colonis,
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum.
Vicinæ ruptis inter se legibus urbes
Arma ferunt. sæuit toto Mars impius orbe.

Ad talem credo ætatem mundi Ouidium respexisse, quum auream dixit, & Vergilius, aliiq; idem sensisse uidentur, sic ille cecinit.

Ante etiam sceptrum Dictæi Regis, & ante
Impia quam cæsis gens est epulata iuuencis,
Aureus hanc uitam in terris Saturnus agebat:
Necdum etiam audierant inflari classica, necdum
Impositos duris crepitare incudibus enses.

Vnde liquet, quod putauerint sub Saturno aureā ætatem mundi fuisse: sicut hoc pluribus locis Vergilii doceri potest. In Bucolicis canit hoc pacto.

Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna.

Rursus in Aeneidos libro.

Primus ab æthereo uenit Saturnus Olympo
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.
Vt genus indocile, & dispersum montibus altis
Colligeret, legesque dedit, Latiumque uocari
Maluit, his quoniam tutus latuisset in oris;
Aurea (quæ perhibent) illo sub rege fuere
Secula sic placida populos in pace regebat.

Atqui sub Saturno, si alias is Noe fuit, statim exorta sunt bella, & Cham contra patrem insurrexit, utpote cuius uirilia abscidisse poetę, nisi commentatorem legerent, dicerentur nugari. Imo ipse Cham ne seruus aliorum fratrum esset, bella gessit. Qđ si nunc pro Cham poetæ accipiunt ipsum Iouē, manifestū

erit quod proponimus: nimirum quod etiam in eo tempore, quo Saturnus rerum potiebatur, arma fuerũt, & milites: quia Iouis arma fugisse dicitur Saturnus. Vnde alii iudicent, quam uerè initio suæ Metamorphoseos Ouidius infert, quod sub Saturno hoc est temporibus mũdi aureis, & sub Ioue, hoc est ætate mundi argentea, nulla fuerint bella, sed ut iungit.

Tertia post illam successit ahenea proles,
Seuior ingenijs, & ad horrida promptior arma.
Non scelerata tamen.

Itaque ferrea ætas Bellum omnium primò nouisse censetur. Sic ait:

Iam que nocens ferrum, ferroque nocentius aurum
Prodierat, prodit bellum, quod pugnat utroque,
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.

2 †Equidem animaduerto uerum esse illud Plinii, qui sic scripsit de homine. Nulli animantiũ uita fragilior, nulli rerũ omnium libido maior, nulli pauor confusior, nulli rabies acrior: denique cætera animãtia in suo genere probè degunt: congregari uidemus & stare contra dissimilia. Leonum feritas inter se nõ dimicat: serpentum morsus non petit serpentes; ne maris quidem beluæ ac pisces, nisi in diuersa genera sæuiunt. At Herculè, plurima homini ex homine sunt mala, bella, & similes iniurię. Quamobrem ratione peccati ab Adamo primo usque homine condito, stimulante, & instigãte diabolo hæc natura mala, humanam naturam occupauit. Neq; mirum si bella, armaq; sequuta sunt, ut instrumenta diaboli pacis perturbatricia, quum uerò hæc peruersa natura suum ingenium ostendit statim, non satis intelligo, quomodo aurea fuerint tempora sub Adamo pulso ex paradiso, & cuius filii inter se contéderint, testante scriptura Abelum cæsum à Caino: aut etiam post diluuium sub Noe, cuius filius Cham patri bellum fecit. Atque ita sub Saturno non fuisse uideo aurea sæcula, nisi quatenus homines pacem coluerint. Quotiescunque igitur pacem coluerunt homines, toties

ties aurea fuere sæcula,& instrumenta belli rubigine exesa,abolitaque sunt. Verum hoc pacis studium nõ fuit, neque esse potest, nisi Deus miraculose illã largiatur: uel nisi mali formidine pœnarum repriman-tur,& boni armis defendantur: uel deniq;, nisi unusquisque quærat nõ quæ sua sunt, sed quæ Dei & proximi sui.uerum nanque est, quod proprium commodum,& occultum odium, & iuuenile consilium Niniuem,Troiam,Carthaginem,Romam, plurimasq; ciuitates ferè omnes bellis perdidit. Rectè in Epistola ad Lucilium Seneca scripsit. Quietissimam uitam homines agerent in terra, si hæc duo uerba à natura rerum omnino tollerentur,Meum,& Tuũ. Miraculosè uerò Deus mortalibus pacẽ largitus est tẽpore natiuitatis filii sui Domini nostri Iesu Christi, ut pax terris, & cœlo annunciaretur ad redemptionem credentium. propheta itaque sic psallit. Misericordia, & ueritas obuiauerunt sibi, & iustitia & pax osculatæ sunt. Veritas de terra orta & iustitia de cœlo prospexit. Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Iustitia ante eum ambulauit, & ponet in uia gressus suos. Psa. 84
Ita sæpius Deus miraculosè obstrepentibus undiq; armis,& bellis,per gratiam filii sui, & Domini nostri pacem repentè dedit ad testandam suam magnificentiam.Porrò hæc pax miraculo Dei cõtingit,cunctasque alias humanæ pacis formas superauit: de qua Esaias secundo capite prolixe agit: Altera autem beneficio Dei pax datur.Nimirum quandò deus bonis dat custodes,& malorum flagellatores,eorũq; qui bella parant repressores. Paulus ordinationem Dei uocat hanc potestatem, ut quæ gladium gerat ad bonorum defensionem & honorem:& ad malorũ castigationem. Hoc Cicero primo officiorum testatus est, Suscipienda quidem bella sunt ob hanc causam,ut sine iniuria in pace uiuatur:parta autem uictoria conseruandi sunt ii, qui non crudeles in bello,non immanes fuerunt.& ibidem. Nullum est iu- Ro. 13.

stum bellum, nisi aut pro rebus petitis geratur, aut ante denunciatum sit, & indictum. Quum malorũ infida sit societas, & mali semper bonis insidientur odio diabolico, necesse est ut omni uirtute, imo omni specie fortitudinis boni se contra malos muniāt, 3 itaque opus est milibus.†Nec mirum iam erit consideranti bonitatem Adami, Sem, posteritatisque, digladiantis contra posteritatem Cayni omnia mala intentantis, ut mala à se propulsare possent, quod multos ex suis constituerunt milites, & sui defensores. Vnde statim ab initio creationis mundi milites fuisse, & horum contra iniquitatem malorum usum, esse neccessarium uidetur. A diluuio contra Chami, & Nebrothi iniurias, pii homines usi sunt quoq; militib. & armis. Neq; opus fuerit cōmemorare fabulas poetarũ de Cadmo, qñ uiperarũ dētes seminauerit, ex quib. enati sunt hoïnes, qui demũ militiā inchoarũt, mutuisq; se uulnerib. confecerũt. Sicut ille canit,

Vipereos Cadmus dentes, ut credidit aruis
Seuit, & Aonio semina sata solo.
Terrigenum clypeata cohors exhorta uirorum est,
Hostili inter se qui cecidere manu.

Et ut in Metamorphoseos tertio libro Ouidius canit de Cadmo.

Spargit humi iussos mortalia semina, dentes,
Inde fide maius glebæ cœpere moueri,
Primaque de sulcis acies apparuit hastæ,
Tegmina mox capitum picto nutantia cono,
Mox humeri, pectusque, oneratque brachia telis
Existunt, crescitque seges clipeata uirorum. &c.

Nam mysticus his fabulis sensus inest, non alchimisticus, ut falso multi credũt. Sed sancta scriptura docet quod Amraphel rex Sennaar, & Arioch rex Pōti, & Chodorlaomor rex Elamitarũ, & Thadal rex Gen. gentium inierũt bellum contra Bara Regem Sodomorũ, & contra Bersa regem Gomorræ, & cōtra Senaab regē Adamæ, & cōtra Semeter regē Seboim, cōtraq; regē Balæ. ibi docetur quod Rex Sennaar cum

suis

suis uicit Sodomũ, cœpit omnia & Loth filiũ fratris Abrami. Unde Abramus numerauit expeditos uernaculos suos trecentos decẽ & octo, & persequutus est eo usq; Dan, & diuisis sociis irruit in eos nocte, percussitq; eos & persequutus est usq; Hoba, quæ est ad leuã Damasci, reduxitq; omnẽ substantiã, & Loth fratrẽ suũ cũ substantia illius, mulieres quoq; & populũ. Ex his satis palã fit, quod ad sui defensionẽ boni uiri milites habuerũt, Abrã uirũ bonũ & iustũ uernaculos expidiuisse. Quid quæso aliud est, q̃ milites ordinasse, & bello pugnasse armata manu? Sed prolixior instituto forẽ, si quæ bella per milites uiri boni gesserũt enumerare uellẽ. † Cæterũ D. Augustinus:

4 Apud ueros Dei cultores, ait, etiam ipsa bella pacata sunt: quippe quæ nõ cupiditate, aut crudelitate, sed pacis studio gerũtur, ut mali coerceãtur & boni subleuẽtur. Itaq; miles nõ est Deo inimicus, nec militare est delictũ. Sed pp prædam non propter bonorum defensionẽ militẽ agere & militare peccatũ est. Nec Remp. gerere criminosum est, sed imo agere Remp. ut diuitias augeas, uidetur esse dãnabile. Propterea enim quadam prouidentia militibus, & militãtibus sunt cõstituta stipendia ne dum sumptus quæritur, prædo grassetur. Qua de causa patet etiã milites esse necessarios. ut quibus diuina prouidentia stipendiũ tribuendũ per diuum Joannẽ dixit, & qui amici Dei sunt, ad defensionẽ bonorum ordinati, & denique qui semper fuisse leguntur in Rebuspublicis benè constitutis, adeo ut Plato milites quasi alteram Reipubl. partem recenseat, Agricolarum tertiam Quandoquidem adeo necessarii sunt milites, ut quasi armati custodes Reip. Christianæ sint censendi contra hostes fidei Christianæ. Haud parũ illi põtifices suo officio decessisse uidentur, qui rem militarem, atque ipsos milites non sufficientes aluerint ad Ecclesiæ defensionẽ, sed quũ Magistratus gladio iustitię non utitur, populus cõtra suũ magistratũ insurgit, & iura peruertit. Ita dormiẽtibus ecclesiasticis, & nõ alẽti-

23. qu. 1

bus milites ad sui defensioné lupi ingressi sunt,& hę retici Hypocritæ, similesq; mali habitū ouiū, sed lupi intus rapacissimi, qui nil prius habuerūt, quam ut ipsam Christi Ecclesiam, omnesq; uiros bonos, sanctorū reliquias, imagines, atq; libros perderent, exurerent, funditus delerēt. Nemo itaque Christianus abhorreat à milite, sed potius honoret militē tanquam suum fratrem,& uigilantem, excubias, periculaq; pa
6 tientem pro Christi,& Christi sancta ecclesia. Verū ne milites sua hac commendatione superbiant: †natura.n. plus satis ferè Trasones,& Alasones sunt, idcirco pauca ad eos uerba faciam, ut sciant, quomodo se gerant in Repu. Christiana. Neque uero totū hoc negotiū excutio, sed quæ sacrarū literarū testimonio probata, atque præcepta sunt, ea attingam. Qui igitur rem militarem conficiunt, sunt milites generaliter dicti Latinis, Græcis strateuomeni, Tusconibus Germani. Hi duum generum occurrunt, aut sunt nobiles, suarumque rerum defendendarum, uel recuperandarum causa militant,& milites in Constitutionibus Imperatoriis uocantur, ubi agitur de uita militiæ,& ad hos pertinent equites, uirique equestres, & illustres: alii sunt stipendiarii, & hi uel equites uel pedites: uel nautæ, ut qui stipendii causa militiam sequuntur. Ad oēs autē hos illa generaliter pertinent, quæ diuus Ioānes rogatus à militibus, quid facerēt, ut baptizati regnum Dei possiderent, respōdit paucis: Neminem concutiatis: nemini calumniam faciatis,& contenti estote stipendiis uestris. Generalia enim præmittere particularibus oportet. Etsi propter stipendium ad stipendiarios multis tantum referendum credi potest: tamen diuus Augustinus, Beda, atque plurimi Catholici, non ad uiros solum bellicosos, sed etiam ad Christianos omnes, atque Clericos potissimum deducunt, & applicant[l]. Tum quoque manifestum est, quod ipsi belli principes non gratis militant, sed uel suarum rerum custodiam, uel amissarum receptarumque iustā recuperationē affectant,

quæ

quæ quidem ipſorum ſunt ſtipendia. Quamobrē hoc Diui Ioannis dictum ad omnes milites pertinet, ſed
7 ut illud intelligant, clarius repetendum eſt. Primum eſt autē, & præcipuū militi obſeruandū, ut ſi nequeat cogitationes ſuas regere, animiq́ue affectibus impetare, & contra cupiditates militare, ſaltem ſicut ſtrenuum militem decet, habeat actiones in ſua manu. Actiones militis ſunt timorem hominibus malis incutere, ut obediant, aut rebellibus pœnam infligere, ne noceant, bonos defendere, ut ab his omnē iniuriā propulſent. Has autem actiones potiſſimum perficiunt profeſſione pugnandi, itaque ut ſciant quomodo pugnent, & qua de cauſa diuus Ioannes breuiter docet, dicens, Neminem iniuſto timore uel uerbere iniuſto percellatis. Eſt enim ea uis uerbi, diaſiſete, qđ ſignificat concutere aliquid quod quis non debet, uel non poteſt. Boni igitur militis officium eſt diligenter æſtimare quid poſſit in bello præſtare. Scientia enim, ut Vegetius inqnit, rei bellicæ, nutrit dimicandi audaciam. Neque temere Cato docuit.

Quod potes, hoc tentes, oneris ne pondere preſſus
Succumbat labor, & fruſtra tentata relinquas.

Quod Horatius poetis præceptum dat, illud ego militibus etiam imperandum cenſeo. ſic ille.

Sumite materiam ueſtris qui ſcribitis æquam,
Viribus, & uerſate diu, quid ferre recuſent,
Quid ualeant humeri.

Ita milites ea arma, & bella ſumere ac mouere debent, quæ bene norūt. Nā rectè Vegetius dicit, quod in omni prælio non tā multitudo, & uirtus indocta quàm ars & exercitium ſolent præſtare uictoriā: non enim longitudo ætatis, aut annorū numerus artem bellicam tradidit ſed potius exercitatio. Nā in pugna ſolet uſus, & cognitio eorū, quæ quis nouit, plus prodeſſe, quàm ipſæ uires. Multū eſt poſſe, ſed plus eſt ſcire quid poſſis, atq; uires ſuas nō trāſgredi, ne cū Icaro præceps cadas, dū ſupra uires conaris. Quapropter bonus miles non aggrediatur bello eum laceſſere, ni-

si quē sciat se posse uincere. Atque illud oraculo Apol linis declaratum, quod tale fuit.

Aio te Aeiacida Romanos uincere posse.

Si romani bello lacessiti fuerint, poterunt te uincere. Atque ita accidit Regi Epirotarum Alexādro. Cassiodorus non malè scripsit, quod animos subito ad arma non erigunt milites, nisi qui se ad ipsa idoneos præmissa exercitatione disponunt. Gedeon bonus miles, noluit arma attingere, nisi sciret certis à Deo

Iud.6. datis signis, se posse cum pauca manu ualidum hostē superare. Dauid non attentauit pugnā contra Phi

1.Re.17 listæum Goliathum, nisi instinctu Dei sciuisset se posse illum superare, ut quum iam leonem & ursum superasset, animalia haud infirmiora ipso Goliatho Phi

8 listæo. Quia anceps est alea, & fortuna Martis, ideò uires prænouisse, hasq; exercitando promptas habere expedit, decetque militem etiam iustè pugnantem nemini arma intentare, nisi uiribus præualiturum se esse nouerit: quia nullæ sunt uires maiores, quā quæ à Deo dantur. Ideo ad uincendū, uel prosequendum hostem nihil ęque ualet, atque fiducia in Deum. Ideò sic legitur Exodi decimo septimo. Moyses autem, &

Exo.17. Aaron, & Hur ascenderunt super uerticem collis, cū

Iudith.4 que leuaret Moyses manus, uincebat Israel. Iudith uerò increpitans suorum uirorum timiditatem, Memores estote, air, Moysis serui Domini, q Amalech confidentem in uirtute sua, & in potentia sua nō ferro pugnādo, sed precibus sanctis orando deiecit. Præceptum hoc erat Iudæis, quod ita se habet. Si exieritis ad bellum de terra uestra contra hostes, qui dimicant contra uos, clangetis ululantibus tubis, & erit

Num.10 recordatio uestri coram Domino Deo uestro, & eruamini de manibus inimicorum uestrorum, Itaq; paulò post prohibetur Israelitis, ne exeāt ad bellum, sic enim Moyses illis loquitur. Nolite ascendere, non.n.

Nu.14. est Dominus uobiscum, ne coruatis coram inimicis uestris. & in Deuteronomio repetitum est. Si exieris

Deu.20 ad bellum cōtra hostes tuos, & uideris equitatus, & currus

currus, & maiorem quàm tu habeas exercitus multitudinem, nō timebis eos, quia Dominus Deus tuus tecum est. Sic enim Filii Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manasse habentes fiduciam in Domino uicerunt inimicos. Sic dauit uicit hostes suos: sic Leuites Iazihel affatur suos, super quem Spiritus Domini factus est. Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem, nō enim est uestra pugna sed Dei. Et mox subiicitur Credite in deo uestro, & securi eritis, credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera. Audiamus quoque Ezechiam; qui sic ait, Et conuocauit uniuersos in platea portæ ciuitatis, & loquutus est ad cor eorū dicens. Viriliter agite & confortamini. Nolite timere, nec paueatis regem Assyriorū, nec uniuersam multitudinē, quæ est cum illo: multo enim plures nobiscum sunt, quàm cum illo: cum illo enim est brachiū carnis, nobiscū Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis. Porrò Iudas Machabæus sic ait ad suos. Facile est concludi multos in manu paucorū, nō est differentia in conspectu Dei cœli liberare in multis, & in paucis: quoniam non in multitudine exercitus uictoria belli, sed de cœlo fortitudo est. Hanc Dei potentiam optimè Dauid nouit, & expertus sic scripsit. Laudans inuocabo Dominū, & ab inimicis meis saluus ero. Quinimo sic ait, non timebo millia populi circundantis me. Exurge Domine, saluū me fac: quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, dentes peccatorum cōtriuisti. Atq; ideo subiungit. Qui doces manus meas ad prælium, & posuisti ut arcum æreum brachia mea, & dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me. Rursus idem scripsit. Nō saluatur Rex per multam uirtutem. Fallax equus ad salutem. In deo faciemus uirtutē. Ideò in Prouerbiis dicitur, Equus paratur ad diem bellli: Dominus autem salutē tribuit. Vt catalogo omnes hac dei uirtute uictoriosos, strenuosque milites commemoremus, audiamus Paulū ad Hebræos sic scribentem. Ecquid sunt iustitiā, ade-

Nu. 13.
1. Re. 17
1. Ma. 3
Psal. 17
Psa. 3.
Psa. 17.
Psa. 32.
Psa. 59.
Prou. 21
ad He. 11

pti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum extinxerunt impetũ ignis, effugarunt aciẽ gladii: cõualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello. D. Augustinus scribit Bonifacio comiti Romano, ut in Deo confidat: atque ille sic se uictoria potitum rescribit contra ualidos hostes. Noli ad hæc, scribit, existimare neminem Deo placere posse, qui armis bellicis ministrat. In his erat Sanctus Dauid, cui Dominus tam magnum perhibuit testimonium. In his etiam plurimi illius temporis iusti: in his erat sanctus ille Centurio, qui Domino dixit: Non sum dignus ut intres sub tectum meum, imò, ut contra quinque Hæreses scribit: Certanti donabit uictoriam, qui certandi dedit audaciam. Non ergo nos hostium turba, non bellantium forma, non quasi fulgens uitrea nos terreat armatura: Goliam magnum, robustum, armis terribilẽ, ingentique turba munitum. Dauid solus, paruus, atque inermis uno lapidis ictu prostrauit, totaque Allophilorũ castra turbauit, atque fugauit. Hæc

Deut. 32 ille. An ne Moyses cantat sic: quomodo persequebatur unus mille, & duo fugarent decem millia? nonne ideò, quia Deus suus uendidit eos, & Dominus conclusit illos. Non enim est Deus noster ut dii eorum, & inimici nostri sunt iudices. Milites ergo ut sint uictoriosi, debent in Deo fiduciam suam collocare, nouisse Deum, & huius mandata, & sic uidete quid possint. Nam si hoc fecerint, nunquam Deus illos deseret, nunquam concutient aliquem, nisi quem uincẽt, hoc est, nisi quem concutere possunt. Alterum est, ne quem concutiant nisi quem debent percellere, aut pulsare, iniustum nanque, & uim inferentem repellere debent. Ideo sic legitur Numeri decimo tertio.

Num. 13 Hostes uos sentiẽt Madianitæ: quia & ipsi hostiliter egerunt contra uos. Et in libris Regum habetur. Dixit autem Dauid ad Philistæum. Tu uenis ad me cũ

1. Re. 17 gladio, & hasta, & clipeo: ego autem uenio ad te in nomine Domini exercitium, cui exprobrasti hodie, & dabit te Dominus in manu mea. Sed enim ipse

Dauid

David uicit illum, atque occidit, Sic Iudith Holofernem inuasit & occidit. Vim enim ui repellere licet, ut Cicero in orat. pro Milone docet: estque
10 ea lex naturæ. † Inde Milites debet iniustos pulsare, & ꝑ iustitia certare. Sic enim Ecclesiasticus scripsit. Pro iustitia agonizare pro anima tua, & usq; ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Dauid etiam sic canit. Exultabunt sancti in gloria, lętabuntur in cubilibus suis. Exultationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum; ad faciendam uindictam in nationibus, increpationes in populis, ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Deus ipse præcepit Moysi, ut principes populi Israel ob idololatriam & iniustitiam tolleret, & suspenderet contra solem in patibulis, quo furor ipsius à populo Israel auerteret. Sic Iosue contra impios Reges bella gessit, & uictos cepit, suspenditq; plurimos. Apud Ezechielem sic legitur: Dominus loquutus pro eo, quod plausisti manu, & percussisti pede, & gauisa es super Israel: Idcirco ego extendam manum meam super te, & tradam te in direptionem gentium. & paulò post: Pro eo qđ fecit ultionem Idumæa, ut se uindicaret de filiis Iuda, peccauitq; delinquens, & uindictam expetiuit de eis, extendam manum meam super Idumeam. &c.

Eccle 4. Ps. 149 Num. 25 Ezec. 25

11 † Tertio sciat miles, & si pro iustitia pugnat, aut ut iustitiam tueatur, aut malos puniat: non ideo ipsam iustitiam uiolare, uel quicquam iniustè agere debet. Sic nanq; Deuteronomij secundo legitur, Transibitis per terminos fratrum uestrorum filiorum Esau. Videte ergo diligenter, ne moueamini contra eos: cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis, aquã emptam haurietis, & bibetis, Rursus illud præcipitur Deuteronomij. 23. Quãdo egressus fueris aduersus hostes tuos in pugnam, custodias te ab omni re mala. Adde & illud Deuterõ. 20. Si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem:

Deu. 2. Deut. 23 Deut. 20

si

si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea est, saluabitur, & seruiet tibi sub tributo: sin aūt fœdus inire noluerit, & ceperit cōtra te bellum, oppugnabis eam: cunq; tradiderit Dn̄s Deus tuus illam in manum tuam, percuties oē quod in ea masculinū est, in ore gladij, absq; mulieribus & īfantibus, iumentis & cæteris quæ in ciuitate sunt, oēm prædā exercitui diuides, & comedes de spoliis hostium tuorum, quæ Dn̄s Deus tuus dederit tibi. De iis aūt ciuitatibus, quæ dabuntur tibi, nullum oīno permittes uiuere, sed interfices in ore gladij Hethæū uidelicet & Amorrhæum, & Chananæum, Pheresæum, & Heuæū, & Iebusæū, sicut præcepit tibi Dn̄s Deus tuus. D. Augustinus quęstione uicesima secunda super Ioannem sic scribit. Et hic istarum septem gentium terram esse promissam in hæreditatem, quam debellatis eisdem usq; ad internecionem gētibus Israelitæ possiderunt, manifestum est. Cæterum enim quæ longinquius extra ipsas gentes inuenirentur, uoluit fieri tributarias eorum, si non resisterent: si aūt resisterent, ipsas etiam interfici, & in perditionē dari, exceptis pecoribus, & quæ in prędam possent uenire. Adeo hæc Deus obseruari uoluit, ut ea de causa Saul suo officio rursus mouerit. Pænitet me, ait Dn̄s, quod constituerim Saul Regē, quia dereliquit me, & uerba mea nō
1.Re.15 impleuit. Nā Saul nō occiderat captum bello Agag Regem Amalech, pepercerātq; optimis gregibus ouium, & armentorum. Porrò in lege habetur. Qn̄ obsederis ciuitatem multo tpe, & munitionibus circundederis ut expugnes eam, non succides arbores, de quibus uesci potest, nec securibus per circuitum debes uastare regionem, qm̄ lignum est, & non homo, nec potest bellantium contra te augere numerum. Si quæ uero ligna pomifera non sunt, sed agrestia, & in cæteros usus apta, succide, & extrue machinas donec capias ciuitatem, quæ cōtra te dimicat. Ecce oīa plenè descripta sunt, quæ bonus imperator in bello debet facere, & quæ miles eius imperio subditus. Sūmam

mam quidem iustitiam uult Deus ubiq; seruari, primò ne fratribus & sororibus noxa ulla īferatur, quū nunc Catholicus sit Catholico militi frater qui defendi potest? quo modo excusari? quod miles tam est iniquus contra suum fratrem, ut nō solum hospitio receptus, sed etiam adiutus, adhuc plura sibi uelit tribui, gratis uult sal, oleum, lectos, cibum, & potum si obtinere potest, Imò miles pro Catholica Ecclesia certans fratri suo, (utpote qui Catholicus est, eundē patrem cœlestem, eandem scilicet almam matrem Ecclesiam habet matrem) nihil obesse debet. Nam qui fratri fatue dixerit, reus est iudicij, qui raca, reus Gehennæ, qui res proximi abstulerit, quo suspendio dignus censebitur? Nam 3. Esdræ sexto legimus, etiam illos, qui non tribuerent ordinata ad usum sacerdotum scilicet fratrum, statim suspendio damnatos, suspensosq; ex lignis de propria domo ablatis. Nullā igitur iniuriam in rebus auferendis miles Catholicus facere debet Catholico. Nam si in Euāgelio præceptum est, ut quis sit cum aduersario suo cōsentiēs citò, dum est cum eo in uia, quanto magis debet esse

12 consentiens cum amico. †Alterum est ut impij, si nō resistant, sint tributarij, & ex horum rebus ac laboribus Imperator belli Princeps, ac milites alantur, & omnia consequantur necessaria. Nomine impiorū intelligo Hæreticos, Schismaticos, Apostatas, infideles, ac Iudæos: nam si Catholicus mordet Catholicum, si unus frater aufert alteri, oportet ut inuicē cōsumantur. Qui igitur malos puniant milites, & illorum deditorum opera, atq; rebus utantur: si uerò se dedere nolunt, occidantur: & res oēs in prædam cedant. Hæc est lex Moysi, lex Dei, naturæ, quæ fructibus etiam terræ iniuriam non uult fieri, quatenus numerum hostium non augeat. Nunc prohdolor sine ratione sine iure incendunt ædes, monasteria, hortos, oppida, fructusque terræ infinitos. Sed qui hæc faciunt, uerè impij sunt. Dux Burgūdiæ uir illustrissimus capto Montrolio, ubi pater occisus fuerat, parcen-

Gal. 6.

parcendum esse contra multorum impetum flãmis exurendum clamantium edixit. Hoc usus elogio. Innocens utiq; est fabrica perpetratæ cædis, uox digna Principe Christiano. At barbarorum est liorum, & immanium sæuire sine ulla ratione in ædes, arbores, herbas, & structuras. Propter mali contagium ac fomitem animalia una puniri non est mirum. Cicero in Rethoricis ait. Nihil esse crudelius, quàm urbes diruere. Simile huic in offic. primo habet. Tertium est
13 ut prudentia, & consilio bellum geratur. Itaque milites agnoscant ordinem suum. Nam quantum ordo possit, nimis esset longum enarrare. Huius uirtute distinctio est officiorum, & constat quis præsit, qs obtemperet, & quo modo unictur concordia ex imperantibus & subditis, ut fiat uictoria: cum aciei ratio ordine perficiatur) ars tactice, uel ordinariua dici potest latine, si licet) in Imperatore & eo qui præest. Cicero quatuor desyderat, scietiam rei militaris, uirtutem, auctoritatem & fœlicitatem. In milite uel stipendiario obsequium, patientiam inediæ laborum, æstus, frigoris & incommodorum, disciplinam militarem, & robur ac fortitudinem pugnandi. Itaq; Pro-
Pro. 20. uerbiorum uicesimo dicitur, quod Gubernaculis tra-
Pro. 20. ctanda sunt bella. Et, sequenti capite. Ciuitatem for-
Pro. 21. tium ascedit sapiens, & destruxit robur fiduciæ eius.
Pro. 24. Rursus capite uicesimo quarto. Vir sapiens & fortis est, & uir doctus, robustus, & ualidus: quia cũ dispo-
Eccle. 9. sitione initur bellum. Adde quod Ecclesiastis nono dicitur. Hanc quoq; sub sole uidi sapientiam, & probaui maximam. Ciuitas parua, & pauci in ea uiri, uenit contra eam Rex magnus, & uallauit eam, extruxitq; munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio, sed inuentus est in ea uir pauper, & sapiens, & liberauit urbem per sapiẽtiam suam: & dicebam ego meliorem sapientiam fortitudine: Melior est sapien-
Sap. 6. tia, quàm arma bellica. Itaque Sapientiæ sexto legi-
Eccl. 28. tur. Melior est sapientia, quàm uires, & uir prudens quàm fortis. Ecclesiasticus etiam inquit. Certamen festi-

festinatum incendit ignem, & lis festinans emungit sanguinē. Vegetius de re militari rectè scripsit, Qui desyderat pacem, præparet bellum: qui uictoriam cupit, milites imbuat diligenter: qui secundos optat euentus dimicet arte, non casu. Nemo prouocare, nemo audet offendere quem intelliget superiorem esse, si pugnet. Et postea: Boni duces non aperto prælio, in quo est in commune periculum, sed ex occulto semper attētant, ut integris suis quantum possunt, hostes interimant, uel certè terreant. Itaq; etiā inter hostes discordiarum procurare causas, sapientis est Ducis. Ordinaturus uerò aciē tria debet antea prospicere, solem, puluerem & uentum. Nam sol ante faciem eripit uisum. Ventus contrarius tua flectit ac deprimit, hostium adiuuat tela. Puluis fronte congestus oculos implet ac claudit. Hæc momēto eo, quo acies ordinantur, etiam imperiti solent uitare. Breuiter tot stratagematibus opus est, quorum usus & peritia uictoriam potissimum procurat, ut uerum sit illud triuiale. Plus ualet ad ictum hostis esse sapiens, quàm fortis. Milites itaque ut benè degant, neminē percutiant, nisi quem debent percutere iustitia manu dante, ad formam iustitię, & sapienter in omnibus procedendo. Hoc igitur paucis sufficiat Militibus, ut sciant, quod neminem debent percutere, & quo modo illud sit intelligendum, ut ordinationi Dei respondeant. Nam quæ ad disciplinam militarem, & *Rom. 13*
14 arma pertinent, non sunt huius loci. Exposito opere, & actione, quam milites profitentur, descendam ad uerba militum, sicut dici potest à uerberibus ad uerba. Nouerint à Deo prohibitum esse nec debilē, infirmum, pauperem, uiduam, pupillū despicere nec pulsare: ita nec diuitem, aut eum cui opere ipso, armisve nocere nequeant, conuitiis falsis proscindere, falso crimine obruere, ut sic bona eorum inuadant: sed nulli mortalium milites calumniam faciant. Nā sermo eorum sit Christianus, uel ut Christus præcepit ita sit ita, & non non. Oportet nanq; uirum Christianum

stianum dicere ubiq́ue uerum, & pacis uerbum in promptu habere. Mentiri ad diabolicos homines, & diabolum pertinent. Boni igitur milites nunquam sint falsi testes, nunquam mentientur, nunquam lingua aliquem percutient, innocentem siue diuitē propter bona, siue pauperem propter inuidiam, inimicitiamq́; siue mediocrem propter æmulationem, contentionemq́; Quid enim turpius est bono & honesto uiro, imò etiam militi adhuc, quàm ut contra naturam generositatis sit Sycophanta, sit diaboli minister calumniator, ut qui litibus per fraudes, & mendacia innocentes prudens sciensq́; uexat? Nolo hîc improbitates calumniæ recensere, quę tantæ sunt, ut malus spiritus eo nomine exprimatur Calūniator, alioqui una hæc opera uitia diaboli enumerarem. Salomon inquit, quod linguam mendacem Deus odit.
Leuit. 19 Moyses ex præcepto Domini habet, Non facies calū
Esa. 54. niam proximo. Esaias clamat, Recede procul à calū
Pro. 14. nia. Prouerbiorum 14. scribitur, Qui calumniatur
Pro. 22. egentem, exprobrat factori eius: Honorat autem eū, qui miseretur pauperis. Paulo post illud uerè refer-
Eccl. 28 tur. Qui calumniatur pauperem, ut augeat diuitias suas, dabit ipse ditiori, & egebit paulò post: Dux indigens prudentia multos opprimet per calumniam: qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius. Hominem qui calumniatur animæ sanguinem, si usq; ad lacum fugerit, nemo sustinet. Non oportet itaque pauperem calumniari, non diuitem, sed pro tuenda ueritate seruantem ueritatis decertare. Quia D. Ioannes sciebat optimè, hæc esse uitia peculiaria militibus, ideo ab eis reuocat. Iuuenalis Satyra decimasexta, enumerat commoda militię, & inter prima collocat, quod liberè pulsare possunt, etiam innocentem. sic enim ait.

Haud minimum illud erit, ne te pulsare togatus
Audeat, imò & si pulsetur, dissimulet, nec
Audeat excussos prætori ostendere dentes,
Et nigram in faciem tumidis liuoribus offam,

Atque

Atque oculos medico nil promittente relictos.

Alterum annotat calumniæ improbum uitiũ militibus familiare.

Et credam dignum barba, dignumque capillis,
Maiorum, citius falsum producere testem,
Contra paganum possis, quàm uera loquentem,
Contra fortunam armati, contraque pudorem.

Veritas aũt suadet militibus, ut ne innocentem pulsent: Nam si malum cædant non ipsi cædunt, sed peccata mali puniunt malum. Modò id fiat iuxta debitam disciplinam, nam iniussu patris Manlij filium pugnasse contra hostem, capitale fuit. Tum ne calũniam faciant, hoc est, ne falsis dictis, factisq;, & imposturis aliquem circumueniant. Iudicẽt milites, qd peierando, falsa dicẽdo, faciẽdoq; promereant, quot innocentes accusant, ut bona possideãt, & falsis testimoniis rem obtineant? contra quidem benè agunt si malè agentes deferant, nam tum non produnt, non calumniantur ipsi, sed facta cuiusq; rem testãtur, iuxta id quod fertur, opera eorũ sequũtur eos. Et, nemo de bono opere lapidibus obruetur. Enumerare licet hoc loco plurima exempla de militibus, qui calũnia alios oppresserunt. Restat ultimũ ut sint contenti stipendiis suis. Quoniam nemo militat stipẽdiis suis: unde ergo Reges & Principes militant, quibus stipẽdium non datur, sed qui potius dant aliis? imò suũ stipendium Reges & Principes habent apud fideles. Nam illud efficitur in Ecclesia Catholica, ut Regi, uel belli præfecto suum stipendium, tributum, reiq; partæ partes tribuantur, nõ minus quàm militi, habita ratione portionis, & laboris, atq; hoc stipendio suo contentus esse debet Imperator, Rex, Princeps, præfectus belli, atq; alii ex ordine oẽs, si plura appetiuerint, aut inuaserint, certè ius naturæ uiolauerint. Ideo apud Hæreticos, apud infideles, omnia infida & infesta sunt: ille plurimum potest, qui uiribus præualet: omniaque plena sunt semper cædis, sanguinis, & tyrannidis, cæterum piis milites:

qui animæ suæ curam habent, & Deo placent, contenti sunt suo stipendio. Neminem concutiunt iniu stè, nulli sycophantiam faciunt, & certè strenui sunt
16 milites.†Quis enim miretur hoc modo admissos milites à D.Ioanne, & promissam talibus æternam esse beatitudinem? primò quia iustitiæ defensores gladiū iustitiæ à Deo magistratui traditum uibrant ad malorum correctionem, & euersionem: ad bonorū protectionem, & conseruationem, tum quoniam quotidiano uitę discrimine, milleq; casibus arduis, infracti, imperterritiq; contra mala obnituntur, augmento boni gaudent, atq; huc omnia sua dirigunt, ut fidem, spem, & charitatem Christianam profiteantur, seruent, propagent, & amplificent. Pœnam malorū hominum suscitāt: quia mali id cogunt, ut fides salua maneat, attamen dolent & animo contristantur, quum hominem puniri uidēt: forti intereà animo, armisq; malos homines inuadunt, & prosternunt: quia mali homines sunt Christi hostes, Christianæ Religionis inimici, quos ut Infideles, Apostatas, Hæreticos, Schismaticos, malos Christianos, omnes tā quam Amorreos, Iebusæos, Philisteos & Hethæos, exemplo Dauidis animo & armis Goliathum illum opprimentis, & necātis, è medio tollere oportet. Vt aūt boni milites talem malorum hominum cateruā extinguant, aut saltem ab ecclesia Christi repellant, atq; arceant, quam uariis laboribus, operibus, instrumētis, armis, ingētibus & heroicis uirtutibus opus sit, quis satis exprimere uerbis posset? Iam uerò quis bonus miles habebitur, nisi qui corpus habeat patiens inediæ, uigiliæ, sudoris, algoris, æstus, agile, robustum, firmisq; uiribus plusquam cuiquam credibile est? qui quoque animo sit forti, inuicto, & ad res agendas audaci, uersato, ac solerti: qui se & uelit, & possit uariis periculis exponere, atque certando superare infida & infesta tela inimicorum? Certè dum cō sydero ingentia pericula, incommoda, atque discrimina, quibus Christiani milites conflictantur, haud dubi-

dubitauerim eos. qui pro nomine Christi arma induunt, atque decertant, martyres pronunciare: quid enim est aliud uita Christiani hominis, quàm militia? quid deinde uita Christiani militis, etiam externa arma pro Christo induentis, & bella gerentis pro sancta fide Catholica, quam periculosissimum, arduum, plenum uirtutis exercitium, & martyrium? Quis nescit Martyrium esse actum quadruplicis uirtutis, uti fortitudinis uidelicet principaliter elicientis, Patientiæ ut elicientis consequenter, Charitatis ut imperantis, & Fidei, ut finis. Cæterum in bono Christiano milite hæc quatuor insunt, aut saltem inesse debent, nimirum fortitudo, patientia, charitas, fides. Hæc quatuor in Christiano milite actiones suas exerunt, & manifestant. Quare haud dubiũ est, quin Christianus miles, non solum qui spiritualis est, sed etiam sæcularis, & qui extrinsecus arma induit armataq; manu iniuriam propulsat, Deo sit charus. Dum uerò eo nomine incommoda patitur, conspicuus Christi martyr celebrandus est. Nam D. Gregorius in Homilia: Duo sunt, inquit, martyrij genera, unum in publico: aliud in mente, & simul in actione. Itaque esse martyres possumus etiamsi nullo ferro percutientium trucidemur, Optimi autem martyres, si persequentium iniuriis, & bellis affligimur, & dira patimur. Mori à persequente martyriũ in aperto est, ferre uero contumelias, & odientem diligere martyrium est in occulta cogitatione. Sed boni milites Christiani, hi inquam, qui externa arma induunt, persequentium ferro percutiuntur, ab hostibus Ecclesiæ, ab hostibus Christi affliguntur pro Christo, & pontificiæ Ecclesiæ Christi defensione cõuitia ferre patienter, opus habent: itaq; sunt martyres in corpore, sunt martyres in animo. porrò quod grauius est martyrium, quàm quum possent commodis uestibus tegi, arma dura, rigida, & frigida induere? quum possent temperatè degere, omnem intemperiem perferre? quũ possent esse in epulis, ieiu-

nare, crudo, agrestiq; cibo corpus uis reficere? quum liceret esse sub tecto: manere sub dio, & pati oẽm cœli, soli, saliq; iniuriam, ac intemperiem? Quamobrẽ qui pro Christiana Ecclesia bella gerũt, haud dubie martyres esse uidentur, Si enim Aeneas apud Virgilium sic suos affatur:

O socii (neque enim ignari sumus ante malorum)
O passi grauiora, dabit Deus his quoque finem.
Vos & Scylleam rabiem penitusque sonantes.
Acestis scopulos, uos & Cyclopeia saxa,
Experti, reuocate animos mæstumque timorem
Mittite: forsan & hæc olim meminisse iuuabit.
Per uarios casus, per tot discrimina rerum,
Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas,
Ostendunt:-----

Quanto alacrius nos affari decet non socios sed fratres defensores nostri, nostræ æternæ salutis & mille, imò mille mala fortunæ, corporisque pro Catholicha Ecclesia, pro nobis patientes? Hos ter, quaterque dicimus fœlices. Nam ut Iuuenalis dicit.

Hos quoque fælices, qui ferre incommoda uitæ,
Nec iactare iugum uita didicere magistra.

Hos profectò martyres dicimus, & honorandos, perpetuaq; laude celebrandos statuimus, ut quibus non solum campi Elysij, sed sancta ciuitas Hierosolyma cœlestis in oculis, & præmio sita est, Vnde templa quoq; erecta sunt super ossa eorum, qui pro Catholica Ecclesia Christi cõtra Sarracenos, cõtra Turcas, contra Hæreticos & impios pugnando mortui sunt in memoriam sanctæ militiæ. Sed quo progredior? Satis pro ratione pręsentis instituti declaraui, qđ milites Christiani Regni cęlestis participes sunt, ideoq; à militia nemo bonus alienus esse debet, nec huic incõmoda inferre, aut iniuriã facere: sed hãc sedulo promoueat. Nã si filij sæculi, filii tenebrarũ, filii inquã Mammonæ astuti sunt in rebus suis tpalibus conseruandis, & ideo terrestrem militiam, inchoauẽrunt: quanto magis æquum, & uerum est, ut filii lu-

cis æternas, ac spirituales res, thesauros S. Ecclesiæ Christi, pontificiam Christianæ Ecclesiæ dignitatē, labore, sudore, & sanguine Christi, martyrū, prophetarum, Apostolorum, tot confessorum, & innocētiū partā conseruent, & defendant? Neq; enim sine summo animi dolore, & gemitu meminisse possum, sanctum Christi sepulchrum ab impiis Sarracenis, Antichristianis, Aegyptiis & Arabibus, dæmoniacis, Turcis oī tigri crudelioribus, uiolatum, prophanatum, occupatūq; teneri? Quis non doleret tot regna Christiano populo adempta? tot animas quotidie perire? tam multa hominū milia tartaro absorberi? Hæc mala melatius serpant, sola militia Christiana uocibus, uotis, corpore, animoq; fauentium efficit. Quid no aggressi sunt Assirij, ut Niniuen suam augerent? Medi ut Ecbatanā? Persæ ut Persepolim? Græci ut Athenas? & Lacedæmonem? Macedones ut Pellam? Latini, ut Romam? Quare quid non facient Christiani suum institutum sequentes, ut Sanctam Ecclesiam Christi pontificiā amplificent, ualentem faciant, quā Græci Ρώμην, nos Romam à robore soliditate dicimus? Illi perpetrandis malis inuenerunt arma: nos Christiani eis utimur ad depellēda mala, & introducenda bona. Illi disciplinām militarem introduxerūt, admodū multiplicē, & subdolam, mille stratagemati bus plenā: nos christiani, ut olim sancti Iudæi, Moysis, Iosues, Gedæonis, aliorum Iudicum, & bonorū Regū signa sequentes fecerunt, ita hodie facimus, ab Aegyptiis, quæ nostra sunt iussu Dei repetimus, disciplinam militarem sanctam, & sacramento militari, firmam, unitamq; retinemus. Quare in hoc sæculo digni sunt supplicio, qui hanc disciplinam lædūt, & æternas postea pœnas huius iniustitiæ & iniquitatis dabūt: ut per quos haud raro contingit, qđ Reip. Christianæ inferuntur, & quod Respub. Christiana infelicia bella gerit, resq; suas repetere nō pōt. Sed uæ uę talibus, qui proprium cōmodū, aut lucrū publicæ saluti anteponunt. Romani Historiographi

haud parum laudant rem suam militarem eiusque ordinem tradunt: nec minus suam Christiani lauda re debent, ut quæ ordinatissima, & Sanctis fœderibus colligata, ac armis ornata munitaq; diligenti industria retinetur. Neq; enim solum, ut leges dicūt in procemio institutionum Imperialium, Imperato riam maiestatē armis ornatā esse oportet, legibusque armatam, sed ipsam quoq; Ecclesiasticam dignitatē defensam, & uerbum Dei conseruatum. Quoniā regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Nisi Ecclesia Dei ui & armis esset hactenus defensa, anne corruisset? an nè sicut Abel à Cain occisus est, ipsa ab īpiis cōculcata fuisset? Vnde si cōtra uim Caini Seth arma sibi fecit, nō mirum est: si Abra ham contra impios pugnauit, non est ab ipsa uolun tate Dei alienū: imò illa uoluntas Dei fuit: sicut & illud, quod Israelitæ armata manu terrā promissionis occuparent. Cui hodie permitteretur uerum catholicum librum legere, si non Catholicorum Regum Hispaniæ, & Galliæ armis defenderetur? adeò nunc res in præcipiti est, ut Respublica Christi armata ma nu retinenda sit. Expedienda est igitur classis Christiana, equitatus, & peditatus, omnisq; exercitus in promptu habendus, augendus & promouendus, ut sancta Christi Ecclesia defensa elucescat. Non opus est martyrium ignis particulare aggredi, & suam opi nionem, dogmatisque uim corroborare, accingāt se omnes, ad uniuersale, & honestum martyrium, ad Christianum inquam bellum cōtra infideles, & Hæreticos, ac si nomen Christi profiteantur, & coronā martyrij referant. Oīs.n. scientia inflat, sola charitas ędificat, unanimiter, non proprij q̄stus, sed Reipub. Christianæ augendæ causa, uires, arma, & opes expe diantur. Hodie Rex Hispaniarū Catholicus & inuictissimus, contra omnem impietatem, omnem suā operam non pollicetur modo sed reipsa quoque insumit: idem facit Rex Galliæ Christianissimus. Nec desunt his legati uiri excellētissimi nec Tribuni, nec Cen-

Centuriones fortissimi, neq; uerò dubium, quin res feliciter geri possit, & Christiana Respub. defendi, modò populus, cuius consensu stantq; caduntq; dominia, & sceptra, obediēs & catholicus & benignus, gratusq; existat: & modò nullam fraudē milites particulares faciant, nec militent aliter, quàm ipsis à D. Ioanne mandatum suprà attigi. Legatus Regis, qui capitaneus generalis uulgò dicitur, classis, equitum, peditum, armorum, & bombardarum, & cōmeatuū, gubernandęq; prouinciæ, curam gerit, omnemque suum conatum refert ad laudem, & honorem Dei, S. Catholicæ Ecclesiæ: ad imperium sui Regis Catholici ad defensionem suorum, ad pacem, & tranquillitatem subditorum, ad perpetuā salutem aīarum. Huius itaque maiestati, & ductui meritò parent nobiles ministrantes promptissimo obsequio, & attēta cura: tum præfectus prætorii, quem uulgo magistrū œconomum uocant, aut Marschalcum Hospitii: Dein capitaneus iustitiæ, prefectus exercitus, aut præpositus campi uocatus: inde præfectus Vigilum: tum præfectus Speculatorum: Posteà auditor uel Iudex causarum exercitus, tum Architecti: denique præfecti delectus militaris tā equestris, quàm pedestris. Inde in disciplina equestri suam operam semper paratam, & ordinatam præstant, primo Tribunus Celerum, qui est capitaneus generalis oīs equitatus legionarij, ac huius mandato obsequētes uiri nobiles armis exercitati: tum Capitaneus uulgo dictus equituū bōbardario rum decurio unus, & alter. Dein decurio Turmarum aliquot, & harum decuriones minores. In pedestri uero disciplina est, Primo Tribunus militaris, uulgò Coronellus dictus, ac huius comes uulgo Locumtenens. Possunt sæpè etiam designari Tribuni militares, qui ducant sex, septem, octo, uel nouē manipulos uulgò insignia nūcupant. Nam summus Tribunus præest decē uel duodecim manipulis militum, inde sequuntur Centuriones, qui præsunt ducentis peditibus bombardarijs, hastatis, triariis, prin

cipibus pugnantibus: tum uexilliferi, & horum uicarii, uulgo Locũtenẽtes. adde huc nobiles Centurionũ, scribas, cursores, satellites, lorarios, tibicines, & tympanisonos, ac similes: postea est pfectus castrorũ, & huius comites, Marschalcus, dein Iudex criminalis cũ satellitio, & præfecto cõpedum. Cura autem bombardarum summa est habẽda, quarum præfectus uigilans & prudens esse dẽt, ac fidelissimus, dicto audiens legato: sicut & ipsius comes uulgo locumtenẽtes unus, & alter, pluresve, si res poscat. His iuncti sunt Nobiles ordinarii, & uagi, tũ rectores, & Vectores, quos conductarios dicunt, inde Præpositus, postea Centuriones aliquot manipulorum, excubantiũ ad Bombardas: denique Receptor rerum pertinentiũ ad Bombardas: Faciendis munimentis adsunt fossores, quorum est unus Tribunus: & huius Vicarius: tum Centuriones, deinde Commissarii, denique instructores. Porrò commeatus gratia designatus est præfectus commeatuum, & huius locum tenens, tũ commissarii: Deinde Curatores Nobiles: posteà Iudex delictorum cum Satellitio, denique summus Receptor commeatuum. Si uerò diligens, sancta, & munita hæc ordinatio equistris, pedestrisque consistat, & iustæ legiones instruantur, ducantur, stratagematicisque uirtutibus regantur, haud paruam defensionem Reipub. Christianæ præstabunt, & Regi, Ducibus, Tribunis, Centurionibus, Triariis, Hastatis, Bombardariisq; gloriam, honorem, utilitatem, & laudem unicuique pro suis meritis referent. Absit autem omnis auaritia, & iniusta æmulatio, ne unius, aut plurium quæstus, aut contentio tam præclaram disciplinam euertat. Quisque sæpius secum cõmemoret illa uerba D. Ioannis Baptistæ, dicentis Estote cõtenti stipendiis uestris: magni enim momenti hæc dictio est, ut quæ unicuique suũ uelit esse stipendiũ, & eo assignato contentũ, non per fraudẽ, nõ per uim, nõ per malas artes quærere aliud, defraudando Regem, aut Rẽpub. aut minimũ militẽ: tũ significat, ut unusq; suo

suo stipēdio sit contētus, hoc est, ut utatꝰ eo parcè & sicut par est, nec quærat aliud aliūde, qđ stipendiū nō est, aut qđ stipēdii noīe nō datur. Quare hac de causa nemini p uim quicquā debēt extorquere, nec auferre:
19 illa de causa fugiant omnia ea per quæ† inutiliter stipendia prodigunt. Nam alii statim in pocula, & cibū unius diei insumūt menstruū stipendiū, & postea ex rapto uiuūt, mentiūtur, fallūt, insidiātur, ludūt, quæuis mala ut habeāt uitæ necessaria conātur, quod dolendū est. Alii in scorta, horūq; basia expendūt sua, & nudati, uel scortis credentes longè pessima perpetrāt donec laqueo etiā, aut cæde, & sanguine uitā finiant, sicut multis cōtigisse trāsactorū memoria, & quotidiana experiētia declarat. Rationabilius faciūt, qui in uestimenta expendunt, & rectius adhuc, qui in arma ac similia militaria instrumenta & ornamenta cōtra sceleratissime illi, qui una hora nō unius, aut duorum, sed quatuor mensium & plurium quoq; stipendia aleis, & similibus lusibus decoquunt. Nullo modo permittenda hæc castris, improbitas, uidetur, ut
20 quæ†origo & radi est multorum, & inenarrabilium malorum, quæ fiunt in re militari Christiana. Nefarium hoc peccatum olim scelestissimis militibus usitatum fuit, qui Christi uestimenta occupabāt. Hos tales sacra scriptura uocat canes mutos, & malignantes, imò concilium malignantium. Sic enim propheta Dauid enunciat plenis buccis: Quoniam circundederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi uerò considerauerunt, & inspexerunt me, diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem. Audiant hæc illi milites, qui primo suum stipendium alea perdunt, uel augent. Nam stipendium quod illis datur, quid est aliud, quàm uestimenta Christi, quàm materia inquam, qua sibi uictum potum, uestes, & arma coemant ut se sustentent, & defendant Ecclesiam Christi, & huic adhærentes, Psal. 21

hærentes,

hærentes, & ut nulli iniuriam faciant; Qui nunc sortem mittunt super hanc materiam, annè super uestimenta Christi sortem mittunt? O uesani milites, qui noctes, & dies laboratis, omniaq; martyria patimini ut Christiani sitis, & participes fiatis gratiæ cœlestis, ac diuini regni, nunc hoc regnum, hanc beatitudinē hāc gratiam perditis iactu aleæ, iactu ineptissimæ rei & stultissimæ exercitationis? neque solum tantam excellentiam per friuolam rem perditis: sed uobis ęternam quoque damnationem accersitis: atque hanc eò grauiorem, quo magis peccando aliis malum præbetis exemplum, qui boni introducendi, conseruandique, contra mali eradicandi, puniendique professores & auctores estis. Quorsum Christi nomen geritis, si contra doctrinam Christi facitis? si super uestes Christi sortem mittitis? si sic facitis, quemadmodum fecerunt illi, qui Christum crucifixerunt. Milites enim præfecti fuere, uestimenta sibi diuidentes, & iactantes sortem super uestem: ut patet ex uicesimo septimo capite Matthæi, ex decimo capite Marci, ex uicesimo tertio Lucæ: manifestissimè autem D. Ioannes dicit, Milites igitur postquam crucifixissent Iesum, acceperunt uestimenta ipsius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, & tunicam: Erat autem tunica inconsutilis à summo contexta per totam. Dixerunt ergo ad se inuicem, Non laceremus hanc, sed sortiamur de illa, cuius erit: ut scriptura impleatur, quæ dicit. Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestē meam iacerunt sortem. Ipsi quidē igitur hæc fecerunt. Hactenus ille. Si tali modo militiā exercetis, iam tum non militia Abrahamica, non Dauidica, non Machabeica, non Centurionis Euangelici, non inquam militia Christi, sed Babylonica, Philisthæica, nebulonis Herodis sanguinolenti cæde innocentiū, imò militia Antichristi diaboli est. Quā obrem unusquisque hęc legens, pius miles, uidēs fratrem aleatorem debet illum monere, in his instituere corrigere, & inobedientē plectendum tradere Centurioni,

Mat.27.d. Mar.15 Luce.23 Io.19.d. Ps.21.c.

tioni, ne sacram militiam Christi infamet,& probro afficiat,& ut animā ipsins seruet. Iure canonico pro hibitum est Episcopo, & omni clero ac laico ne alea ludat. Sic,n.tradit ius. Hinc ēt in canonibus aposto lorum sic legitur. Episcopus,aut presbyter,aut Diaco nus aleæ,atq; ebrietati deseruiēs,aut desinat, aut certe dānetur. Subdiaconus autē,aut lector,aut cātor similia faciēs aut desinat,aut cōmunione priuetur,similiter & laicus. quanto autē miles dignior est communi populo,qui laicus dicitur (quamuis etiā milites ferè laici sunt)tāto magis ab hoc fortunæ ludo abstinebit. Sacramēto enim sacræ militiæ pro nomine Christi gerēdæ obligatus est:quo nominæ lōgè antecellit populo uulgari, utpote qui tale sacramentum nec fecit,nec habet. Porrò canes omni iure appellantur tales lusores, Nā sicut canes os rodūt: ita illi ossa aleæ:& propter ossa,horumque iactum digladiantur ut uerè dictum sit. Dist. 35. Episcop.

Si canis os mandit, socios non gratia iungit.

Si uerba ea quæ contentionē habent paulus uitanda præcipit Corinthiis, & Timotheo,quanto magis illi lusus sunt uitandi,qui plenissimi sunt contentionis,litis,cædis,& omnis maleficij:ut est alearum ludus,deinde cur ludunt,nisi ut lucrifaciāt. Atqui aleæ lusus nullū lucrū infert, ut & omnis lusus fortunæ. Nam uni adimit,& infligit animo tristitiam corpori paupertatem noxiam,imò detestandam inopiam: alteri tribuit,& infert conscientiæ naufragium,ita ut qui lucrum habet in arca,damnum sentiat in consciētia. Nam si conscientiam habet,utique reddet,nec ludet:aut proximi sudorem & sanguinem perfricta frōte haurire gestit,& conscientiam explodit. Hinc uerè dicitur damnosa alea,quia nunqnam sine damno est. Iuuenalis ait. 1.Ti. 11 1.Ti. 6.

Si damnosa senem iuuat alea, ludit & hæres.

Et de canibus Martialis quum ait intelligens astra logismum.

-------Damnosi subsiluere canes.

Se

Sed ponamus, quod alicui talis fortunæ lusus lucrum affert, quid tum fit? quale est hoc lucrum? certe turpe lucrũ, quod Deus punit. Paulus enim haud temerè dixit, scibens Timotheo, Quærentes ditescere incidunt in tentationes, in laqueos, in concupiscentias multas, insensatas & noxias, quæ quidẽ demergunt homines ipsos in perditionẽ, & interitũ. Radix.n. omnium malorum est cupiditas pecuniæ. Inter oẽs cupiditates pecuniæ, nulla peior est quàm ea, quæ coniunctum habet ludum aleæ, & nullę res, uel opes peiores sunt, quàm quæ per aleã, hoc est, per iactum fortunæ acquiruntur. Deus enim primo aleatores semper punit. Hoc Seneca ille gentilis Philosophus facilè declarat, quum in Apotheosi Claudii Imperatoris fingit illum apud Inferos cruciari inani recollectione taxillorum, & fugientis aleæ: nimirũ qui uiuus deditus fuerat talib. ludis. Ipse uerò Palamedes, qui in bello Troiano primus oĩum inuenit (ut Eustathius refert) Cybiã & Peitiã siue pessorũ lusũ, à Græcis interẽptus est, fraudibus Vlyssis: unde sic in Metamorphosis decimo tertio Ouidius canit.

1. Ti. 6.

Vellet & infelix Palamedes esse relictus,
Viueret, aut certè lethum sine crimine haberet.

Sicut ipse huius rei primus auctor periit: ita haud dubiè omnes eius discipuli, & sectatores ad generũ Cereris, cæde, sanguine, paupertate, & mille miseriis, ac iniquitatibus descẽdunt, & æterna dãnatione puniuntur. Quod aũt partũ est ludẽdo, quia male partum, male quoq; perit, ut Adagiũ notat. Deus.n. id fraudibus Diaboli permittit, ut incẽdat, auferat, imminuat, in pernitiẽ ipsius possessoris uertat, id quod de auro Tholosano dicitur. Hesiodus itaq; rectè monet dicens. Noli malè lucrari: mala lucra æqualia dãnis. Porrò nõ minus elegãter dicit Menãder: Morẽ malũ fuge, & lucrũ malũ. quia, ut idẽ infert, lucrum malũ semper damnũ fert. Et turpia lucra calamitates pariunt. Sophocles in Aiace dicit. Ne gaudeas Atride lucris nõ honestis. Quicquid aũt alea acquiri

tur,

tũr, turpe lucrũ est. quamobrẽ præcise statim initio moralium Cato elegãs auctor sic scripsit: Aleas fuge. Scio quod Cicero scripsit, Ludo aũt & illis quidẽ uti licet, sed sicut somno, & quietibus cæteris, tunc cum grauibus, seriisque rebus satisfecerimus. Atqui Cicero non intellexit lusum aleæ, aut ludos fortunæ, sed ludos Gymnicos, & qui uel exercitii, uel recreationis, uel ostẽtandæ uirtutis causa fiunt, non lucri, aut pecuniæ gratia. Sic enim dicit. Ludendi est etiã quidã modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus, elatique uoluptate in aliquam turpitudinem dilabamur. Suppeditat autem & campus noster, & studia uenandi, honesta exempla ludendi, unde certe quidam sic cecinit.

Prodiga non assint admissis brachia ludis,
Exercet uiridis gramine corpus ager.

Et maximè distinguendæ sunt species ludorum. Nã alij sunt ingenii ludi, & hi conceduntur, sed eo pacto, quẽ iã Cicero determinauit, nimirũ ut modus seruetur. Etenim inter oẽs ludos ingenij haud uulgaris habetur Scachius, ab Aegyptiis rerũ abstrusarum indagatoribus, & ingenii cultoribus inuentus: quãuis alii eũ Palamedi asscribant. Hunc Scachium ludũ carmine celebrauit eleganti Vidius, & de hoc illud à uiro docto perstrictum est ad illustriss. Azonem Estensem Ducem Ferrariæ. Hier. Vida.

Alueus exosas pellit lusorius horas,
Lusus habet laudem, si moderatus erit.

Idẽ de cæteris ingenii ludis intelligendum datur. At alii sunt ludi corporis, qui ad tuendã ualetudinẽ pertinent, & uiribus augendis cõferunt, ut est exercitatio corporis, cõseruatio uitæ & salutis. Caloris naturalis lima, uel fomes, exercitatio dormiẽtis naturæ, Corroboratio facultatũ animæ, corporisq;: Cõsumptio superfluitatũ, inimicum otio, lucrum tẽporis, Iuuentutis debitum, senectutis gaudium. Hoc genus ludendi militibus debet esse usitatissimum, nimirum quo corpora indurãtur laboribus, huius ge

neris

neris sunt Venatio,Equiria,Ludi Martii,qui sunt armorum,Gymnici, Palæstrici, Scænici, Agitatores, Gladiatores,sphærici ac similes theatrici. De his constat illud distichon.

Et lucta, & cursu, saltu & certare palæstra,
Hæc benè conueniunt, sed moderata uiris.

De his Cicero quoque intellexit,ut in quibus nō lucri, sed uirtutis est æmulatio, & calcar propter studium gloriæ: uerum adhuc restant ludi fortunæ, ut, alearum, astragalorum & similiū. Qui quidē ludi pp fortunæ bona,scilicet propter pecuniam, uestes & similia fiunt,pleni fraudis, contentionis, & iniuriæ. De his Cicero nihil omnino concedit. Nam improbum erat apud Romanos talibus uti, actionesque hinc ortæ non legibus, sed suppliciis determinabantur. Hi ludi nihil præter damna habent. Vt patet illo disticho.

Amittit nummos, animi sed damna lucratur,
Tempus taxillis qui terit omne suis.

Mat.21 Hi ludi pariunt uaria mala. Nam etiamsi pacato
Ioann.1. animo,sine cæde,& sanguine,ut rarissimè fit,transigantur,aut saltem sine rancore,aut æmulatione: tamen corpori & animo incommoda infligunt,ut pulchrè in remedio amoris testatus est Ouidius, sic canens.

------Finem qui quæris amori,
Cedit amor rebus, res age tutus eris.
Languor, & immodici nullo sub iudice somni,
Aleaque & multo tempore quassa mero,
Eripiunt omnes animo sine uulnere uires.
Affluit incautis insidiosus amor.

Qui lucratus est nummos lupanaribus statim decoquit, aut scortis, ut urgentem & turgentem reprimat uenerem, luxuriemque exinaniat: unde non raro singulares morbos reportat, debilitatem Vulcani inuitus imitatur, uel etiam proserpinæ ingrata præbet oscula, & Paralyticus, uel Flaccus oberrat, qui numos perdidit, cruciatur anxiusque est animi, unde

oleum & panem habeat, mendicato uiuere cogitur, aut furto, aut rapto. Ab amica exclusus ridetur, & iā humi cubat, catarrhis onustus resurgit, & melācholia: ac proximo manus intentat, nisi ministret æra. Tum direptiones fiunt palliorum, spoliationes, & cædes in plateis: aut uiduæ, uel matronæ ædes expugnantur, ut & senis, nec aris parcunt, aut imaginibus, modò sint releuandæ inopię. Inde nefaria committuntur, & abominanda: nec de his conqueri licet, quin mors præsens Briareo centimano uires uibrante interminatur. Iā mens atro sanguine turbida per fas & nefas sacra prophana iuxta habet, inguinis descrimina nescit, nulli formæ cōdonatur, quid dicam ætati, aut sanctimoniæ: scilicet hæc sunt, quę ludi fortunæ nobis parturiunt, & adhuc admittendi censentur? imò explodendi, & euertendi sicut mēsæ nummulariorum à Christo euersæ sunt. Demum illi ludi, qui partim sunt ingenij, partim fortunæ, ut quos chartarum, nucum, uocamus, ut ludus tabularum cum taxillis & similes, quia potissimum fiunt propter lucrum, & temporis iacturam habent, sine alicuius commodi compensatione, ideo certè illis supersedēdum existimo: utpote qui senum, & ægrorum sunt ludi, non militum, non sanorū, præsertim defensorum patriæ. Paucis itaque milites admonitos esse uelim, ut aleas, & similia ludicra fortunę, tā quam scopulos periculosissimos fugiant, nec in castra, aut tabernacula sua admittant, sed ad inimicos fidei relegent, ut eis eneruentur, & inter se commissi digladientur lethaliter, ac cadentes mutuis uulneribus sint nobis spectaculo. Etenim Christiani milites ut sint suis stipendiis contenti, non debent hæc inutiliter prodigere: ne opus sit sceleratius rapere, &
21 suis inter se armis dissidere.† Cæterum non minus est quod nunc percurram, peccatum communi societati & Rei militari noxium: quamuis id multis non peccatum, sed stratagema esse uideatur: nimirū quod Centuriones, ac huius generis uiri militare falsis, cę-

cisque

eisque nominibus stipendia extorquent à Rege, & Rep. ac deficientes tempore necessitatis habēt manipulares. Quum enim multi sint, qui rapiendi causa uel cadentis prædæ spe militiam sequuntur, ut lixæ & calones inhabiles armis, & quos Latini nomine numero exprimunt, sicut dicit Horatius.

Nos numerus sumus, fruges consumere nati.

Et qui cifrarii uulgariter etiam dicuntur: Ex his tempore delectus habendi à Centurionibus, & similibus quibusdam repræsentantur ac inscribuntur catalogo induti armis, uel habentes instrumenta militaria, sed tamen quæ commodato acceperunt ab illis. Peracto quidem delectu, statim hi dimittuntur. Neque enim sacramento obligari possent, aut uellent: sed accepto nummulo contenti sunt, stipendiū autem horum ipse Centurio emungit Regi & Reipub. Nonnunquam unum eundemque militem uersutum, latentem, & fallentem mutata priore persona, & nomine, in delectum, & inscriptionem bis deducunt, ac stipendium simplex militi, alterum sibi deputant: loco interea illo uacante, & tempore pugnæ milite carente. Vnde necesse est, propter defectum numeri nonnunquam Regem frustrari, & malam fortunam esse præsentem, cuius quidem duces & auctores qui quæso alii sunt, quàm qui falsis exhibitionibus personarum tempore delectus fingunt plenos esse manipulos, quum multi desiderentur? Sæpe etiam famulos, opifices & similes homines sibi aliquo munusculo ipsi centuriones deuinciunt, & tempore delectus hos armatos pro militibus producunt, matriculamque implent, facto delectu ad opificia remittūt, uel ministeria, aut alia opera. Secundo delectu eosdem reuocant. Atque talibus fraudibus duplex extorquent stipendiū, sine ullo seruitio. Iā defunctorum, emissorum, exauctoratorum militum inter duos delectus, heu quā multis nominibus stipendia efflagitant, quæ sibi reseruant citra rationem. Posteaquam sic multis fraudibus, Regem suosque Duces luserūt,

admo-

admoniti illud diluunt falso scilicet dicterio: atqui hoc nimirum est militare stratagema. Profecto non militare est, sed furum & latronum: quoniam inscio Domino exigunt quod debetur, idq; malis artibus: tum quia bonos milites non conscribunt nec tyrones supplent numerato stipendio, ideo quod sibi illud seruant. Porrò quid dicam de iis rebus, quas loco salarii militibus obtrudunt longò pluris, quàm res ipsa est, residuumque sibi ingerunt. Anne hoc modo ebibunt, & deuorant sudores militum, ac in causa sunt, cur minus ad rem militarem, bonamque disciplinam attentum militem habeant, iudicent ipsi? Vnde hæc mala proueniũt? quia nõ sunt cõtenti stipendiis suis. Antiquum est uitium, quod nemo sua sorte est contentus: dicente Horatio.

Qui fit Mecænas, ut nemo quam sibi sortem,
Seu ratio dederit, seu ors obiecerit, illa
Contentus uiuat? ------

Verũ optima est uirtus, ut quis contentus sit sua sorte, suo stipendio, suis laboribus. Paulus enim ad Hebræos sic scripsit. Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus, ipse enim dixit, Non te deseram, neque derelinquam, ita ut confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo. Atque scio uerum esse; quod Curtius scripsit: difficile est nos contentos esse eo, quod offert occasio, quippe sordent prima quæque, quum maiora sperantur. Sed longè uerius est illud Ciceronis in Offic. Habere enim, inquit, quæstui Rempub. non modo turpe est, sed & sceleratum est, & nefarium. Atqui Centuriones non contenti suis stipendiis per artes, & fallacias uarias stipendia multiplicant, & sibi imputant ea nullo merito, quid aliud faciunt, quàm quod Regem. Duces, Milites, & militum uxores (quibus defunctorum suorum maritorum per aliquot menses debitum stipendium persoluendũ ipso rũ esset) hoc est Remp. quæstui habent. Ne igitur sint turpes, scelerati, & nefarii, sequantur præceptum D. He. 13.

Ioannis contenti,inquit,estote stipendijs uestris, Per hancquoque Regulā illa munera excluduntur, quæ stipendia non sun t,nec stipendii nomine competunt. quod si igitur Centuriones, ac omnes alii, suis stipendiis sint contenti,non plus, quam debetur,ui,uel fallaciis emungentes:tū si illa stipēdia nō inutiliter expendant,sed parcè,ut Cato inquit

Ne tibi quid desit, quæsitis utere parcè,
Labitur exiguo quod partum est tempore longo.

Tali pacto euitabunt prodigalitatem, & alearum ludos,atq; auaritiam,& sorditiem, unde strenui & armis fulgentes,& corpore nitidi erunt milites, Diuumque Georgium imitabuntur, & ipsos Machabæos,qui de suis stipendiis etiā eleemosynas faciebant,omnia abunde habentes,& Remp.strenuè defendentes. Sed hic desinere uisum est,ne de fæce hauriamus,& quæ forsan ingrata relatu attingamus.

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

Genes.	4.		20.c.d.e.
	14.	Iudith.	4.
Exod.	17.		9.c.d
Leuit.	19.	Psa.	3.
Num.	10.		8.
	13.		17.
	14.		32.
	25.		59
Deut.	20.a.		84.
	23.		146.b.
	32.		149.
Iudic.	6.	Prouerb.	14.
	7.a.		20.
1.Reg.	15		21.d.
	17.		22.
2.Paralip.	14.b.c.		24.
	15.		28.

ec-

Eccl.	1.		32.
	4.	1.Mach.	3.c.
	9.	Lucæ.	3.c.
	28.	Act.	10.a.
Sapientiæ.	6.	Rom.	13.
Esaiæ.	54.	Galat.	6.
Ezech.	25.	Hebræ.	11.

OCTAVA ADMONITIO AD Telones, siue Publicanos, & Tributorum Vectigaliumque Collectores.

SVMMAE.

1 *Publicani, & huius generis homines nunc non minus sunt admonendi, & ad pœnitentiam uocandi, quàm tempore D. Ioannis, & Christi.*

2 *Telones, & Publicani tametsi multis non uidentur esse mali homines, tamen re ipsa non nisi malitia & fraudibus abundant, ut uere peccatores.*

3 *Quid faciant publicani Telonesq; ut à peccatis suis mundentur? nimirum si nihil faciant preterquam quod ipsis constitutum est.*

4 *Quid constitutum publicanis, ne fœnora, & usurã exerceant, ne furtim perdita extorqueant.*

6 *Ne indebitum petant, nec iniuste publicani.*

7 *Publicani etiam possunt esse Iusti, si fecerint sicut præcipitur eis, exemplo Euangelici publicani.*

8 *Contra superbiam publicanorum.*

9 *Contra concupiscentias publicanorum.*

SCriberem perlubenter de publicanis, si æquo bonoque in me animo hæc legerẽt: forsan irasci poteunt, quod ueritatem dicens nonnullorũ, qui uectigalibus tributisq; colligẽdis operã nauãt, uitia attingã. Vlcus. n. cum tangitur dolet: & obsequiũ amicos,

cos, ueritas odiū parit, sed odium apud homines, & amicitiā apud Deum: quia studeo magis esse amicus Dei, & placere Deo cū D. Paulo, q̄ hoīnibus, ideo nō tacebo. Turpeq; du xerim animi sententiā nō aperire, in cōmodū cōis societatis Christianæ, & laudem Dei. Si itaq; suæ saluti cōsultū esse publicani cupiūt, huc accedāt & perlegant: Neq; minus nūc opus erit, ut hoc faciant, quàm cū D. Ioannes in deserto pœnitentiam prędicaret, & ad eū publicani uenirent, nec grauarentur interrogare, quid facerent, ut baptizarentur, & effugerent uenturā super peccatores iram Dei? quod hodie sanctiores nullo modo sunt publicani, quàm tum, forsan et lōgè deteriores: sic minus, hæc tædiola perferā in gratiam eorum quibus prospectū esse debet contra fraudes publicanorū. Quod si utrique parti satisfecero, agam Deo gratias, cuius beneficio didici ipsos monere, corrigere, & iuuare in uia ueritatis, ad æternam animarum salutem. Nam quæcunque huc faciunt, potissimum auctoritate sacræ scripturæ tradita mihique proposita facere. ex quo quidem fonte non nisi aquæ limpidæ hauriuntur. quæ tamen non antè sitim restringūt, quàm ebibantur naturaliter sine infectione. Ita quidem hæc loca scripturæ proderunt sincerè intellecta, clare interpretata procul hæresi, & cupiditate mala relata ad iudicium sanctæ Ecclesiæ uniuersalis, quæ ueras habet claues ligandi & absoluendi, & interpretandi scripturas. Quamobrem doctorum Ecclesiæ suffragantibus utor testimoniis: inter quos D. Ambros. uocationem D. Matthæi à Telonio ad sequelā Christi dicit esse mysticā. Sicut D Chrysostomus & Theophylactus histotiam de diuite & Lazaro scribūt mysticam esse. Atqui id fateor libens, non tamen negatur, quod historia est, & rei gestæ uera narratio. Quandoquidem absurdum esset in uita Christi falsa narrare. tum inconueniens illud nasceretur, quod deesset materia mysticæ interpretationis. nā, si materia, uel res illa, quā mysticū quid est docēdū, fuerit falsa, ipsum

ipſum myſticũ quoq; nõ cõſtabit, quin oĩa naſcentur poetica, uariisq; non certitudinibus, ſed cõiecturis plena. quæ procul à ſacris literis ſunt. Quamobrem quis mirari põt factũ Christi, cur Matth. à Telonio auocauit: qui ẽt à piſcatione auocauit Petrũ, Iacobũ, & Andreã. Piſcatio nõ eſt mala: ergo Teloniũ etiam dici poſſet non malũ, quũ tamen publicani, & meretrices inter ſummos haberentur peccatores. † Certè 2
teloniũ, ut uulgò fit, maxima inſigniq; malitia non caret, à quo Christus Matthæum auocauit; captãs in ſuo uerriculo oĩs generis piſces bonos & malos, eoſque ex aqua limpida, turbida, ſalubri, inſalubri, ſaxoſis locis, & paluſtrib. ut ſignificaret ſuã potẽtiã, nimirũ, qđ eſſet ægrorũ medicus, peccatorũ ſalus & redemptio. Ideo quũ argueretur a Phariſæis, quod cũ publicanis & peccatoribus ederet, illud audiẽs, reſpondit, Sani non opus habẽt medico, ſed male ualentes: eũtes diſcite quid eſt, Miſericordiã uolo nõ ſacrificiũ. Nõ. n. ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Hic diſcunt publicani, quod ſunt peccatores. Iam anteà a D. Ioanne didicerant, quid eſſet ipſis opus, ut ſeruarentur: nimirum quatenus publicani eſſent, non amplius exigerent, non amplius facerẽt, quàm quod ipſis eſſet conſtitutum. † Hic merito quæri poteſt, quid ſit conſtitutum ipſis publicanis: profecto ſi diligenter oĩa ſcrutemur, tunc inueniemus, qđ exactores tributorum eſſe debẽt, neq; improbandi ſunt: quãuis Christo adeo publicani improbẽtur, ut hominẽ excõicatum habẽdum cẽſeat ſicut ethnicum & publicanum. Quãobrẽ eum, quẽ Romani publicanum uocãt, Græci telonẽ, hoc eſt tributorũ exactorẽ, cẽſere oportet penitus malũ eſſe. Iudæi quoq; ipſi publicanum maximũ habebãt peccatorẽ. Iõ Christũ uolentes uituperare uocabant eum amicũ publicanorum & peccatorum. Quod ſi ergo publicanus adeo malus eſt, ſi exactor tributorum & uectigaliũ ita improbatus, quur tolerari debet? Reſpondeo, quod publicanus uel exactor tributorũ officii ſui,

Matt. 9
Luc. 3.
Mat. 18
Luca. 7.

suæque personæ respectu malitiam non habet: sed re spectu iniuriarum, quas facit, & iniustitiæ quã uulgò exercet propter cupiditates inexplebiles. His nanque demptis publicanus nõ inutilis erit in Republ. Christi minister, & fieri potest, ut ipsi publicani & meretrices præcedant Scribas & Phariseos in regnum cœlorum. Publicani, si pœnitentiam egerint, & exemplo Matthæi à Telonio recesserint, ac Christum sequuti fuerint: meretrices, si pœnitentia ductæ continentiam amplexæ fuerint in christo, ut fœmina in adulterio deprehensa, ad christum deducta à scribis & Pharisæis, à Christo absoluta fuit. Raab meretrix hospitalitatis nomine conuersa, iustificata est. Zachæus Christum quærens, ideoque sycomorum conscendens à Christo uisus est, iussus descendere uenit, & clamauit: Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Dixit ad eum Iesus quod hodie salus huic domui facta est, quoniam & ipse filius Abrahæ est. Erat publicanus hic Zachæus, Deoque placuit tam pio facto, nec tamen legitur iussu à Telonio recedere, sed debuit ab omni impietate, & iniustitia longè declinare, sicut propheta ait. Declina à malo, & fac bonum, inquire pacem & persequere eam. Si quis ergo exactor tributorum est uel publicanus, primo exemplo Zachæi doceat se illud munus non quæstus, non lucri, nõ cupiditatis causa, sed propter charitatem, propter subsidium pauperum exercere: tum illud officium tractet non animo, aut studio defraudandi, sed uoluntate & promptitudine satisfaciendi mandatis Dei, ut faciat id, quod constitutum est, quemadmodum D. Ioannes publicanis respõdit. † Quid ergo cõ stitutum est tributorum, uectigaliumque exactoribus hoc est, publicanis, nimirum id quod præcipitur Leuitici uicesimoquinto. Pecuniam tuam non dabis fratri tuo ad usuram, & frugum superabundantiam non exiges. Et quod Genes. 31. Iacob exprobrat Laban, Quicquid furtim peribat, à me exigebas. Non enim

Mat 21

Ioan. 8.

ad Heb.

Lucæ. 19

4

Leuit. 25

Gene. 3.

enim quod furtim quis abſtulit exactionibus adhuc petere debet. Sicut hodie multi fictis ſyngraphis, aut ſubſtitutis moliuntur nominibus, bis & ſæpius exigentes ac idem extorquentes. Tertio quod docetur Exo. quinto: Ne quis exigat indebitū. †Hoc q̄a Pharao, & huius exactores fecerunt, ideo à Deo puniti ſunt. ſic legitur Exodi quinto, præcepit ergo in die il- *Exod. 5.*
lo Pharao præfectis operū, & exactoribus populi dicens. Nequaquam ultra dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, ſicut prius: ſed ipſi uadant & colligant ſtipulas, & menſuram lapidum quam prius faciebant, imponetis ſuper eos, nec minuetis quicquā uacant enim, & idcirco uociferantur, dicentes, eamus & ſacrificemus Deo noſtro. Quia exactores iniquè uexauerūt populum, Moyſes ad Dominum clamauit pro populo, & Dominus exaudiuit Moyſen, di- *Ex 0..*
cens. Ego audiui gemitum filiorū Iſrael, quo Aegyptii oppreſſerūt eos, & recordatus ſum pacti mei: ideo dic filiis Iſrael: Ego Dominus qui educā uos de ergaſtulo Aegyptorum, ac eruam de ſeruitute. Quarto quod habetur Deuter. decimoquinto. A peregrino & *Deu. 15.*
aduena exiges, in ciuem & propinquum repetendi non habebis poteſtatem. Rurſus Deut. 19. ita ſcriptū *Deu. 19.*
eſt. Cumque diligentiſſimè perſcrutantes inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendaciū reddēt ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui ut audientes cæteri timorē habeant, & nequaquam talia audeant facere. Non miſereberis eius ſed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges. Hæc lex talionis iuſtam docet exactionē tributorum, & ſimilium quando iniuſtis exactionibus populum ſuum principes grauant fieri ſolet uaſtatio regni eorum. Docetur hoc 4. Regum. 23. de Ioachim, qui argentum, & aurum dedit Pharaoni, cum illud indixiſſet terræ per ſingulos, & unumquemque iuxta uires exigeret de populo terræ ſuę tam argentum quàm aurum, ut daret Pharaoni Nehao. Ideo

Nehemias magistratum admonuit, sic dicens. Vsuras
2 Esdr. 5 ne singuli à fratribus uestris exigatis: nos redemimus fratres uenditos gentibus, & uos uendetis eos ut redimamus, non res bona est. quare non ambulatis in timore Dei, ne à gentibus inimicis nostris nobis exprobretur. ego, fratres & pueri mei commodauimus plurimis pecunias, & frumentum. non repetamus in commune istud. æs alienum concedamus, quod debetur nobis reddite eis hodie agros suos, & uineas suas, & olíueta sua, & domos suas: quin potius & cẽtesimam pecuniæ, frumenti, uini & olei, quam exigere soletis ab eis, date pro illis: & dixerunt. Reddemus & nihil quæremus ab eis, sicque faciemus ut loqueris. & uocaui sacerdotes, & adiuraui eos, ut dicta exequerentur: insuper excussi sinum meum, sic dixi, Excutiat Deus omnem eum, qui nõ compleuerit, de domo, deque laboribus sic excutiatur & uacuus fiat: Respondit uniuersa multitudo Amen, & laudauerunt Deum. Inde ab ipso die præfecturæ annonas non exegi, non comedi, quæ ducibus debebantur. Sed duces ante me sic populum grauauerãt, & acceperant ab eo quotidie in pane & uino, & pecunia siclos quadraginta. Sed & ministri eorum depresserant populum scilicet tributa exigendo. Ego id non feci propter timorem Domini: quin potius de meo muros ædificaui, contribui, agros non emi, hospitio semper & mẽsa excepi iudæos, & magistratus centum quinquaginta uiros, & qui de uicinis gentibus accederent. Hæc ille: Quibus patet quàm sit graue exigire tributa iniuste: quinimo Deum imitari debemus, qui ut Iob undecimo dicitur, multo minora exigit à nobis, quàm
Iob. 11. nostra iniquitas meretur. Vnde Exodi uicesimosecũdo dicitur. Si pecuniam mutuò dederis populo meo
Exo. 22. pauperi, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes. Iam uerò propter multas exactiones, tumultus, & uastatio Hierosolymæ contigit. Itaque
Esaiæ. 3 Esaias propheta dicit. Populum meum exactores sui spoliauerunt, & mulieres dominatę sunt eis. Popule

le meus, qui te beatum dicũt, ipsi decipiunt te, & uiā gressuum tuorum dissipant. Deus tamen illos adiuuit. Vnde capite nono Esaiæ legitur. Iugũ enim oneris eius, & uirgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian: quia omnis uiolenta prædatio cum tumultu, & uestimentum mixtũ sanguine erit in combustionem. Rursus capite decimoquarto ait propheta, quod Deus miserebitur populi sui, efficietq; ut domus Israel possideat populos in seruos, ancillas, capiet eos qui se ceperant, & subiiciet exactores sibi. Vnde libro tertio Esdræ dicitur. Inuentum est quod ciuitas illa ab æuo regibus restitit, homines refugæ & prælia efficientes: & Reges fortissimi erant in Ierusalem dominantes, & tributa exigẽtes à Cœlesyria & Phœnice. Deus non exigit à nobis ultra quam quis potest. Nec tentat nisi quantũ sustinere possumus: quare ergo nõ exigemus inuicẽ plus quàm quis contribuere potest? si exactor uectigalium imperauerit importunius, manui Dei mãdetur. Christus quidẽ dicit, Date Deo, quæ Dei sunt, & quæ Cæsaris Cæsari. Et Paulus etiam asserit, quod cui tributum, demus tributum, & cui uectigal, pendamus uectigal. Itaque tributum exigere, dare, imponere no est contra legem Dei. Sed plus exigere quàm populus præstare possit, hoc est lamentabile uel malum: Boni est enim pastoris tondere pecus, non deglubere. Qui itaque exactiones uectigalium ac tributorum redimũt, illi ut quæstum faciant, nonnunquam per sycophantiam extorquent numos, pauperes expoliant, ac plurima mala inuehunt faciunt enim, quod nõ est constitutũ à Deo, non ab hominibus: nimirum exigunt plus quàm debetur. Sed si quod constitutum est mandato Dei, consensu populi, æquitatisq; causa publicani faciant, improbari non possũt. Hinc telonæ apud Athenienses, quandiu in commune Reip. popularis commodum laborarẽt postposito proprio lucro, eatenus honorabiles extiterũt: degeneres, paulatim ab antiquorũ moribus cõtẽpti, probrosissimi quę

Esai. 9.

Esai. 14

3 Esd. 2

hominessunt habiti. In Republ. Romana publicani sunt summopere exculti primò. Cicero quoq; eos Reipub. neruos uocat, Reipub. maximum ac præcipuum firmamentum: tandem quum uilissimi quiq; inciperent fieri publicani, & dignitatem quæstui exponerent, facti sunt abiectissimi: Quare in Repub. Christi si boni benè fungantur hoc suo munere, possunt fieri salui: scilicet si nō amplius fecerint, quàm ipsis tanquam magistratus ministris, & ea quæ à magistratu imperantur, bona honestaque censentibus commissum, constitutumque fuerit. Atqui hoc est, quod publicani didicerunt ex responso D. Ioannis Baptistæ præcursoris christi, & ad Christum omnes

6 dirigentis. † Nunc ergo audiamus quid ipse christus

Luc. 18. de publicanis proloquutus est Nos autem legimus eum disseruisse hanc parabolam ad eos qui persuasi se iustos, alios præ se contemnebant. Duo uiri ascēderunt in templū ut orarent, unus Pharisæus & alter publicanus. Pharisæus stans ad se hæc orabat. Deus gratias ago tibi, quòd non sum sicut reliqui homines, rapaces, iniusti, mœchi, uel ut hic publicanus. Ieiuno bis in sabatho, omnium quæ possideo, decimas do. At publicanus longè stans ne oculos quidem in cœlum eleuare uolebat, sed percutiebat pectus suum dicens. Deus misericors esto mihi peccatori: Dico uobis, hic iustificatus descendit in domum suam magis, quàm ille. Quod omnis exaltans seipsum, humiliabitur: & humilians seipsum, exaltabitur. Qur autem iustificatus sit publicanus tria efficiunt, quorum primum est humilitas cum contritione cordis: alterum fides in Deum omnipotentem & largitorem Christum: tertium confessio, & imploratio ueniæ. Hæc tria publicanus ille præstitit, non ex se, sed Deo ita permittente: quia Deum quęrebat, adiuuante: quia fidebat, iustificante, quia opere ipso id exequebatur. Quicūque ergo publicani uolunt iustificari, insistant uestigijs huius Euāgelici publicani. Primò humilient sese. Profecto uidemus

mus publicanos, uectigalium collectores, esse homines impudentissimos, superbos, audaces, immisericordes, auarissimos, fraudulentos, calumniatores. Horum exempla licet apponere, si placet plurima.

7 † Vnde quęso tot uitiis abundant? propter superbiam: quia pecuniam tanquam rerum reginam uenerantur, & possident, cuius subsidio se cœlum penetrare posse existimant. Itaque si ab hac superbia discedant, & terram respiciant, cogitentq; se, per pecuniam non nisi terram esse; puluerem, & in puluerẽ resoluendum, haud dubiè humiliabunt se, & misericordes atque benigni erga alios efficientur, pauperes iuuabunt diuites non calumniabuntur, nihil amplius exigent, quàm quod constitutum est.

8 † Porro humiliati pręteritorum malorum pœnitentiam agant, & pectus suum pulsent. quoniam cupiditate habendi ad hoc officium accesserunt, & cõcupiscentia cordis insatiabili, hanc abiiciant, pulsent, explodant. Concupiscentia enim cum conceperit parit peccatum. Peccatum uero cum consummatum fuerit generat mortem. in lege scriptũ est· Non concupisces domum proximi tui, non desiderabis uxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, non omnia quæ illius sunt. Deuteronomii quinto legitur. Non concupisces, Ecclesiastici nono. Non zeles gloriam, & opes peccatoris: Imo autem dixit Ecclesiasticus: Ne sequaris In fortitudinę tua concupicentiam cordis tui: Et alibi sic ait, Post concupiscentias tuas non eas, & à uoluntate tua auertere. Si præstes animæ tuę concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Iterum, inquit. Fili in uita tua tenta animam tuam, & si fuerit nequam, non des illi potestatem. Qui uero concupiscẽtias refrænat, cor suum pulsat, ex quo oriuntur malæ cogitationes malæ cupiditates, & uitia omnia. Cęterum publicani (prohdolor) non pulsare uolunt pectus, sed adhuc dilatare: non enim refrænant

Iacob. 1. *Exo. 20.* *Deut. 5.* *Eccle. 9.* *Eccle. 5.* *Eccl. 18* *Eccl. 37*

frænant suas habendæ pecuniæ, possessionumq; proximi cupiditates. quin maximè dilatant quò plura habent, eo ampliora appetunt, duas habent in corde sanguisugas, quæ dicunt, Affer, Affer. Atqui rectè Horatius ad Sallustium scripsit.

Pro.30.

Latius regnes auidum domando
Spiritum, quàm si Libyam remotis
Gadibus iungas, & uterque Poenus
Seruiat uni

Domant aũt spũm, qui pectus suum pulsant, qui auaritiam, & concupiscentias pellunt. Nam multa petentibus, desunt multa: Benè est cui Deus obtulit parca quod satis est manu. Si ergo benè agere uolũt publicani, pulsent pectus suum, meminerint carminis Horatiani.

-------Ego Vectigalia magna
Diuitiasque habeo tribus amplas regibus, ergo
Quod superat non est, melius quo in sumere possis?
Cur eget indignus quisquam, te diuita, auare?
Templa ruunt ant. qua Deum. cur improbe charæ
Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo?
Vni nimirum rectè tibi semper erunt res?

Et quod aliò loco scripsit.

Nec te semper inops agitet uexetque cupido,
Non pauor, & rerum mediocriter utilium spes.
Virtutem doctrina paret.-----

Quæ est hac doctrina sanior, quàm ut quisq; suũ auarum pectus, suum cupidum cor pulset: ne crescentem sequatur cura pecuniam, maiorumq; fames: ne hæc uota Midaica quem transuersum agant, ne quis se Iudæ exemplo Christum propter denarios paucu los prodentis, laqueo suspendere cogat. Nihil est aũt extrinsecus cor pulsare, uestiméta scindere, & corpora affligere: nisi etiam intrinsecus & in cute pia affectio exoriatur. Ioelis secundo dicitur: Scindite corda uestra, & non uestimenta uestra, ait Dñs omnipotens. ita pulsate quidem pectus, sed prius expellite, & expurgate uetus pectoris fermentum concupiscẽtias

Ioel.2.

tias

tias scilicet. Inculcandum est aũt hoc præceptum diligenter ipsis publicanis: quorum multi malè perierunt. Verè etiam Ouidius dicit.

Non habet euentus sordida præda bonos.

Licet hic attingere exempla publicanorum, qui miserè uitam suam finiuerũt. Nero quam plurimos sustulit. Etsi primò publicani in ordinem equestrem erant ascripti, principes eius ac equitum flores dicebãtur: tamẽ postea euiluerunt depravatis motibus. Nam mancipes, Scribæ, & Libertini, uilissima mancipia seruitio exempta, facti sunt publicani, & qui uectigalia redimebant. Inter quos qui prærogatiuã obtinerent, adhuc mancipes dicebantur. Propter plurima furta, & fraudes, uariis publicani pœnis sunt affecti ab Imperatoribus, Regibus, Rebuspubl. principibusq; uiris. Vulgò etiam inferni & diabolorum Euangelistæ nominantur publicani, & Vsurarii, Tabernarii, & molitores. Neque solum sibi perniciem ipsi publicani accersunt, sed etiam suæ progeniei, ut ad quam pœnæ redundant. Quamobrem meritò suũ pectus pulsare debent, & exuere noxiam cupiditatẽ fallendi, habendi per fas & nefas: induere benignitatem & iustitiã, ne amplius exigant, aut accipiãt, q̃ par est, ut pauperibus nullã calũniã, nullã iniuriã faciant. Hoc si fecerint, & in Deo spem fidemque suã collocauerint, misericordiam, & peccatorum remissionem petiuerint, qui potens est remittere petentibus debita, ueniam malefactorum haud dubiè consequentur, & redibunt domum iustificati. Hi itaque modi, quos paucis perstrinxi, optimi, ac ueri uidentur, quibus publicani obtinebunt eam gratiam, ut ad Christum tutò, & securè accedant, atque in Ecclesia Christi permanere possint, imò etiam cum ipso Christo mensæ accumbent, & honore non carebunt.

Remis-

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

Genes.	31	Esaiæ.	3.
Exodi.	5.		9.
	6.	Ioel.	14.
	20.	Matth.	2.
	22.		18.c.
Leuitici.	25.		21.b.
Deut.	5.	Marc.	2.b.
	15.	Lucæ.	3.c.
	19.		5.f.
2.Esdr.	2.		7.e.
3.Esdr.	5.		15.a.
Iob.	11.		18.c.
Prouerb.	30.		19.
Eccles.	5.	Ioan.	8.
	9.	Hebrę.	11.
	18.	Iacob.	1.
	37.		

NONA ADMONITIO AD *Vsurarios, Fæneratores, & quos honestiore uocabulo uocamus. Financiarios actiuos.*

SVMMAE.

1 *Quod propter ingentia mala Vsurariorum & Fænerato-rum opus est duris remediis, & graui admonitione.*

2 *Quare permissum Iudæis ut exercerent fænera, & Vsuram cum gentibus.*

3 *Iudæi illicite Vsuram exercentes in uarias calamitates inciderunt.*

4 *Christiani quia in fænoribus & Vsuris imitantur facta Iudæorum, ideo plurimis quoque incommodis uexantur.*

5 *Vsurarii, & huius generis homines difficulter admodum*

ab

ab incæpto possunt dehortari.

6 *Vsurarii potius uirtutibus quàm pecuniis acquirendis studendum esse cogitent, & maxime liberalitati.*

7 *Vsurarii si uolunt Deo placere, non diabolo, debent relinquere suas usuras & fraudes.*

8 *Vsurarii suis fraudibus nil minus faciunt, quàm si homines occidendant.*

9 *Respubl. præclaræ semper Fœneratores, & Vsurarios expulerunt.*

10 *Hæreses una cum fœnoribus, & usuris inuaserunt* Respub.

11 *Vsurarii sunt ubique terrarum infames.*

12 *Vsurarii sunt idololatræ.*

13 *Qualis est usurarii permissa usura.*

1 VOx prophetæ Dauid in diuino oraculo redditur: Qui non dedit pecuniam suam ad usurã, & munera super innocentem non accepit: is habitabit in tabernaculo Dñi. Quamobrem uerũ est, quod qui pecuniam suam dat ad usuram, & qui munera accipit, ut iustitiæ desit, uel innocentiam opprimat, is nullo pacto potest habitare in tabernaculo Domini Dei, nec requiescit in monte sancto eius. Licet mirari, cur tam duram sententiam statim ab ipso procemio inferam. Sed quicunque nouerit cacoethicis, cãcrosisq; ulceribus opus esse forti medicina: & ut Ouidius ait, *Psa. 14.*

Vt corpus redimans ferrum patieris, & ignem:
Arida nec sitiens ora leuabis aqua.
Vt ualeas animo quicquam tolerare negabis?
At pretium pars hæc corpore maius habet.
Dura aliquis præcepta uocet mea, dura fatemur
Esse, sed ut ualeas multa dolenda feres.

Equidem ut saluberrimam admonitionem, tanquam utilem, & expetitam inueteratis malis, si non curandis, saltem imminuendis, mitigandisque medicinam faciam, quatenus mihi licet tanquam rigidus

dus uirtutis satelles, & durus medicinæ minister commodius pręfari nequeo, si quidem boni medici officium est, ut misericordia ca[illegible]ar, sicut Rhazes inquit; ne dum affectibus inseruit, & lenitate quasi malo adblanditur, uires tribuat morbo, & ut Ouidius etiam cecinit,

Vidi ego quod primò fuerat medicabile uulnus
Dilatum, longæ damna tulisse moræ.

Imò leue statim ulcus negligētia uel lenitate redditur incurabile. Credo equidem laxitate disciplinæ Christianæ plurima mala ita altas nunc radices egisse, ut non queant curari, nisi cruentus & immitis adhibeatur medendi methodus. inter quæ principatū quoque non paruum obtinent cupiditates habendi pecuniam. quarum causa introiuerūt fœnora, & usuræ, mala detestabilissima. non enim sunt naturalia, non artificialia, sed uariæ, uagæ Prothei fraudes, & plusquam sophistici Elenchi: utpote quod ipsa ueritas conuincit Elenchos: sed usuras & fœnora ipsa doctrina Christiana, quæ absolutissimæ ueritati innititur, non potest extirpare, quin opus est uirga, & forsan ferrea. quanquam ubique in Ecclesia Iudæorum abominabilis usura declarabatur, & præcepto à Domino prohibita erat: tamen hanc Iudæi certatim
2 exercebant, & adhuc hodie exercent. †Nam quod cū gentibus usuram exercere poterant, id cōcessum fuit propter iniquitatem gētium, etiam detinentium ea bona, quæ iure ipso pertinebant ad Iudæos. exempli gratia, bellum malum est: homicidium uetitum est, tamen Moyses, Iosue, Gedeon, Dauid, Iosias, Centurio Euangelicus laudantur, & honestissimis rationibus impulsi bella gesserunt, atque multos occiderūt. quid ita? ut se, suos, amicos, suum populum, sua denique bona defenderent, & malos punirent, ideo ex mandato Dei talia perpetrauerunt, quæ in aliis non possunt admitti. A bonis enim oīa bene gesta sunt, quum à malis quoque optima negotia malè gerātur. Sicut dicitur, omnia munda mundis, coinquinatis

&

& infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum mentes & conscientiæ. Ad eundem modum profectò usura & fœnus res pessimæ sunt, indignæ societate Christiana, aut congregatione piorum. nihilominus Iudæi quo tẽpore boni erant, & uocabãtur sanctus populus Dei, hanc cum gentibus exercebant, ut etiam in pace, & sine tumultu, sine cęde, sine bello hoc gentilitio bello commento, tanquam gentium recto iudicio sua recuperarent, atque ipsæ gentes suo se iugulabant interea gladio. Non enim Iudæi quærebant defraudare, aut debebant fallere gẽtes, sed tantum sua repetere, & recuperare, ut haberent suæ uitę necessaria, quibus gentes nitebantur Iudæos defraudare, aut spoliare. quare si quis usuram faciat cum eo, à quo nihil sibi debetur, uel plus quã debetur, exigat per usuram, haud dubiè peccat & grauissimè. Usura enim concessa fuit Iudæis ad puniẽda peccata gẽtilium, atque ad patrocinium iustitiæ, facilitatemque res suas recuperãdi: sicut lites, pœnæ malorum, appellationes, reprehensiones, incarcera-
3 tiones, cædes atque bella, horida bella. † Sed quia Iudæi posteà nec usuram fecerunt cum gentibus, sicut debebant, nec inter se sine usura uixerunt, sicut hoc testatum est Ezechielis uicesimosecundo. Munera, inquit, acceperunt apud te ad effundendum sanguinẽ: usuram, & superabundantiam accepisti, & auarè proximos tuos calumniabaris, meiq; oblita es, dicit Dominus Deus. Ecce complosi manus meas super auaritiam tuam quam fecisti, & super sanguinem, qui effusus est in medio tui, Proinde dispergã te, ait Dominus, in nationes, & uentilabo te in terras, & deficere faciam immundiciam tuam à te, & possidebo te in conspectu gentium. Quin etiam usura ac auaritia iudæorum causa fuit ruinę ipsorum, propter hãc crucifixerunt Christum prohibentem thesauros facere in terra. Quamobrem statim continuis bellis, morbis, atque miserijs sunt oppressi, & tandem penitus euersi. Paulus Orosius narrat, Mat. 6
quod

quod Caligula Iudæis infestissima spreta legatione Philonis omnes Iudæos, sacras ædes, atq; in primis antiquum illud in Hierosolymis sacrarium propha nari sacrificiis gentilium, ac repleri statuis simulachrisq; imperauit, seq; ibi ut Deū coli præcepit: qui Christum regem pacificum crucifixerant, nunc à tyranno Rege impiissimo excarnificantur, præterquā quod diaboli animas eorum raperent. Paulò post ille scribit, quod anno septimo Claudij Imperatoris sub procuratore Iudææ Cumano, in Hierosolymis tanta seditio in diebus azymorum exorta est, ut in portarū exitu populo coarctato triginta millia Iudæorū cæde prostrata, & cōpressione suffocata referātur, Post al terūinde annū Claudius ipsos Iudæos assiduè tumultuantes Roma expulit. Et adhuc Iudæi in impietate sua persistebant usurarij pertinaces, sicut Iuuenalis insinuat de his.

Sponte tamen iuuenes imitantur cętera solam.

Inuiti quoque auaritiam exercere iubentur.

Nempe parentes docebant suos filios usuras, harumq; fraudes etiam adhibita disciplina in re tā peruersa, Qua de causa Vespasianus, & Titus Hierosolymas tandem ui armata expugnans, sexcēta millia Iudæorum interfecit, ut quidam habent. sed Iosephus Iudæus captus, & dimissus, scripsit undecies cētena millia partim gladio, partim fame periisse. Reliquias uerò Iudæorum diuersis actas cōditionibus toto orbe dispersas, quarum numerus ad nonaginta M. hominū fuisse narratur. Cætera pænitus destructa sunt, & de Iudæis ipsi Imperatores magnificum agentes triumphum Romā ingressi sunt. Dissecti Iudæi uentrem repleuisse auro inuēti sunt, & hoc tegminio declaratum est apud oēm posteritatē Iudæos talia supplicia pp usuras, fœnera, auaritiam, mercandiq; fraudes perpessos esse. Quare mirandum est, quod adhuc
4 Iudæi non metuunt iram Dei, nec ab usurarum, fœnerandiq; libidine abstinent. †Magis aūt conquerendum quod Christiani nituntur studiosè, in hoc tam

ſcelerato quæſtu ipſos Iudæos ſuperare: unde oīa ma
la in orbē christianum inundauerunt: Neq; Saracce
ni, neq; Turca, neq; quiſquā hæreticus Eccleſiā chri
ſti labefactaſſent adeo, ut hactenus fecerunt, ſi uſura,
& fœnus, ac ſtudium habendi pecunias per fraudes,
impiasq; mercaturas non admiſiſſemus. Extirpatio
itaq; uſurarum eſt neceſſaria, ac pertinet eò, ut Eccle
ſia Chriſti ſalua permaneant, nec opprimatur. Quid
eſt aliud cōcedere uſuram, q̄ Eccleſiam Chriſti oppri
mere? q̄ Chriſtianum hoīem deuorare? Si igitur blā-
dis uerbis fieri nequit, ut tale malum de medio tolla
tur. Malo nodo q̄ratur malus cuneus & durus. Itaq;
duriſſima admonitio agamus, ſi fortè ſic prodeſſe po
terimus. Sin minus, ferro opus erit. Nam certè tolerā
di nō ſunt amplius uſurarij, fœneratores, collectores
5 pecuniarū per aſtutas impoſturas. †Alchimicus ſe ex
tenuat, & multam bonā materiam corrūpit: ſed aīæ
iacturam non facit, niſi proximum decipiat: at uſura
rius ſe, ſuos, totamq; ſocietatem Chriſtianam exhau
rit, hoſtes Eccleſiæ ditat, aīam ſuā ſuorumq; perdit.
Vt uerè dici poſſit quod uſurarius, fœnerator, impius
mercator, id eſſe in ſocietate Chriſti quod ſcirrhoſus
liē in corpe hoīs. Hic enim ſe implet corpus exte-
nuat, deniq; utrumq: necat, & perpetua triſtitia mē-
tem hoīs inuoluit: nimirum aīam ad æternam dam
nationē perducit. quiſquis uerò Spleneticus eſſe inci
pit, uix aut nunq̄ curari poteſt. Ita mihi uidet, quod
uſurarius, fœnerator & impius pecuniæ accumula-
tor rarò corrigitur, nec audit currus habenas. Attñ
nō deſiſtam paucis uſuratios, huiuſq; farinæ nūmu-
larios, qui plures Mercurio, quā Chriſto preces nu-
merant, admonere pii officii. Vt ſiquo modo poſ-
ſum, id euincam, ut cultutæ patiētes commodent au
res, aiq; deſiderent intelligere viam ueritatis & iuſti
6 tiæ. †Primò cogitēt uirtutes eſſe præclariores omni
theſauro, auri, argenti, terreſtriumq; rerum quod ip-
ſa rerum naturæ cognita ueritas Horatium hominē
ethnicum clamare compulit, dum ait.

Vilius argentum est auro, uirtutibus aurum.

Iam inter mortales uirtutes, ut quæ tẽporales tũ sunt, locum summum habet liberalitas iustitiæ species. Atqui si quis liberalis esse desiderat, non potest esse fœnerator, nõ usurarius, non iniustus possessor pecuniæ. Sed diuinæ uirtutes longè pstantiores sunt prædictis: utpotè immortales & Theologicę, quaiũ perfectissima est Charitas, quæ omnino est contraria usuris fœnoribus, noxiis rerum proprietatibus. Adde huc, quod auaritia est ex septem peccatis mortalibus unum cuius species sunt usuræ, fœnerationes, iniqua dñia rerũ quamobrem qui peccata mortalia uult fugere, & uirtutes sequi utiles ad immortalitatẽ is esse debet eleemosynarius, non usurarius, non fœnerator, nõ finãciarius actiuus, non lõbursarius, quos Lõbardos dicimus.

7 †Iterum cogitent Deo magis esse parendũ quàm diabolo: & Dei uolũtatẽ præferendam, diaboli excindendam. Deus uetat usuram

Deut. 23 facere fratri suo. Sic. n. legitur Deut. 23. Non fœnera-

Exod. 22 beris fratri tuo pecuniã ad usuram, sed mutuabis illi

Leui. 25. etiam absq; usura. Exo. 22. legitur. Nec usura oppri-

Nehe. 5. mes eum. & Leuitici 25. ne accipias usuram ab eo. Nehemiæ quinto, Vsuras ne singulis à fratribus exigatis uestris. Adeo sæpè inculcatur ubiq;, ne exerceãtur usuræ, fœnora, & iniqua commertia, quia Deus illa omnia prohibet, ne ferre potest. Quis enim usuras inuenit nisi diabolica fraus: quæ statim in Caino emicuit? quare ad illius munera Deus non respe-

Genes. 3 xit, sed dixit. Nònne si rectè obtuleris, rectè non di-

Act. 5. uisisti, peccasti? Cainus enim sibi uoluit reseruare uendicare, & tribuere, quę non debebat propter usum. Petrus dicit, ut haud absimile exemplum allegemus Ananiæ, Anania, cur tentauit Sathanas cor tuum, mentiri te spiritui sancto, & fraudare de pre-

8 tio agri? †Tertio cogitent usurarii, fœneratii, & numularii iniqui, quod hominem non debent occidere: Non occides: pluribus locis sacra scriptura clamat, & lex id de mandato Dei fert. Sed qui fœnera-

tur, occidit hominem. Forsan hoc paradoxon erit multis, uerum est tamen, & multis argumentis doceri potest. Cato Rei rusticæ peritus, uir bonus, Agricola prudens, rogatus quid maximè in re familiari expediret? respondit benè pascere: Quid secundum? satis benè pascere: quid tertium? benè uestire: quid quartum? arare: Et cum ille, qui quæsiuerat, dixisset quid fœnerari? tum Cato, quid hominem, inquit, occidere? Tantum scilicet scelus olim habitum est fœnerari, longè grauius usurarium esse, hoc ethnicus homo censuit, hoc alii approbauerunt. Denique Cicero tanquam ueram legem hoc promulgat in officiis. Et rectè quidem: Nam D. Ambros. apertè ostendit, in libro de bono mortis, quod qui usuram accipit, rapinam facit, uita non uiuit. nimirum seipsum occidit, dum efficit ne ipse uiuat uitam, & alium occidit, dũ rapinã facit. Itaq; idẽ Ambrosius infert, Ab illo exige usuram, cui meritò nocere desideres: ab illo usuram accipe, cui iure inferuntur arma: huic legitimè inferuntur usuræ, quem bello uincere potes: & contra, ab hoc usuram exige, quem non sit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qui usuras flagitat: sine gladio se de hoste ulciscitur qui fuerit usurarius exactor inimici. Ergo ubi ius belli, ibi ius usuræ, ubi ius homicidii, ibi ius usuræ. Vnde D. Ambrosius tertio officiorum ipsum fœnus uocat latrociniũ. Sic enim habet: Cur in fraudem conuertis naturæ industriam? cur affectas inopiam? cur optari facis pauperibus sterilitatem? fles publicam fertilitatem? exploras quando sterilior prouentus? Hanc uocas industriam, quæ est calliditatis uersutia, fraudis astutia: &, quod tu remedium uocas, est commentum nequitiæ. Latrocinium autem fœnus appellem. captantur tanquam latrocinii tempora, quibus in uiscera hominum durus insidiator obrepas, cui conditæ frugis multiplicatur usura. quid imprecaris mala omnibus? lucrum tuum

damnum publicũ est. Huccredo propheta respexit, quum ait. Pedes eorum ueloces ad effundendum sanguinem, & rursus quum inquit. Qui deuorant plebem meam tãquam escam panis. Nihil est enim, quod hominẽ deuoret æquè, ac fœnus & usura. quare
Matt. 5. Ioannes Chrysostomus super Matthæi illud. & uolẽti mutuare, aptè exponit. Similis est pecunia usurarij morsui aspidis: percussus enim ab aspide quasi delectatus uadit in somnum, & persuauitatẽ soporis moritur, quia tũc uenenum latẽter per omnia membra decurrit. Sic qui pecuniam sub usura accipit, sub tẽpore quasi beneficiũ sentit, sed usura per omnes suas facultates decurrit, & totum conuertit in debitum, hoc est, hominem deuorat. quare usurarij, fœneratores esse se, & declarari à sancta scriptura, ab ipsis S. Ecclesiæ doctoribus, ab ethnicis ĩfidelibus, latrones
9 ac homicidas cõsiderent. † Laudabiliter itaque fecerunt summi uiri, & prudentes magistratus, qui ex suis Respubl. hæc tam acerrima uitia expunxerunt. Intellexisse uidentur, quod per hæc Respublic. funditus euerterentur. Romani lege duodecim tabularum cauerunt. ne quis plus vnciario fœnore fœneraret. mox tribunitia rogatione ad semuncias fœnus redactum, statim ad semissem, postea ad trientem, demum Luc. Gemutius Tribunus plebis tulit ad populũ, ne omnino fœnerari liceret: paulatim succrescẽs iterum fœnus, diuus Cæsar præcidit. Tyberius disposito per mẽsas millies sestertio penitusq; extirpari uoluit, continuis plebiscitis cõtra fœnus est actum, & ablatum. Tacitus narrat Germanis fœnus oĩno ignotum esse, & execratũ, multoq; detestabilius extendere fœnus per usuram, uel in usuram. Indi nunquam admiserunt fœnus aut usuram: Scythæ, ut inquit Iustinus, aurum & argẽtum perinde aspernantur, ut reliqui mortales id appetũt. Hæc continẽtia illis morum quoq; iustitiam dedit. Quippe diuitiarum ibi cupido est, ubi & usus. Atque utinam reliquis mortalibus similis moderatio & abstinentia

nentia non aliena foret. Profectò non bellorum tm̃ per oĩa sæcula terris omnibus continuaretur, neq; plus hominum ferrum & arma, quàm naturalis fato rũ conditio taperet, prorsus ut admirabile uideatur, hoc illis naturam dare quod Græci longa sapiẽtum doctrina præceptisq; philosophorũ cõseq nequeũt, cultosq; mores incultæ barbariæ collatione superari. Tanto plus proficit in illis uitiorũ ignoratio, quã to in his cognitio uirtutis. Imperium Asiæ ter quæsi uere Scythæ, ipsi perpetuò ab alieno imperio aut intacti, aut inuicti mãsere. Agis uerò Atheniensiũ dux, adeo fœnus exosus est, ut facto igne in foro tabulas omnium fœneratorum exurẽdas curauerit: quo præ clariorẽ luculentiorẽq; ignem nũquã se uidisse Agesilaus exclamauit. Sic Athenienses fuere à fœnerãdo absterriti. Lacedæmoniis res abominabilissima fuit fænus & usura. Nã Lycurgus legũlator instituit emi singula non pecunia, sed cõpensatione mercium, auri argentiq;, usum uelut oĩum scelerum materiã sustulit. De Iudæis dixi, apud quos lege Mosayca oĩno interdictum erat. Lucius quidẽ Lucullus diuinis honoribus affectus est, & ab omnibus laudatus, quod Asiam fœnoribus immersam liberauit, cũctis fœneratoribus sublatis. Cato uticensis uir miræ constantiæ ex insula Sicilia oẽs fœneratores exegit, summoopereq; laudatus est propter id, Aĩaduerterunt ibi regnare fraudes, impietatem, oẽ genus peccati, ubi fœnus

10& usura locum habent, †Vnum addam, quod fœnoræ & usuræ una cum hæresi inuaserunt Ecclesiã Christi. Nec prius Germani adhæserunt hæreticis, quàm fœnus & usuras admitterent, Sic Gallia, & in Belgio nunc etiam contigit. Scio quod Groningę ante Gosianismum ignota & execrata erat Vsura: ueniente Gosianismo, Vsuram passim exercitabant. Quã multa mala inferant hęretici, nimis nunc compertum est, constatque quod Respubl. & regna spoliant, immutant, bellis concutiunt, & in summam seruitutẽ redigunt. Hoc autem debemus usuris & fœneratori

bus. Tolle usurarios, fæneratores, & iniustos, nõ habebis, qui alãt hæreticos, qui instigent, qui hospitio recipiant schismaticos, & apostatas. Vnde consultũ est, imò necesse, ut si rem Christianam saluam esse cupiamus explodamus usurarios & fæneratores. Hi exhauriunt opes Christianorũ, ac postea ad Turcã confugiunt, eumq; opibus Christianorũ in Christianos concitant, & in bona Christianorum immittunt leonem rabiosum. Vos itaque usurarios appello & fęneratores, resipiscite, ac potius Agriculturam exercere, uel honestum opificiũ, & mediocritate contẽti estote, quàm ut tãtum noxę Reip. Christianæ cum æterno animarum uestrarum detrimento, & cruciatu inferatis. Nolite esse usurarii, non fæneratores: ut qui uiui estis diaboli ministri, mortui in ęternas pęnas præcipitandi horribili iudicio Dei: quoniam latrones estis, homicidiæ, Rerumpu. perturbatores, Reip.

11 Christi oppugnatores. † Quarto quęso reuoluãt animo, quòd sunt infames. Quia si usurarius est à fratri meo institutus hæres in testamento possum iure ciuili illud testamentũ rumpere, ut quod ipso iure est irritum (infamia enim irritũ facit testamentum) maximè per quærela inofficiosi. Adque ità usurarii iure ciuili sunt infames, ut multis modis demõstratur, iure quoq; Canonico infames sunt: quia committunt peccata mortalia incurrentia infamiã: & infames declarantur: quia eò tendunt ut usura sortẽ superet, aut æquet, idq; pecuniæ causa. Vt legitur. 6. q. 1. infames propter hæc etiam diuus Gregorius scripsit. Non ordinandos censemus illos, qui usuras accepisse cõuincantur. debent enim esse bonæ famæ ordinandi, ut diuus Paulus docet. quinimò Deum & proximũ de industria læsit, & lædit fænerator, usurariusq; ut Panormitanus docet. quum intereà Dei sacerdos debet lau-

12 date Deum, iuuare proximum. † Quinto etiã animo uersent, trutinentque, quod sunt idololatræ. Nam si auaritia est cultus Idolorum, ut diuus Paulus dicit: quanto magis fœnus & usura instrumenta scilicet. Auaritiæ

Dist. 33. Maritũ

Homi. 6. super Matth.

Auaritiæ sunt idololatrica. Itaque Ioãnes Chrysostomus sic scripsit. Mutuò da, ut ampliores capias usuras. Mutuò da, accepturus scilicet ubi nulla inuidia, nulla accusatio, nulla insidiatio, nuliusq; terror. Mutua non diuiti, nõ indigenti ulla re, sed mutua Christo, & propter te necessitatẽ habenti, esurienti, & omnes nutrienti. Hæ. n. usuræ regnum parant: illę gehennam præparant: Hæ sunt philosophiæ & misericordiæ: illæ crudelitatis & auaritiæ. Manifestum est autem, quod diuus Chrysostomus usuras terrestres uocat auaritiæ filias, & formas. Tũ patet quod usurarii, fœneratoresque neque modum, neque mensuram habent in accumulandis pecuniis, & Iuuenalis illud nouit.

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Rectè Horatius cum Hydrope confert, cum ait,

Crescit indulgens sibi dirus Hidrops,
Nec sitim pellit nisi causa morbi
Fugerit uenis, & aquosus albo.
Corpore liquor.

Quid est enim fænus accipere quàm pecuniam ipsam extendere in maiorem pecuniam. quid usuram exercere? fænus extendere etiam una cum sorte. Tota uero subtilitas uel potius nequitia uersat circa augmentum pecuniæ, & mensura & modus, utpotè præstãtissimè uirtutes posthabentur, sed mammona colitur, Verè mammona est Deus diuitiarum, ut qui mensurã, modumque nescit, aut nunquã habuit. Sicut auari semper sitientes egent, & abundantes esuriunt: ita & usurarii & fœneratores. Quare Idolum Mãmona colunt. Nemo potest duobus dominis seruire, aut unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo, & Mammonę inseruire. Porro Idololatria est cultum Deo & creatori debitum impendere creaturæ, & rei uilissimæ. Sicut est Thesaurus ex auro, argento, gemmis, summa rebus terrenis congestus, sed usurarii & fæneratores cultum Deo debi- *Matt. 6.*

tum insumunt pecuniis, his seruiunt & bonas horas supputandis pecuniis insumunt. Harum cumulum augmentant, his inuigilant, & custodiunt, in his spē ponunt: has minuere metuunt, sed per fas nefasque corradere gestiunt, in his se mirantur stultè, & plures optāt. *Ploratur lachrymis amissa pecunia ueris.* Imò propter maledictū nummum iniurias faciunt fratri, mētiunt, litigant, peierant fœneratores & usurarii. quare Idololatræ sunt illi & pecunias tanquam deos, cōflatiles in honore collocāt. Velim autē orare fœneratores, usurarios, similesq; nummularios, ut hæc meditentur, ne surdo fabulam cantauerimus. Hoc si fece-
13 rint, laudem promerebuntur. †Eius autem spe in illorū gratiā illud adiungam, quod cognitu iocundū & apprime utile est. nimirum ut sciant quod usuram facere possunt, sed quomodo; primò possunt fæneratores, usurarii, similesq; captiosi exercere spiritualē usuram, ut Christo dent, & huius membris, sicut Chrysostomus docet. Tum cum Turca, & Sarracinis usuram facere possunt, ut sic bona Ecclesiæ recuperent, quæ Turca & Sarraceni sine omni ratione, iure, & æquitate, occisis tot milibus Christianorū, ut difficile mihi fuerit enumerare, hactenus inuaserunt. Cum fratre, cum Christiano non est permissum fænus, & usuram factitare, hoc est, quod Prouerbio dicitur: Qui co-
Pro. 21. arceuat diuitias usuris, & fænore liberali, in pauperes cōgregat eas. Pauper est Christus, pauper est Ecclesia Christi: quæ tā multos pauperes, & egenos, & infirmos hēt & nutrit. Plurimi episcopi Ecclesiæ Christi depauperati, in exilium acti, occisi, uel incarcerati pulsi, nudati, cæsi, uexati, plurimi adhæc alii boni & pii christiani ab impiis spoliantur, fures, latrones, super uestimenta Christi mittunt sortem. Christum denudatum exhibent. Qui ergo uult congregare diuitias in pauperes, ut hos foueat, nutriat, protegat, is usuram à Turca, à latrone & fure infideli accipiat, nec rapinam fecerit, nec fratri nocuerit, & Ecclesiam auxerit. Plures autē modos faciendæ usuræ probatos

non

non animaduerto. Scio (ut quidam uolunt) quod diuus Thomas Aquinas licitam usurã cũ Iudæis existimat: tamen idem D. Thomas dum exponit illud Deuteronomii 23. Non fæneraberis fratri tuo ad usurã dicere uidetur contrarium. 1. secũdæ. q. 5. artic. 2. dicens non concessum fuisse quasi licitũ, sed permissum, ad maius malũ uitandũ: quia Iudæi serui sunt subditiq; Christianorũ, multis modis à Christianis in seruitutẽ redacti. Sed à seruo licet Domino exigere, quæ uelit, nec usurã fecisse dicetur. Quare si Christianus det Iudæo pecuniam ad usuram, permissum credit. Quia in Euangelio Dominus dicit seruo: Et quare non dedisti pecuniã meam ad mensam? & ego ueniens cum usuris exegissem illam. Præstet tamẽ innocentes esse Christianos, neutiquam usuratios, fæneratoresq; nec etiam nisi de necessitate inter Turcas usuram exercere: quàm in æternam damnationem incurrere, quam fæneratores usurariique effugere non poterunt. *Luc. 19.*

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

Genes.	3.		28.b.
Exodi.	22.d.	Eccles.	8.d.
Leuitici.	25.e.		18.d.
Deut.	15.b.		20.b.
	23.d.		29.d.
	24.c.	Esai.	24.a.
	28.c.	Hier.	15.c.
1.Reg.	2.b.	Ezechiel.	14.b.
2.Esdr.	5.a.		22.c.
Psal.	14.a.	Nehem.	5.
	54.b.	Matth.	5.f.
	71.c.		6.c.
	108.b.		25.c.
Prouerb.	19.	Luc.	6.c.
	22.b.		7.f.
			19.f.

	19.f.	Distinct.53.cap,maritum.
Act.	5.	Ioan. Chrysosto. homil.6
Tit.	1.	Super Matth.
	14.q.p.	

DECIMA ADMONITIO AD Scortatores, & Luxuriosos.

SVMMAE.

1 *Necesse est uitia, & mala taxare, ut uitentur, & Scortationes fugere.*
2 *Monastica instituta in honore sunt habenda, & continentiæ præsidia.*
3 *Scortatio nihil boni continet, & quod homines sine scortatione facilè possunt uiuere, si uelint.*
4 *Scortatio iniuriam facit matrimonio.*
5 *Remedia Scortationis.*
6 *Scortatores non possidebunt Regnum Dei.*
7 *Bonæ respubl. semper exclusere Scortationes.*
8 *Ethnici, & Philosophi detestati sunt Scortationem.*
9 *Deus punit ipsos Scortatores.*

1 AH quantò præclarius humanum genus uiueret, si procul uitiis sancto inhæreret cõnubio. *Iuuenal.* Saturnia tempora, quæ aurea dicũtur fuisse, sortationes, similiaq; uitia nõ nouerunt, ut Iuuenalis existimat pudicitiam Saturno sub Rege tm̃ in terris moratam esse, uisamq; diu, nam posteà uicta iacuit pietas, & uirgo cæde madentes, ultima cœlestum terras Astræa reliquit. Optarem uitę integritatem, priscãq; puritatem restitui, nec nisi piè uiuere homines. Nõ certè de uitijs os aperiendum esset, nec Satyrico more contra turpia debacchari opus foret. At nunc quũ proni omnes in mala deferãtur, nisi magno conatu diligentique disciplina retardentur, oportet malorũ turpitudinẽ depingere, ut ab his abhorreãt plurimi, exemplo

exemplo Lacedæmoniorũ,qui ebrios pueris ſpectandos repræſentabant,ut geſtuũ deformitate perterriti,abalienatiq;, nũquã ſe darent ebrietati. Vt ab eo uitio exordiar,quod communius, naturaliuſq; apparet:De Scortatione dicendum eſt,ita,ut admoneã ipſos Scortatores,& mæchas ab omnino ab hoc uitio deſiſtere,uel continentiam uouendo,uel honorabile connubium cõtrahendo. publicani quidẽ certo reſpectu eſſe in Repu.Chriſti hac terrena poſſunt, ut & milites,& uſurarii,fœneratores, mercatores, ac ſimiles nõ ſine umbra neceſſitatis,& honeſti,ſed ſcortatorem eſſe nihil eſt oĩno opus,imo ne ſit,extirpari debet,corrigendiq; ſunt ſcortatores. Dirigam autem uerba mea ad uiros pariter,& fœminas: *Vtraque diuerſis partibus arma damus.* quoniam utrique ſexui iuxta hoc uitium proprium,ac peculiare eſt, forſan fœmineo magis.nec ſine cauſa Ouidius canit. Mæchas. Ouidius.

Mollibus in pratis adiungit fœmina tauro
Fæmina cornipedi ſemper adhinnit equo.
Parcior in nobis,nec tam furioſa libido eſt,
Legitimum finem flamma uirilis habet.

2 †Manifeſtũ quoq; fiet hinc,quã ſancta ſint inſtituta ipſæ monaſticæ cõgregationes ,quãuis eas mali, & hæretici adeo improbẽt,nec mirũ eſt, nã eo nomine qđ ab iniquis,& mẽte,corporeq; corruptis uituperãtur, ẽt bonæ eſſe ſignificãtur. Qđ malis non niſi mala placẽt,& bona bonis,in eis.n.profeſſio eſt pudicitiæ, uotũ cõtinentiæ,exercitiũ ſobrietatis, puritatis,& caſtitatis. Hæc ubi regnant, ſancta mens eſt, aliena à Scortatione,& impietate. Qui propter conuitia & calumnias impiorum,maledictorũ, deprauatorumq; hominum ſiniſtrè ſenſerunt de monaſtico ſtatu,de Virginitate, diſcãt ex hac Scortatorũ uituperatione rurſus diligere monaſteria,fugere ſæculũ, & flãmas carnis,quæ mentẽ homini adimunt,amentque flãmas animi,& ſancti ſpiritus,quæ mentẽ illuſtrãt,& Sanctã Catholicã Religionẽ cõſeruant, quo intereà modo ex uitijs uirtutẽ fecerimus, & dum de uitijs

uitiis agimus,ipsa exscindimus,& uirtutem reponimus. Si etiam ipsi scortatores hæc non legerint, saltē qui legūt instruent illos bonis præceptis, & ab infœlici infaustoque uitæinstituto dehortentur. Non. n. admonitio hic locum habet: quia nihil est boni in ipsa scortatione, sed tota hæc materia plena est uitupe
3 rio, †Itaque sic admonebo ipsos scortatores, ut sciāt, & uelint tale scelus omittere: tum ut castitatē sequantur, in Remedio amoris Ouidius canit.

Vtile propositum sæuas extinguere flammas,
Nec seruum uitiis pectus habere suum.

Itaque quod infertur ab illo, hūc applicetur.

Me duce damnosas homines compescite curas,
Rectaque cum sociis me duce nauis eat.

Nam quod peruersi homines dicunt, eum qui uirilē attigit ætatē carere commerito naturali fœminarum non posse, falsissimū est, neque nouū hæreticorum commentum: quandoquidē mendacia sunt quæcunque sub specie ueri, & prurientem auribus carnalium hominū inferunt, omnia. Si enim aliqui fœmi
Mat. 19 nis carere non possent, frustra Christus de eunuchis disseruisset, & eos trium generum distinxisset, ut manifestum sit, tres hominum conditiones usu carere uenereo posse, utpote quos natura castrauit: tū quos ars: deniquē quos amor regni cœlorum. Quum anteà dixissent discipuli. Si ita est causa hominis cum uxore, expedit non nūbere. Christus respondit. Non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum, ergo necesse ēst, quod qui capiunt uerbum istud, hi nō nubēt, multo minus scortabuntur, rursus quæ naturalia sunt adeo, ut citra ea non uiuat homo, ea non sunt prohibita, aut ad legem redacta. Nam nemo tenetur ad impossibilia. Nusquam scriptura prohibet exscreare, tussire, sternutare, ructum, crepitum, oscitationem, alui (cum uenia) expurgationem, mictum, sudare, carere, refrigerari, & quæ sunt hu us generis opera uerè naturalia, sed ea quæ naturalia sunt non
Eccle. 3. tamen necessaria ad conseruationem indiuidui, ea homo

homo adiutorio gratiæ Dei tota etiam uita à se abdicare pōt, quale est abstinere ab amplexib. De his & similib. Ecclesiastes ait, qđ est tp̄s flēdi, & est tp̄s ridendi, est tempus plangendi, & est tempus saltandi. Tēpus amplexandi: tempus longè fieri ab amplexibus. Non tamen opus est, ut fleant semper, uel etiam ut fleant, quia nec opus est ut rideant: ita nec opus est ut amplexentur uel omnes, uel semper. Est tempus sementis, & messis, non tamen omnes serere, aut metere debent. At scortari uetitum est lege Dei dum inquit: Non mæchaberis, neque enim oportet, ut omnes cōsuescant, & multi Venerum penitus fugierūt, malueruntque mori, quàm ad pollutionem deuenire: sicut in eleganti Epitaphio Michaelis Guarini notum fit.

Guarinus Michael iuuenilibus occidit annis,
Moribus ambiguum, maior an ingenio.
Sola Venus potuit lento succurrere morbo,
Ne se pollueret, maluit ille mori.

Quare mentiuntur quotquot dicunt Venerem suæ ætati esse necessariam, & hominem sine uxore non posse uiuere: Nam hoc si uerum esset, Paulus non prædicasset adeo continentiam, castitatem, sobrietatem. Imo ipse Paulus per totam uitam suam non potuisset uixisse in continentia sicut uixit, unde inquit, Volo omnes esse sicut ego sum. Nec S. Ioannes perpetuæ uirginitatis nomine commendaretur. Si ergo sine fæminis uiri degere possunt, & plus continentia prosunt, quàm connubio, quid opus est adeo necessarium prędicare usum fæminarum? certè quum nec usus fæminarum sit legitimus, nisi in matrimonio ecclesiastico, & tamen hoc matrimonio multi sancti abstinuerunt, seque continuerunt, ut & ipse Christus. Improbum est ualde spreto matrimonio scortari: unde Vergilius sic scripsit.

Vina sitim sedent, natis Venus alma creandis,
Seruiat. Hos fines transiluisse necet.

Scor-

4 †Scortatores itaque, ut sciant Scortationem fugiendã esse, uel matrimoniũ contrahant, quod honorabile est, uel omnino in uera castitate uiuant: Nam ipsa scortatio iniuriam facit matrimonio, sicut honestum est matrimonium, ita scortatio, immũditiaq; omnis inhonesta. Profectò matronæ nusquã admittere debent scorta: neque honesti uiri scortatores, sic fiet ut connubio dignus tribuatur honos & minus scortatorum erit, minusq; meretricum. Dũ adolescens per amplexus fæminarum uagatur, non curat connubium. Vxor minus honoris marito exhibet, quũ uidet scortationẽ & adulteria nõ puniri. Si morosior maritus, uel iniquior, mutat hunc alio, uel meret sub fornice, neq; nouũ. Nam imperatorũ uxores hoc fecere, ut de Messalina Historiographi narrant, & Iuuenalis Satyra sexta docet,

---Dormire uirum cum senserat uxor,
Ausa Palatino tegetem præferre cubili,
Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos.

Imo lasciuiores puellę nubere nolunt, ut tanto liberius luxurient, unde nec pietatem discũt, nec deũ, nec religionem curant. Multo etiam egregios adolescentos suo amore irretiunt, Syrenis uocibus, & Circes poculis dementant, ut boni nihil faciant, sed bona, corpus, & ingenium prodigant, tandem nudi immundi, & ut canes oberrant. Sicut Horatius rectè canit de Vlysse scorta fugiente.

Syrenum uoces & Circes pocula nosti,
Quę si cum sociis stultus, cupidusque bibisset.
Sub domina meretrice fuisset turpis & excors,
Vixisset canis immundus, uel amica luto sus.

Quamobrẽ nulli boni uiri, nullæ matronæ usquã, ferre debent scorta. His enim sublatis maior honor ab adolescentibus exhibebitur nubilibus puellis, & puellæ modestiores erunt, faciliusq; in matrimoniũ ducentur, uel castæ monasteriis se addicent. Sic matrimonio cõtinget sua dignitas. Neque matrimonii honestatem & utilitatem satis commendare possũ.

Paulus ēt dicit, Propter fornicationē uitandā unuſ-
quiſq; habeat uxorē ſuam, & melius eſt nubere, ſed 1.Cor.1.
intellige in Dño, quam uri. Qui igitur ſcortatores
ſunt, ut ſciāt remediū, uel ſequantur caſtitatē, cuius
5 cā eſt inſtituta uita monaſtica, & Eccleſiaſtica, uel ua
ria pietatis in hac exercitia, ac ſobrietatis, quæ ſunt
frænādæ libidini, & quicquid Veneri corpora no-
ſtra negat: uel dura exercitia, quibus potius ſom-
nus q̃ Venus placebit: uel ducāt uxorē, & uiuant in
ſancto matrimonio ſanctè, ut prole ſua genus huma
nū augeant, uel ſeruēt. Porro Regulæ monaſticæ ui-
tæ, uel Eccleſiaſticæ ſatis docent quib. modis ac exer
citiis homo ſe occupabit, ne in tentationem
incidat. Quare non opus eſt hęc recenſere.
Præcepta Agriculturæ, & duriſſimi exercitii ratio-
nes ab authoribus peti poſſunt. Ouidius in Reme-
dio amoris, non pauca recenſet. Quia in matrimo-
nio defectus ēt occurrūt, ideo ſancti & Catholici ui-
ri ſunt conſulendi, aut ſaltē monēdi, ut ſanis conſi-
liis, & doctrina, & diſciplina ſubueniant. Quia ſatis
dixi, quib. modis uitari pōt Scortatio, ut ſcirēt ſcor-
tatores ſuo ſe malo cōdēnari, idq; iuſto Dei iudicio:
nūc cōtra Scortatores agā, ut uelint relinquere tā de
teſtandū, & nefandū ſcelus. Scortatores.n. nō poſſide
6 būt regnū dei præciſe, quatenus ſcortatores ſunt con
dēnati: Deus.n. in lege per Moyſen expreſſit. Nō mę
chaberis, & rurſus: Nō cōcupiſces uxorē proximi tui
nō ancillā, &c. Tobias, ut eſt quarto ca. Tobię p̄cepit
filio ſuo, dicēs. Attēde tibi fili mi ab oī fornicatio-
ne. Eccleſiaſticus itaque capite decimo nono ſic ſcri-
pſit. Qui ſe iūgit fornicariis, erit neq̃. Paulus deditos
fornicationi à deo traditos in ſenſum reprobum aſ-
ſerit ſtatim initio ad Romanos. Tum Corinthiis Exod.20
ſcribit. Nolite errare. Neque fornicari, neque ad- Deut. 5.
ulteri, neque molles, neque maſculorum concu- Matth.5
bitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, ne 1.Co. 6.
que maledici, neque rapaces regnum Dei poſſide-
būt. In Epiſt. ad Galatas idē docetur ſatis apte. Mani

festa sunt autem opera carnis, quæ sunt, Fornicatio. immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectę, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia: quæ prędico uobis, sicut prædixi: quoniam qui talia agũt, regnũ Dei non possidebunt. Adde huc quæ sunt scripta ad

ad Ga. 5 Ephesios. Fornicatio autem & omnis immunditia,
Ephe. 5. aut auaritia nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos Dei, aut turpitudo, aut turpiloquium, aut scurilitas, ut quæ ad rem non facit, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote, intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, (quod est idolorum seruitus) non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei. Stulti sunt itaque, qui temporalis, & breuissimi gaudii gratia ęternum gaudium, regnum Dei, hęreditatem Christi pretiosiorem omni Thesauro uendunt, uel perdunt. Fornicatio uel scortatio res est eadem, Græcis pornia dicitur, deinde omnis mæchia, ut D. Augustinus docet, etiam fornicatio di

32. 4. 4. Meretrices Aug. 9. in Exodum. citur in scripturis, sed utrum omnis fornicatio mæchia dici possit, dubitare quis posset: Augustinus tamen & Ambrosius in decalogo nomine Moechiæ intelligunt oĩa quæ inhonesta sunt & impudica, & etiam simplicẽ fornicationẽ. Nam & furti nomine benè intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienæ. Non. n. rapinam permisit, qui furtum prohibuit, sed utique à parte totum intelligere uoluit, quicquid illicitè rerum proximi aufertur. Profecto nomine mæchiæ oĩs illicitus concubitus, atque illorum membrorum nõ legitimus usus debet intelligi prohibitus. Neque uero mirari debemus Scortatores ab omni bono & a regno cælorũ exclusos esse: quoniam demonstrari potest quòd nullæ bonæ Respub.

Exo. 22. Scortatores admisere, ut à Repu. Iudæorum ordiar,
7 hęc illud obseruabat, ut si quis seduxisset uirginem, necdum desponsatã, dormiueritq; cũ ea, dotabit eã, & habebit eam uxorem. Si pater uirginis dare nolue

rit,

rit, reddet pecuniã iuxta modũ dotis, quam uirgines dare consueuerũt. In Deuteronomio clarius hoc docetur. Si inuenerit uir puellã uirginẽ, quæ nõ habet spõsum, & apprehendens cõcubuerit cũ illa, & res ad iudiciũ uenerit, dabit qui dormiuit cum ea patri puellæ quinquaginta syclos argẽti, & habebit eã uxorẽ: quia humiliauit illã. Nõ poterit dimittere illam cũctis diebus uitę suæ. Qui uerò in adulterio esset depræhensus, lapidibus obruebatur: ita & adultera. Christus in Euangelio adulterã accusatã, sed nõ condẽnatã ẽt absoluit, ut pœnitentẽ, & infirmitate lapsã. Si dormierit uir cũ uxore alterius, morte moriatur uterq; adulter & adultera. Si puellã uirginem desponderit uir, & inuenerit eã aliquis in ciuitate & cõcubuerit cũ ea, educes utrũq; ad portam ciuitatis illius, & lapidib. obruẽtur, puella, quia non clamauit, quũ esset in ciuitate: uir, quia humiliauit uxorẽ proximi sui. Et, maledictus qui dormiuerit cũ uxore proximi sui. Et dicet oĩs populus, Amẽ. Christiani uerò suos scortatores adulteros excõicãt, & pœnitentiæ remedio corrigũt: si minus cũ D. Paulo tradũt sathanę ut per tribulationes corporis aĩa tñ possit fieri salua. Hoc uero supplicij genus, & grauius est morte corporali, & salubrius pp animæ conseruationẽ. Si sit publicũ, legẽ Imperatoria punitur. Germani Scortationes & adulteria acerrimè punire solent, publicatæ enim pudicitiæ nulla uenia; nõ forma, nõ ætate, non moribus maritũ ullũ inuenit. Hæc Tacitus scribit, qui ẽt serã ait esse iuuenũ uenerẽ, eoque inexhaustã pubertatẽ. Nec uirgines festinãtur. Romani detestabãtur huiuscemodi uitia prorsus, qđ Valerius Maximus satis declarat, libro secundo de Institutis antiquis. Nec ulli tunc subsellorũ alienorum matrimoniorũ oculi me tuebantur. Sed pariter & uidere sanctè, & aspici mutuo pudore custodiebãtur. Si quis liberam uiolasset, illi uirilia excindebãt. Nã Bibienus Carbonem deprehensum fœdum in modũ castrasse dicitur. & Horatius de alio idem narrat, dum ait.

Deu. 22.
Leui. 20
Deu. 20.
Deu. 27
1. Cor. 5.

---- Quin etiam illud,
Accidit, ut quidam testes, caudamque salacem,
Demeteret ferro

Veteri apud Romanos scito cauebatur, ut maritus uxorem in adulterio deprehensam impunè necaret: tum lex Iulia Scortatoribus, & incestuosis adulteris uarias pęnas inflixit: Iulius Cæsar auxit, Tyberius, Domitianus, D. Seuerus legem Iuliam renouauerũt. Opilius Marrinus adulteros, tã perniciali odio prosequutus est, ut deprehẽsos igni cremaret. Lacedęmonij legibus Lycurgi ita instituti erant, rustico opere & bello enutriti, ut non nisi ordinata cõnubia nossent, adulteria penitus ignorarent. Aegyptij Scortatoribus, qui liberas uiolassent, uirilia exsecabant, qui uxorem, etiam nasum amputabant. Deprehensi scortatores apud Pysidas asino imponi solent, & sic in opprobriũ circunduci, Leprei deprehensos mæchari, per triduũ uinctos ducũt, p cõpita, maximis proscindẽtes cõuitiis. Gortynis fornicator deprehẽsus lana publice coronabat᷑, reliquũ uitæ tp̃s inde ignominiosus degebat. Apud Atheniẽses qa Scortatio erat abominabilis, in uxores occultè aucta ciuitate progressum est. Itaq; Solonis lege deprehẽsum męchũ interimere licebat (qđ tñ Platonis lege posteà cauebat᷑) & ut ab adulteriis cohiberet᷑ iuuẽtus, coemptas meretriculas Athenis primus prostituit, obuiasq; in Venerẽ uoluit, ne matronarũ cõtagio pollueretur. Tenedii adulterũ marẽ & fœminã capite plectebãt. Athenienses ante Solonis legẽ plectebant, uel sedes expilabãt publico supplicio, quod paralimon uocabant. In Atide, Raphanis per obscena adactis perpetua ignominia notabant. Cumæi prostituebant publicè. Germani uirgis cædunt, crinibus excisis, & auribus amputatis lapidibus ignominiosis grauant, & sic pagis exigunt. Aliquando etiam spoliant uestibus omnibus.

8 †Apud Arabes, plerasque etiam alias nationes, adulteris semper capitis pœna fuit, quod philosophorum plerique adulteriũ grauius crimẽ periurio censuere,

qui et communitatem uxorum explosere, de qua Plato, Zeno, Chrysippus, Diogenes, horumque asseclæ multa prodidere. Apud Iudæos adulterii accusata & inficiata bibere cogebatur de aqua, in qua sacra uerba diluta erant. statim conscia adulterii, corripiebatur hydropisi, non conscia permanebat sana. Aristoteles narrat in Phasi flumine arbustum nasci, cuius ramus à uiro decerptus, thalamoque uxoris illatus, efficit, ne uxor alium uirum appetat, aut malum aliqđ sequi. Omitto magorum mysterium de surculo per ranæ uiscera traiecto, quo adulteria uindicentur. Barbaræ uerò nationes ut Massagetæ, Aethiopes, aliqui Indi, Garamantes, Nomades, pecorum ferè ritu degunt: quare si scortationes habeant, adulteriaq; impunita, multũ ne adeo stupendum est? qñ leones, colũbi, turtures, & perdices à uago concubitu abhorreant, qđ de elephãtis quoq; aliqui referũt. Martialis quoq; scortationẽ detestaẽ, alias lasciuus Poeta cũ ait.

Subdola famosæ, moneo, fuge retia mœchæ,
Leuior ò conchis Gallæ cytheriacis.

9 †Quãobrẽ quũ bonæ Resp & nationes prudentes accerimè punierũt hæc uitia, an ne credemus deũ lõge seuerius illa puniturũ esse? ꝓfecto. Nã pp fornicatoines deus semp suũ populũ puniuit. Nõ. n. patitur eas, unde Ecclesiasticus in hũc modũ scripsit. Oĩs homo qui trãsgrediẽ lectũ suũ cõtẽnens aĩam suã & dicẽs. Quis me uidet? tenebræ circũdãt me, & parietes cooperiũt me, & nemo circũspicit me, quẽ uereor? delictorũ meorũ nõ memorabiẽ altissimus: Nõ intellexit, qm̃ oĩa uidet oculus eius, qm̃ expellit à se timorẽ dei hmõi hoĩuis timor, & oculi hoĩnũ tĩmẽtes illũ, nec cognouit, qm̃ oculi dñi multo lucidiores sũt sup solẽ, circũspiciẽtes oẽs uias hominũ, & ꝓfundũ abyssi, & hominũ corda intuẽtes ĩ abscõditas partes. Dño. n. Deo anteq̃ crearenẽ agnita sũt oĩs. Sic & post ꝑfectũ respicit oĩa, & mox subdit. Sic & mulier oĩs relinquẽs uirũ suũ, & statuẽs hrẽditatẽ ex alieno mrĩmonio. primo. n. ĩ lege altissimi ĩcredula fuit, scdo uiri ũ Ecc. 23.

ſuum dereliquit, tertio in adulterio fornicata eſt,& ex alio uiro filios ſtatuit ſibi. Hæc in Eccleſiam addu cetur,& in filios eius reſpicietur. Non tradent filii eius radices,& rami eius non dabunt fructum, Dere linquent in maledictum memoriam eius,& dedecus illius non delebitur, & agnoſcent qui derelicti ſunt, quoniam nihil melius eſt, quàm timor Dei nihil dul

Eccl.25 cius, quã reſpicere in mandatis Domini. Itaq; ne reſpicias alieni uiri mulierem, ne ſcruteris ancillã eius neque ſteteris ad lectum eius. Pharao punitus eſt cõ cupita uxore Abrahami,& à Deo coactus ſatisface-

Gene.26 re Abrahamo. Abimelech prudenter edixit, ne quis attiugeret uxorem Iſaac Rebeccam, ne ſuper ſuos in duceretur grande malum. Dauid punitus eſt quoque propter uiolatam pudicitiam Berſabæ,& diu pœnitentiam egit. Quia populus Iſrael fornicatus eſt cum filiabus Moab, Deus iratus iuſſit principes Iſrael ſu

Nu.25. ſpendi.& Phinees ingreſſus lupanar occidit Zambri de tribu Simeonis,& mulierem Madianitem Cozbi filiam Sur Principis, auertitque iram Dei: alioqui iã propter illã fornicationẽ perierunt à Deo percuſſi ui ginti quatuor millia hominũ. Ideo D. Paulus ad Co

1.Co.10 rinthios ſcripſit ſic. Neque fornicemur, quẽadmodũ quidã illorũ fornicati ſunt, & ceciderunt in una die uiginti tria milia hominũ. Propheta quoque canit: Perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. Ezechiel in

Pſal.72 quit. Quia contriui cor fornicans eorum & recedẽs

Ezec.6. à me. Rurſus Ezechielis decimoſexto, Deus meretri

Eze.16. cis lupanaria deſtruit immiſſo populo,& omnes pu

Apoc.16 nit fornicatores. Oſeas iræ dei in fornicatores memi

18. nit paſſim. Et in Apocalipſi dicitur à D. Ioãne quod

Heb.13 omnes reges,& qui fornicati ſunt cum meretrice, de ſtruentur à Domino, & mittentur in lacum ignis ar dentis,& ſulphuris. Paulus ad Hebræos ſcribit, qđ fornicatores, & adulteros Deus iudicabit. Quinetiam Horatius enumerat quæ incommoda patiantur Fornicatores in hac uita, libro primo ſermonum Satyra.II.

Audire

Audire est operæ pretium, procedere recte,
Qui mœchis non uultis, ut omni parte laborent.
Vtque illis multo corrupta dolore uoluptas,
Atque hęc rara cadat dura inter sæpe pericla.
Hic se præcipitem tecto dedit, ille flagellis
Ad mortem cæsus. Fugiens hic decidit acrem
prædonum in turbam. Dedit hic pro corpore numos.
Hunc perminxerunt calones: quinetiam illud,
Accidit, ut quidam testes caudamque salacem,
Demeteret ferro. Et Paulo post idem.
Vt quendam Marsęus amator Originis. Ille,
Qui patrium mimæ donat, fundumque, laremque &c.

Rectè Alciatus scripsit. Sic fatuorum opibus parasiti & scorta fruuntur, & nulla iustos utilitate iuuāt. Adde huc, quot bonos uiros ad insaniā, melācholiā, tristitiam, morbum Gallicum, cancrum, & incurabilia uitia meretrices perduxerunt. Nam quod rationem auferunt Alciatus canit.

Solę satę Circes tanta potentia fertur,
Verterit ut multos in noua monstra uiros.
Testis equum domitor Picus, tum Scylla biformis,
Atque Ithaci postquam uina bibere sues.
Indicat illustri meretricem nomine Circen,
Et rationem animi perdere, quisquis amat.

Quū ergo tanta mala ex scortatione proueniant & quæ alia innumerabilia sunt, profecto omnes hortandi sunt, ut hanc omnibus uiribus fugiant, & quatenus possunt etiam odio prosequantur & eradicent tollere nanque malū de medio oportet, ne modicum fermenti totā massam corrumpat. Restat itaque ut caste uiuamus in Christo, & oremus Dominum Deū cū piis uiris sanctæ Catholicę Ecclesię, ut urat igne sancti spiritus corda, & corpora, & renes nostros ut casto corpore illi seruiamus, & puro corde placeam' per gratiam unigeniti sui filii benedicti Iesu Christi in Secula Sæculorum. Amen.

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

Genesis.	26.	Ezech.	6.c.
Exodi.	19.		16 d.
	20.		23.e.
Leuit.	19.f.		43.c.
	20.	Ozeæ.	1.b.
Numeri.	21.		4.c.d.
	25.	Amos,	7.d.
Deuter.	5.	Matthæi.	5.d.
	22.d.		19.
	23.c.	Act.	15.f.
	27.	Roma.	13.d.
Iudith.	8.f.g.	1. Corinth.	5.c.
1.Paralip.	5.d.		6.b.d.
Tobiæ.	4 b.		9.d.
Iob.	31.a.		10.b.
Psa.	72.d.	Galat.	5.c.
	105.	Ephes.	4.e.
Prouer.	2.b.		5.a.
	5.	Coloss.	3.a.
	6.c.	1. Thessa.	4.a.
	7.	Hebræ.	12.d.
	9.b.		13.a.
	22.b.c.	Iacobi.	20.
	23 d.	1. Petri.	1.c.
	29.a.		2.c.
Eccles.	3.		4.a.
	9.a.	Apocalip.	2.f.
	23.a.		14.b.
	25.		17.a.
Sapientiæ.	3.c.		18.a.
Eccle.	19.c.		21.b.
	23.c.	32.q.4.c.	Meretrices.
	25.		
Hierem.	5.b.		

Vnde.

VNDECIMA ADMONITIO ad Temulentos, & uacantes calicibus euacuandis, siue ad Ebriosos.

SVMMAE.

1 *Quod propter commune nimis uitium ebrietatis, de hac satis dici non potest.*

2 *Ebrietas est uitanda, quia sanitatem lædit sobrietati contraria.*

3 *Incommoda Ebrietatis plurima, & primo quòd lædit mentem.*

4 *Ebrietas corpus affligit, & afficit pluribus incommodis.*

5 *Ebriosi maxima mala designant.*

6 *Ebriosos detestati semper sunt ethnici, & optimi quique.*

7 *Ebriosi eo nomine maximè detestandi sunt, quod sobrios arguere conantur.*

8 *Ebrietatis peccatum est maximum, ideoque Christiano fugiendum omnino.*

QVum ualdè parum aut etiam nihil suis scriptis profecerint aliquot insignes nostræ ætatis uiri in dehortandis ebriosis ab exitio uini & nimiæ potationis: frustra equidē hoc saxū uideri possum uoluere. Et si illi iam uita, suoque munere functi sunt, nobis tamen lampadem tradiderunt, nostrū ergo erit oleum effundere lumini ne extinguatur. Neque superfluū erit, si post D. August. aliosq; scriptores uarij generis qui hāc materiam tractauerunt, nonnulla quoque de nostro thesauro in medium proferamus, imò necessariū, & utile. quoniam indies noui casus insurgunt, nouisque opus est remediis. Dicamus ergo ea, quę ebrietati deditis, si non grata, saltem utilia & necessaria sunt cognitu: cuiusmodi sunt, non dicta sapientum, sed diuina oracula, quibus obedire debet, quisquis recta & regia uia uult ingredi ad uitam ęternam: quibus imbui debet, qui uult inebriari, non uino in quo est luxuria, sed spiritu sancto. Quęso igitur attentè

attente hæc audiatis, quę non uulgaria, ſed ęterna, non humilia, ſed cœleſtia, non humana, ſed diuina pronūciabimus, quatenus nobis lingua cōſequi, fandoq; exprimere licet. Diſſuadebimus ebrietatē, non moderatū uſum uini, aut potus, quo quis inebriari
2 poteſt. † Initio decet & oportet ſtudioſum ſalutis ſuę ea maximè obſeruare, quæ ſalubria ſunt, & certa remedia ſanitatis, fœlicitatiq; perpetuæ. Atqui talia ſunt frugalitas & ſobrietas: quare ebrietatem uitare oportet, ut quę cōtraria eſt ſobrietati: Sobrietas eſt

Oſeæ.4. enim teſte D. Auguſtino ad ſacras uirgines, recti iudicii tenax, memoriæ, recordationiſque inſeparabilis ſapientia, ſecretorum cuſtos, arcani uelamen, lectionum, & doctrinæ capax, ſtudiornm, & artiū bonarum diſcipliua pariter & magiſtra ingeniorum, & rerum capiendarum pediſſequa: bonæ ſamæ ſemper auida, ſalubria, & utilia creans, uirtutis ſingulare auxilium, cuncta cum ratione diſponens, in congregatione honeſtorum ſemper ingerens: Contra uerò, Ebrietas eſt flagitiorum omnium mater, culparumque materia, dux criminum, origo uitiorum, turbatio capitis, ſubuerſio ſenſus, tempeſtas linguę procella corporis, naufragium caſtitatis, amiſſio temporis, inſania uoluntaria, ignominioſus languor, turpitudo morum, dedecus uitæ honeſtatis infamia, animæ corruptela. Sobrietas aperit appetentibus cœleſtia regna: ebrietas claudit & denegat cæleſtia regna ut Apoſtolus dicit. Sobrietas cor hominis confortat: Fornicatio, uinum & ebrietas cor hominis au-
3 ferunt, ut docet Oſeas propheta, capite quarto. Sobrieras in uiris pariter & fæminis ad terram deponit aſpectum: ebrietas in utriſque amiſſo pudore inuerecundos erigit uultus. Sobrietas cum ſumma trepidatione & ſilentio irreprehenſibile emittit uerbū. Ebrietas excluſo omni timore, & pudore, quicquid

Oſeæ.4. in bucam uenerit, effundit, & impudentem obſcœnum facit & uultum & ſermonem. Sobrietas eſt mētis, & ſenſus omnium membrorum, totiuſq; corporis

tis

ris tutela:castitatis,pudicitiæque munimētum: pudori proxima,amicitiæ pacisq; serua: honestati sem per coniuncta:criminumque & uitiorum omnium profuga. Contrà Ebrietas est parens litium & furoris, mater petulantiæ, deformitatis magistra. Sobrietas uirtus est, & uirtutes operatur: Ebrietas, & qui ebrius est, ipse & ipsa merum est peccatum, & peccatū est quicquid facit. Sobrietas est Angelus iocundus, diæta longæua, beatitudo uoluntaria, piscatio pretiosæ margaritæ, conseruatio pudoris: è contratio ebrietas est demon blandus interimens, apollion: uenenum dulce lurido aconito plenum, uitam hominis succidens: rabies uoluntaria, illecebra uoluptatis matris carnalium affectuum: iniuria & naufragium pudoris. Sobrietas mandata Christianis: Ebrietas uetita, & quā Christianus nouisse non debet quia dictum est. Vinum & siceram non bibet. Sacerdotibus quoque antiqui testamemti prohibitū erat uinum bebere, uel quicquid inebriare poterat. Rectè Origenes Homilia. 37. Sobrietas, inquit, omnium uirtutum mater est: Sic è contrario ebrietas omnium uitiorum origo est. Sobrietas nanque in omni ætate, & in utroque sexu cuncta bona medita tur, cupit, & Heroica efficit: contra Ebrietas omnia mala uersat animo, & promit, appetit mala, committit nephanda, quocunq; aliquis se conuerterit, & men te considerauerit, animaduertet Ebrietatem ex Diametro pugnare cum sobrietate: quantum de ebrietate acquiritur, tantum de Sobrietate uirtutum thesauro perditur. Frugalitas est moderatio, uel mo derata parsimonia cibi & potus. Ebrietas est perfusio potus, & nimia ingurgitatio. Pythagoras ille Italicæ sectæ celeberrimus auctor, Samius philosophus, ante omnia docuit suos discipulos Remp. administraturos, uel philosophari cupientes, frugalitatem, addens hoc suum dictum aureis literis scribendum: Genitricem uirtutum fragilitatem esse. Hanc Lycurgus suis legibus Lacedæmoniis sanciuit, & parsimoniam

Lucæ. 1.
Eze. 44.

niam omnibus suasit, existimans laborem militiæ assidua frugalitatis consuetudine faciliorem fore. Hinc etiamnum in magna Græcia, huiusq; ciuitatĩ bus, ut Gatenzarij, Sybaris, Corto næ, Syllacij infame est uitiũ ebrietas. Semel uisum ebrium fugiunt tanquam pessimum hominem, & monstrum horrẽdum: est tamen ibi uini optimi maxima copia. Porrò Sobrietas est omnium etiam irrationalium animalium naturalis affectio: quo magis detestabile uitium Ebrietas, ꝙ eo modo coarguitur penitus esse contrarium naturæ benè agenti, & naturaliter dispositæ, quia cuncta animalia eam horrent. Multi non malè comparauerint uinum medicamẽto: quod est iuuenum uenenum, & lac senum. Si quis nunc iuberetur affatim bibere pharmacum aliquod ut diaphenicon, uel Syrupum rosaceũ uel uiolaceum, eumq; potũ bibendo continuare: credo quòd auersaretur, & causaretur incommoda, & ægritudinem, quod iuxta Hippocratem sana corpora habentes facile medicamẽto exoluuntur, & Elleborus sanas carnes habentibus læthalis est, facit enim conuulsionem. Vnde mirum & ualde admirãdum est, quur non minus hodie homines fugiant uinum: nimirum quod longe magis noxium est corpori puerili, iuuenili, fœmineo, uiriliq;, quàm põt esse Syrupus uiolaceus, uel similis potus medicatus. † Plurimi uaria incommoda uini, & ebrietatis enumerant, quæ his generibus comprehendi possunt, aut enim bona animi læduntur, aut bona corporis, aut bona fortunæ uel duo simul, uel omnia pariter: ebrietas nanq; memoriam, intellectum, communem sensum obtundit, & aufert. Comicus ait, quod nec pes nec aĩs officiũ facit suum, postquam largius quis bibit, unde ille ait.

Diaphynicon.

3

Immodici sensus perturbat copia Bacchi.

Et quod Iuuenalis.

------Quid enim uenus ebria curat.

Inguinis & capitis quę sint discrimina nescit:

Adde huc quæ Horatius canit.

Quid

Quid non ebrietas designat? operta recludit,
Spes iubet esse ratas: in prælia trudit inermem.
Sollicitis animis onus eximit, addocet artes.
Fœcundi calices quem non fecere disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum.

Et quod alibi de uicio habet.

Ad mare cum ueni generosum, & leue requiro,
Quod curas abigat, quod cum spe diuite manet:
In uenas, animumq; meum, quod uerba ministret,
Quod me Lucanæ iuuenem commendet amicę.

Omnes animi uirtutes ipsa sola ebrietas extinguit, & nec maiestatem humanam prosternit. Vnde illud usitatũ Epicharmi philosophi apud Alciatũ.

Ne credas (Epicharmus ait) neue ebrius esto,
Hi nerui humanæ, membraq; mentis erunt.
Ecce oculata manus, credens id quod uidet: ecce,
Pulegium antiquæ sobrietatis olus.
Quo turbam ostenso sedauerit Heraicletus.
Mulserit & tumida seditione grauem.

Vnde sic Horatius cecinit de Ebrietate.

Tu leue tormentum ingenio admoues,
Plerumque duro, tu sapientium.
Curas & arcanum iocoso,
Consilium retegis Lyæo.
Tu spem reducis mentibus anxiis,
Vireisque, & addis cornua pauperi:
Post te neque iratos trementi,
Regum apices, neque militum arma.

Ouidius quoque in eandem sententiam sic scripsit.

Vina parant animos, faciuntq; coloribus aptos,
Cura fugit, multo, diluiturque mero.

Alius, festiuo modo hoc distichon immutauit.

Vina parant asinos, faciuntque caloribus aptos,
Stultitia in multo contrahiturque mero.
Tunc ueniunt risus, tunc pauper cornua sumit,
Tum dolor, & curæ, rugaque frontis abit.
Tunc aperit mentes æuo rarissima nostro,
Simplicitas artes excutiente Deo.

Iam festum Baccho celebrari solitum, quid est nisi omnis stultitiæ congeries?

-----parent matresque nurusque,
Turaque dant, Bacchumque uocant, Bromiumque Lyæumque,
Ignigenamque, satumque iterum, solumque bimatrem,
Additur his Nyseusque, indetonsusque Thyoneus,
Et cum Lenæo genialis consitor uuæ,
Nychlleusque Elelesuque parens & Iacchus, & Euan,
Penthea tu uenerande, bipenniferumque Lycurgum.
Sacrilegosque mutas, Tyrrhenaque mittis in æquor,
Corpora, tu biiugum pictis insignia frænis,
Colla premis Lyncum. Baccæ Satyrique sequuntur,
Quique senex ferula titubantes ebrius artus,
Sustinet, & pando non fortiter hæret asello.
Quacunque ingrederis clamor puerilis & una,
Fœmineæ uoces impulsaque tympana palmis,
Concauaque æra sonant, longoque foramine buxus.

Gestus ebriosorum, & festa Bacchi etiã à sobriis repræsentata maximas habent abominationes. His Lacedęmonii locum aliquem dabant, ut sola inspectione turpitudinis, suos pueros ab ebrietate, potandique cupiditate alienarent. Paulus clamat luxuriã inesse uino: sed clarissimè dicit, quod ebrii non possi-
4 debunt regnum Dei. †Audite nunc etiam quantum corpus affligat illa uitiorum radix, & animæ prodiga ipsa ebrietas, infert omnis generis morbos, ut dolores capitis, apoplexiã, paralysim spasmum, tremorem, Coma, Carum, Letarghũ, phrenilim, paraphrosynen, Epilesiam, halitum putridum, ut spirent Mephitim. Quo Horatius allusit, cùm ait.

Hoc simul eduxit non cessauere poetæ,
Nocturno certare meo, putere diurno.

Adde huc uarias distillationes, & periculosas in pectus, unde Pthisis, pleuritis, peripneumonia, empyema, Hænoplois, palpitatio cordis, Syncope, cardialgia, tum nausea, uomitus, continuæque cruditates,

tes, & anxietates stomachi iunctæ sunt. Vnde Hydrops, aut febres, aut nephris, uel cachexia, ut rectè dixerit Propertius.

Vino forma perit, uino corrumpitur ætas,
Vino sæpe suum nescit amica uirum.

Nec desunt manuũ, pedumq; tremores, chiragræ, podagræ omoplatarum, coxendicunque dolores: hinc nocturnæ inquietudines: quæ quidem mala, & his cognata ab ebrietate proueniunt. Nec opus est testimoniis medicorum, quæ obuia nimium sunt. Vulgare est enim, quod plures occidit gula quàm gladius. Vnum non omittam: priscis temporibus Romani nòn habebant medicos, & Cato eos improbat, imò uitandos, arcendosque è Repub. Romana censet. Sed malè animaduertit, quòd olim homines Romani non indulgebant poculis superflue, non ingurgitabant sese, unde nec morbis obnoxii, nec medicis opus habebãt. Si ergo medicos urbe pulsos, nec admissos uoluisset, primò omnium sustulisset ingurgitationem, comessationesque: quod quum non fecit, frustra laborauit de illis arcendis, quos Romani ex Aegypto, ex Græcia, ex Asia accersere cogebantur propositis maximis stipendiis, & honoribus. Intemperantia potus & cibi præcipua est causa honoris medicorum, & necessitatis, ut ex Ecclesiasti co sacris patet: & Columella in præfatione commentariorum de re Rustica docet, laudans illam antiquam frugalitatem, & sobrietatem. Quid uaria genera morborum sequitur nisi mors inopina, uel plu ribus cruciatibus detestanda? Qui, mihi non credit, legat Plinium Ethnicum hòminem, qui acriter inuenit in ebrietatem: Tanto, inquit, opere, tantoque labore constat, quod hominis mentem mutet, ac furorem gignat, milibus scelerum huic deditis tanta dulcedine, ut magna pars non aliud uitæ pręmium intelligat. Quinimo ut plus capiamus, sano frangimus uires. & alia irritamẽta excogitantur: ac biben di causa etiam uenena conficiuntur, aliis cicutam

præsu-

præſumentibus,ut bibere mors cogat,alijs pumicis farinam, & quæ referendo pudet docere. Turcæ(ut illud interponam)hodiè opium ſumunt, & uinum auidè ſuperbibunt,quando ceu furore concitati, in hoſtem armata manu ultima tentare debent. Cautiſſimos ex his balneis coqui uidemus, exanimesque efferri. Iam uerò alios expectare nõ poſſe, imò uerò nec tunicam,nudos ibi protinus,anhelos ingentia uaſa corripere,uelut ad oſtentationem uirium.ac plenè infundere,ut ſtatim euomãt, rurſusque hauriat, idque iterum,tertioque,tanquam ad perdenda uina geniti:& tanquam illa effundi non poſſint, niſi per humanum corpus. Ad hæc pertinent peregrinæ exercitationes,& uolutatio in cœno,ac pectoroſa ceruicis repandæ oſtentatio, per omnia hæc prædicatur ſitis quæri. Iam uerò quæ uaſa adulteriis cælata? tanquam per ſe parum doceat libidines temulentia. Ita uina ex libidine hauriuntur, atque etiam præmio inuitatur ebrietas, & ſi diis placet, emitur alius, ut quantum biberit tãtum edat, & pretium uinolentiæ lege accipit. Alius quãtum alea quæſiuit, tantum bibit. Tunc auidi matronam oculi licentur, graues prodũt marito: tunc animi ſecreta proferuntur. Alii teſtamenta ſua nuncupant,alii mortifera loquũtur, rediturasque per iugulum uoces non continent,quã multis ita interẽptis, uulgoq; ueritas iam attributa uino eſt. Interea ut optime cedat,ſolem orientem nõ uident,ac minus diu uiuunt. Hinc palor, & genæ pēdulæ,oculorum ulcera,tremulę manus, effundentes plena uaſa & quæ ſit pœna præſens,furiales ſomni, & inquies nocturna premiũque ſummum ebrietatis libido portentoſa,ac iucundum nefas. Poſtera die ex ore alitus fœtidi, ac ferè rerum omnium obliuio, morsque memoriæ. Rapere ſe ita uitam prædicant, cum priorem diẽ quotidie perdant: illi uerò & uenientem, Hactenus ille, ſed quæ iam sũt opera ebrietatis, nimirum.

Vt caput heſterno nutet tibi debile potu,

Accreſcat

Accrescat nimia linguaque sicca siti.

Itaq; rursus bibendum,& quo plus bibitur tanto maior sitis accrescit.Imò crescit indulgēs sibi dirus Hydrops paulatim,& ueluti spongie madescūt,mar cescunt,ac putrescūt:Nec hoc satis.Intereà ut cum honore dicatur honestarum aurium, surgendum a cibo,à potu,perturbādus accubitus,magno cū strepitu emingendum,idq; obscænè satis,impudenter, aut nisi hoc fiat,præsentes sunt dolores uētris,dysu riæ,tormina,Colici affectus,& uomitus puteolenti etiam in præsentia optimorum quorumque, imò ut Antonius fecit in senatu,in Tribunali sedens,quod pridie in Hippiæ nuptis tantū uini biberat,ut Cice ro illi objjcit.Iam more canum non solum uomunt, sed etiam scilicet mingunt ad mēsam sedentes, aut alunm resoluunt, cum uento sitate præmuntur, ac stygias paludes olent.Quod si hæc non accidant, longè acerbiora fortibus ad bibendum usu ueniunt. Nam sorbent tres congios uno impetu,ut de Nouel lio Torquato dicitur,& de Lucio Pisone, uel duos ut de Cicerone Marci filio,& de Marco Antonio in terfectore Marci Ciceronis proditum est. Vbi largè haustum,ut cætera fœliciter cedant,incalescentes im pudicissima cantāt,rixātur,contendūt,& pugnant, ac se mutuo more canum dilacerant. Cicero Marci filius temulentus impegit scyphū Marco Agrippæ. Alcibiades ebrietati deditus patriæ uastator fuit, & omnium malorum sentina. Alexander Magnus ebrietate uictus,optimos quosque suos duces occidit,ut Clithum,Parmenionem, Philotā, Aminthā consobrinum suum,nouercam,suosq; fratres,nutri cē & sororē Clythi,Attalū,Eurylochū, Pausaniam, aliosq; plurimos Macedonię Principes.Maximas in iurias Callistheni intulit suo pceptori uiro memora bili,vñ adeò terribilis fuit,ut acerrimo ueneno ēt in poculis dato sit interēptus,Quæ nō nefanda Tyberius Cæsar ebrius cōmisit, & huius filius L. Drusus ambo strenui potatores?Quę ñ fęmina ebriæ audēt?

Grandia quæ medijs iam noctibus ostrea mordet,
Quum perfusa mero spumant unguenta Falerno,
Quum bibitur concha, quum iam uertigine tectum
Ambulat, & geminis exurgit mensa lucernis.
I nunc, & dubita qua sorbeat aera sanna
Tullia, quid dicat notæ Collatia mauræ.
Mauræ pudicitiæ ueterem cum præterit aram.
Noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic,
Effigiemque deæ longis siphonibus implent.
Inque uices equitant, ac teste luna mouentur,
Inde domos abeunt.

Quid deinde? lurgia, bella, & quę in sepulchris durant post fata: ut Neapoli in Ecclesia Montis Olueti hoc inscriptum tumulo epitaphium testatur.

D. O. M.

HEVS VIATOR MIRACVLVM.
HIC VIR ET VXOR NON LITIGANT.
QVI SIMVS NON DICO, AT IPSA DICAM.
HIC BEBRIVS EBRIVS ME BEBRIAM EBRIAM NOMINAT.

LITIGAS,
VALE.

Sed quis enumerare uelit quæ plurimi magni uiri ebrij fecerũt, quorum mox pœnitentiã sobrij, sed serã egerunt: alij sę in perditionẽ præcipitauerũt. Fęminæ ebriæ Orphea à poetis occidisse commemorantur, & à Libero patre ea de causa ulciscente æmulũ scientiæ suæ, uersæ sunt in robora teste Ouidio Metamorphoseos undecimo. Huc refer de Libero Patre à poetis conficta, de Vulcano è cœlis à Ioue præcipitato. Noe ebrius conspectus à filio Cam irrisus est: Loth ebrius suas filias oppressit: Nulla tam sunt scelerata, quæ non designat ebrietas, unde Ouidius rectè dixit,

Nox, & Amor, uinumque nihil moderabile suadent,
Ista pudore uacat: Liber, Amorque metu.

Quamobrem pulchro epigrammate Virgilius ab ebrietate deterret, quod memoriæ causa, ut edificatus attingam.

Nec Veneris nec tu uini capiaris amore,
Vno namque modo uina, Venusque nocent.
Vt Venus eneruat uires, sic copia Bacchi
Eneruat gressus, debilitatque pedes.
Multos cæcus amor cogit secreta fateri:
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum sæpe parit ferus exitiale Cupido:
Et Lapithas bello perdis Iacche graui.
Denique cum mentes hominum furiarit uterque.
Et pudor, & probitas, & metus omnis abest.
Compedibus Venerem, uinclis constringe Lyæum,
Ne te muneribus lædat uterque suis.
Vina sitim sedent, natis Venus alma creandis
Seruiat, hos fines transiluisse nocet.

†Adeò certe Ethnici, & infideles homines detestati sunt ebrietatē, ut ipse poeta, cuius alioqui carmina uino cōmendari solent, illā improbauerit. Neque eo melior fuit Homerus, quod uinosus. Etem Zeleucus uir prudens & legislator Locrensiū obseruatis uitiis & improbitatib. quæ ex ebrietate nascūtur, adeò auersatus est uinum, ut ēt morbo affectis dari inhibuerit, lege quoq; cauit, ut qui uinum biberet, capite plecteretur. Hinc Locrensiū Resp. multo tpe fœlicissima fuit, & summos habuit philosophos. Indi uerò adeò abstemij fuere, ut nisi sacrorū cā nulli uinum bibere fas censerent, quib. erat cōstitutum, ut si temulentum regē mulier occidisset, hoc donaretur munere, ut successori Regi nuberet. Nec ignota est Romanorū consuetudo, apud quos uini usus oīno mulierib. interdictus erat: ut uinū bibisse, perinde esset, ac si in adulterio, uel graui crimine deprehensa, capitali supplicio plectenda foret: Inoleuitq; mos ut cognati, affinesq; osculum mulieribus

 ferret

ferrent.f.ut explorarent halitu oris, an uinum bibissent. Egnatius uxorē quod è dolio uinū bibisset occidit, & à Romulo cædis absolutus fuit. Turpe fuit Massilienfib. Milesiis, & plurib. Græcorum uinū degustare: uiri omnes abstemii & mulieres Hydropotæ erant. Romulum uinum ne in conuiuio quidem uoluisse bibere, auctores prodiderunt. Nā ad 30. usque annum urbis conditæ uinum bibere criminosum fuit. His morib. coaleuit Resp. Romana, semp quoq; seruis interdictus fuit usus uini, nisi sacrorū cā, solennib. festisq; diebus. Apud Trogloditas uerò regibus mulsum bibere concessum est priuilegio honoris, uulgus tn̄ abstemium est, & aquā potat cum Palinuro. L. quoq; Papirius Imperator aduersus Sānites dimicaturus, Victori Ioui pocillum mulsi pro re magna uoto destinasse dicitur. Tum.n. aquā, aut murinum, aut passum, aut defrutum, aliaq; eius generis potu dulcia Romani bibebant. Gn. Domitius uxorem, quod ualetudinis cā plusquam decebat, uinū gustasset, dote mulctauit: Et matrona magna natu qd cellæ uinariæ claues resignasset, inedia mori coacta. Quintus Coponius, quod uini amphorā ei, cuius suffragio magistratū petebat, dono dedisset, ambitus manifesti fuit condēnatus. Ingurgitatores uini adeò in oīm odio uersabantur, ut à Censoribus tanquā indigni honorib. & munere publico, senatu mouerentur, notaq; & ignominiis perstringerētur, indignum.n. uidebatur illos qui ingenio temulento, & marcido forent, quiq; libidinum maculis notarentur, ad Remp. accedere, aut de publicis reb. consultare: quod & Cretēses, Lacedæmonios, & carthaginenses factitasse nouimus: qui militib. ne efferos militia aīos insolentiæ assuescerent, in oī militia uini potum interdixere ex instituto Platonis, qui ēt magistratib. donec in honore essent, publicoq; officio uini usum inhibuit. Apud Athenienses lōgè durius ebrii tractabant. Princeps Rei. aliquis uisus ebrius morte mulctabat. Pittacus nanq; temulentos,

si quid deliquissent, duplici pœna mulctandos cura uit,& formidine supplicii ab ebrietate desisterēt. Ad de huc legē Aegyptiorum, quæ certā mensurā uini tantummodo Regi præbebat in ferculis, ultra quā excedere non licebat, ne sui impos per occasionē,& licentiā, turpitudini,& sordib. uacaret. De Mossynæcis ultra Carambim fluuium habitantib. proditur, quod Regem deiectum sibi, si quid uino excesserit, uel praue deliquerit, totius diei inedia affligebant. Hodie ex lege Mahometica Turcæ uinum non degustant. Huc pertinet quod Remiges in Triremibus uincti uinū non bibunt, corpe tñ sunt ualidissimo, integris uirib. potus eorū est aqua. Concilium Agathense(ut & priora multa concilia concluserāt) sanxiuit repetita lege, quæ in Canonico annotata est iure, ut ubiq; obseruet̃, ne sacerdotes uinum bibant, aut quicquā aliud ad ebrietatē: Ebrietas oĩno uitet̃ clericis, idq; ante oĩa, qm̃ ebrietas oĩm malorū fomes, ac nutrix est itaq; eū qué ebrium fuisse constiterit, ut ordo patit̃, aut 30. dierū spatio à cõione repellatur, aut corpali supplicio subdatur. Vtinā hæc lex suā exequutionē haberet, nec primores inferiorib. malo exēplo, malam impunitatem concederēt, unde oĩs disciplinæ ruinę. D. Augustinus acerrimè detestatur ebrietatem, scripsit libellum contra eam. Vbi sic incipit. Frequenter charitatem uestram fratres charissimi paterna pietate admonui, ut ebrietatis malum tanquam inferni foueā uitare deberetis. Sed & infœlices,& miseri ebriosi, quādo nimio turgēt uino, derident,& uituperant eos, qui rationabiliter hoc tm̃, quod sufficit, bibūt probra adiiciunt, dicētes, Erubescite,& uerecūdum sit uobis, quod non potestis bibere quantum nos: Non estis uiri: quasi ipsi essent uiri, q inhonesti in ebrietatis cloaca iacet: & uiri non essent, qui honesti & sobrii, stant. Quotidie adhuc martyres sunt Martyr em̃ testis est, quicunque pro ueritate testimonium dederit,& omnes cãs cum iustitia iudicauerit, qcquid pro testimo-

nio ueritatis, uel iustitiæ protulerit, totum ei Dominus pro martyrio cōputabit. Quicunque ebrietati resistit, si cū Dei adiutorio perseuerat, & pro ipsa re hic aliquas pertulerit tribulationes, omnia ei Dominus ad martyrii gloriam computauit. Nemo est Dominorum, qui seruum uelit ebriosum. putetis ergo quòd Deus suos seruos uelit & ferat esse ebriosos: quum maximum sit peccatum ebrietas: ideò adhuc magis homines inebriant se, ut peccatum peccato addentes, iusto utique Dei iudicio damnentur. Sacerdotes in die iudicii redituri sunt rationem, nō solùm de propria ebrietate, sed & de ignorantia aliorum, ut quod commisso sibi populo mala ebrietatis non annunciauerunt assiduè, non restiterunt. Qui parum peccatum putet esse ebrietatem in se emēdet, ni dignam pœnitentiam egerit, & cum D. Paulo suum corpus castigauerit, & in seruitutē redegerit, ieiuniis & orōne, cū adulteriis, & homicidiis æterna illū pœna sine remedio cruciabit. Vox. n. pauli notis-
1. Cor. 6. sima est. Neq;, inquit, fornicarii, neq; idolis seruiētes,
Gal. 5. neq; molles, neq; masculorum cōcubitores, neq; auari, neque adulteri, neque ebriosi regnum Dei posside-
Prou. 23 bunt. Quid miramini? qui ebriosi sunt, annè student animæ occidendæ? sic peccant contra quintum præceptum. Vnde Salomon in prouerbiis præcipit. Noli esse in conuiuiis potatorum, quia uacantes potibus & dantes symbola, consumentur. Veh his qui commorantur in uino, & student calicibus epotandis. Ne intuearis uinum quando flauescit. & splenduerit in uitro color eius, blandè ingreditur, tandem mordet ut coluber, uenena diffundet sicut Regulus serpentium uenenatitissimus. Oculi tui extranea uidebuntur: cor tuum loquetur peruersa, eris similis dormienti in medio æstuātis maris, quasi sopitus guber-
Eccl. 19 nator sine clauo: dices, uerberauerunt me, non cōdo-
Eccl. 31. lui, traxerunt me, non sensi: quādo euigilabo, rursus uina reperiam. Ecclesiasticus dicit. Vinum & mulieres apostata re faciunt sapientes & arguunt sensa-

tos.

tos. Et alibi. Diligẽtes uinũ noli prouocare. Multos enim exterminauit uinum. Ignis probat ferrũ durũ, sic uinum corda superborum ad ebrietatem sumptu, & exultatio animæ corporis est uinum moderatũ, & sanitas est animæ & corporis: Ergo abundè sumptum destructio & animæ mors. Irritationem, iram, ruinasq́; multas facit. Plinius ex ebrietate mortem memoriæ, quæ actionũ aïæ excellentissima est, descẽdere narrauit. Imò, Amaritudo aĩę est uinum, nimiũ haustum teste Ecclesiastico, qui animositati ebrietatis asscribit omnẽ imprudẽtiam, offensionem, imminutionem uirtutum, & inflictionem uulnerum. Oseas dixit, quod ebrietas cor aufert. Habetis testimonia infinita, quibus probatur Deo ebrietatem, uel desidiam ad pocula displicere. Itaque cogitate quale sit illud, quod pleni cibo & potu, pulsa omni siti, cum nec possint nec debeant amplius bibere, quasi renouati, & nouelli, ac superueniente hora necessitatis incipiunt bibere per uaria nomina sanctorum, sanctarum, non solum uiuorum hominum, sed etiam angelorum & defunctorum: quasi scilicet sic illis honorem aliquẽ libarent, aut impenderent, quum se in illorum noĩbus nimia sepeliant ebrietate. Ignorantes quod nullus grauiorem iniuriam Sanctis, & Angelis, & mortuis piis infert, quàm qui in eorum nominibus bibẽdo suam animam occidit. Omne paganum Deo displicet, at paganum est prorsus sumere falsos cibos, uel sitis prouocantia, ut tãto amplius auidiusq́; bibi possit. Magis paganũ uinũ ingerere, perfectus paganismus, epicurismus, & si plus uelitis, diabolismus, inebriari. Christiani uerò quum simus de tenebris perducti in lucem: de paganismo in fidem, de epicurismo impatientiam & charitatẽ, de diabolismo in pacem & Gratiam Dei, & Domini Iesu, de morte ad uitam, & quibus omnes scripturæ, interpretes, doctores, Apostoli, sãcti, atque martyres, imò ipsa animalia clamant, Ebrietatem fugite. Væ ebriosis: Væ uæ qui consurgitis ad bibendũ:

Oseæ 4.

Viuite nō in commessationibus & ebrietatibus, profecto relinquere omnem debemus inebriationē, turpissimas gentilium ebrietates non imitari, non sociari illis uel uerbi uel rei consensu, à quorum perfidia liberati sumus. Imò inquit D. Augustinus, Rogo, & per tremendum diem iudicii uos adiuro, ut ebrietatis malū fugiatis cōfortati in Domino: displiceat aliquādo uos gentilibus similes fuisse: placeat nunc dissimiles esse fide & opere, pśertim fuga ebrietatis. quoniā sola ēt ebrietas in gehennā præcipitat. Si quis regnū Dei nolit, dicat se desiderare æternā requiē sciat, ne se quis decipiat, duo loca esse. Tertiū non esse, nec uisum, qui cū Christo regnare no meruit, cū diabolo absq; ulla dubitatione peribit. Ego cū hæc humiliter & pio affectu erga omnes ita imitante charitate commemoro, absoluo, & purgo, conscientiam meā apud Deū, qui me audiuerit, & fideliter præstiterit hæc, habebit præmiū æternū: qui minus, timeat sibi de æterna pœna, quā cū meretrice ebria sanguine Christi sustinebit. Nō mihi eā uēdico facundiā quæ fuit in Xenocrate philosopho, qua Polemonē uino grauē, capite reuincto sertis, lasciuiisq; temulentiæ superbienrē ingressum in suū auditoriū inter doctos consīdētē de torto in temperantiā & modestiā sermone coegit serta capiti adimere & à uitiorum undis liber philosophiam sequi: sed charitas me hæc dicere tamen coegit.

Vi. ual. Ma. li. 6

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

Deuter.	29.c.	Prouerb.	20.a.
1.Reg.1.	1.b.		21.b.
	25.f.		23.d.
3.Esdr.	3.d.		31.a.
Iudith.	13.a.	Eccles.	19.a.
Iob.	12.d.		31.d.
Psal.	106.c.		37.d

Esaiæ.	5.c.		13.d.
	19.c.	1.Corinth.	3.c.
	24.d.		5.d.
	28.a.	ad Galat.	5.
Hieremiæ.	23.b.	Ad Ephes.	5.d.
Ezech.	44.	1.Thessa.	5.b.
Ozeæ.	4.c.	1.Petri.	4.a.
Ioel.	1.a.	Apocal.	17.b.
Lucæ.	1.	Valerius Max.	lib.6.
ad Rom.	21.f.		

DVODECIMA ADMONITIO

ad Viros & Masculos in genere, tam sacros quam prophanos.

SVMMAE.

1 *Quod multa restant dicenda, quæ ad sexus discrimina pertinent.*

2 *Virilis sexus homines statim à teneris unguiculis assuefiant ad uirtutes, ut uirili dignitati respondeant, & exercitati labores perferant*

3 *Infantes quomodo, educandi, ut uiriliter degant.*

4 *Adolescentia quomodo instituenda, ut uirtutibus imbuta præstans fiat, & primo de eo adolescente qui erit Religiosus.*

5 *Sacerdotes, & Religiosi bonis moribus bona exempla dēt suis, & benè doceant.*

6 *Prophani debent esse uiribus pollentes & ut Ecclesiasticos defendant, eisque obsequantur.*

7 *Viris proprie conuenit fortitudo, & patientia.*

8 *Viri debent etiam aduersam fortunam superare,*

9 *Viri non metuant mala.*

10 *Dignitas uirilis summa est, nam qui uere sunt uiri, diis æquiparantur.*

11 *Dignitas uirorum à Paulo describitur, & caput uocat, & uiros dignitas decet.*

12 *Adolescentes, & uiri se parent Reip. administrationi, & reuerean-*

reuereantur senes, non adeo curent corporis pulchritudinem, sed animi.

13 *Adolescentes fugiant inscitiam, discant optima, imprimis Christianam Religionem.*

14 *Adolescentes sint obedientes senioribus, & maximè Ecclesiasticis uiris.*

15 *Iuuenes fugiant intemperantiam.*

16 *De senectute pauca cum appendice.*

1 IAm portum prospiciens appellere, & uela contrahere parabam, cum subito lætior undique aura afflat. Parumper itaq; adhuc in aperto æquore expatiandum esse ratus, ut fastidium præteritæ nauigationis expellerem, & tabulas nauis abluerem, haud inutilem, iniucundamque excursionem molior, in qua officio Analectæ fungor, & id quod in superioribus præteritum, scituque dignum est, paucis subtexam, mox operis facturus suum finem, illud ex Martiale admoniturus antea. 1

Si nimius uideor, seraque coronide longus,
Esse liber, legito pauca, libellus ero. 2

Nondum enim satis de Viris, & ad masculinũ sexum pertinentibus tum sacris, tum prophanis perstrinximus, ac nõnulla in hunc usque locum thema tũ reseruauimus. Aequum est enim, ut liber hic Vertumnum spectet, cuius quidẽ nutu tot personarum diuersitates recensuimus ab initio, quæ tamen omnes uirili, fœmineoque sexui suam originem debent siue sacræ siue prophanæ, siue sanctæ siue peccatrices sint, idcirco non minus de uiris, quàm mox de fœminis pauca in medium suum allaturus, quæ in genere ad Virilem, uel Masculinam dignitatem, tum ad fœmineam pertinent. Has enim personas ipsa natura distinxit, & Lucretius libro secundo, sic canit.

Sed quia non uulgo paria omnibus omnia constant,
Nec mirum: Nam cum sit eorum copia tanta,
Vt neque finis (uti docuit) neque summa sit ulla,

Debent nimirum non omnibus omnia prorsum.
Ipse pari filio, similique affecta figura.

Atque adeo distinxit, ut unicuiq; corpori dissimilem formam ingenerauerit, cuius ui particulares existunt operationes: Ideo in primis operæ pretium uidetur, ut in genere quoque nonnihil dicamus de humanis personis, ut uirili, tum fœminea. Ante omnia Salustii sententia elegans uidetur recitanda, quę est talis in proemio côiurationis Catilinæ: Omneis, ait homines, qui sese student præstare cæteris animãtibus, summa ope niti decet, ne uitam silentio transigant, ueluti pecora, quæ natura prona, atque uentri obedientia finxit. Sed omnis nostrá uis in animo & corpore sita est. Animi imperio, corporis seruitio magis utimur, alterum nobis cum diis alterum cũm beluis commune est: quo mihi rectius esse uidetur, ingenii, quàm uirium opibus gloriam quærere. Et quoniam uita ipsa, qua fruimur, breuis est: memoriã nostri quam maximè longam efficere: Nam diuitiarum & formæ gloria fluxa atque fragilis est: uirtus clara; æternaque habetur, primum certe studium à tenera ætate masculini sexus esse debet, ut uirtute excellat non una, sed omnibus, quatenus fieri potest, qui. n. sacros ordines sunt professurii, opus habent Theologicarũ uirtutum exercitio una cum eis, quas Scholastici uocant cardinales, uel ethicas. Alii autem ethicis uirtutibus excellentiam quæsiuisse, & gloriã peperisse gaudebunt. *Præterea* qui peccatores conscientiæ tanquillitatem uolunt, Christianam debent degere uitam, quo illud consequantur, quod apud Iob. Capite. 37. Viri perfectæ uitæ homines memorã tur. tum ut suæ uocationi respondeant. Quoniam teste D. Augustino lib. 3. sermonum, sermone. 13. Viri appellantur à uirtute, eo quod libidines uincere debent, & cupiditates, quod duris laboribus, quibus Deus optima proposuit, & uendit, affectabunt cum Christo scandere cœlum. Vnde legitur Iob. 38. Accingere sicut uir lumbos tuos. Diuus Gregorius pulchre

Iob. 37. *Iob.*

chrè ait, quod scriptura sacra uiros uocare consueuit, qui uias Domini fortibus, & non dissolutis gressibus sequuntur. Et cum Iob dicit Cap. 23. de ciuitatibus fecerunt uiros gemere, ibi D. Gregorius Moralium. 26. interpretatur, quod uiri sunt qui perfectis gressibus per uiam Dei non fluxè & eneruiter currunt, sed uiriliter. Hinc dicitur Deutero. 31. Viriliter agite, & confortamini, & Iosue primo. Tum enim confortare & esto robustus: tu enim sorte diuides populo huic terram pro qua iuraui patribus tuis, &c. Rursus. 1. Paralipomenon. 19. Agamus uiriliter pro populo isto, & 2. Paralip. 32. Viriliter agite, &c. & ne paueatis regem Assyriorum. Dauid quũ fortiter certandum esse hortatur, ut quis ad Deum accedat, buccina clamat uiri liter agendum, ut psalmo. 26. Expecta, inquit, Dominum, uiriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum, & quarto rursus inde psalmo. Viriliter agite, & confortetur cor uestrũ, omnes qui speratis in Domino. Machabæi quoque, ut Simon & Iudas, qui maximis ducibus Christianis exemplo esse debent, ut gladium super uirile fœmur accingant, & Sanctam Deo Ecclesiam gladio defendant, qui uere sunt uiri, insonuere, & intronuere suis militibus hanc uocem, Confortamini & uiriliter agite: & rursus pugnate uiriliter: iterum, Accensi animis propter blasphemias uiriliter accesserunt ad pugnam contra hostes. Paulus ipsos Corinthios sic quoque adhortatur, Viriliter agite, & confortamini. Oĩa uobis in dilectione fiant. D. Gregorius super illud Prouerbiorum. O uiri ad uos clamito. Moraliũ 28. sic scripsit. Ego, inquit, non fœminis sed uiris loquor, quia hi, dui fluxa mente sunt, uerba mea percipere nequaquam possunt: carnalis enim uoluptas & fæminea mollities, aut fluxa lenitas, & desidiosa otiositas effæminant. laboriosa uita, & uolutatum fuga, ac uirilis habitus robusta ac continens intentio, firmaq; exercitatio ualidam faciunt mentem, & integras corporis uires. Vt igitur hanc suam maiestatem

uiri

Marginal notes: Iob. 23. Gregori⁹ Mor. 26 Deu. 31. Iosue. 1. 1. Pa. 19 Psa. 26. 1. Co. 16. Pro. 8.

uiri obtineant,& à teneris(quod primum est & maximum)debēt duris assuefieri exercitiis,& deinde laboribus.Quemadmodum id quod Iuuenalis rectè præcepit,uolens ueram uiris commendare bonitatē in Satyra decima,optimè tandem referant.

Fortem posce animum,& mortis terrore carentem:
Qui spatium uitæ extremum inter munera ponat
Naturæ,qui ferre queat quoscunque labores,
Nesciat irasci,cupiat nihil,& potiores
Herculis ærumnas credat,sæuosque labores,
Et Venere,& cœnis & plumis Sardanapali.

Quod si cuiusque ætatis generalia quędā ex optimis auctoribus collecta rudimenta delinauero,haud
3 abs re id fuerit,ut nostro instituto satisfiat. † Infantiū adhuc puerorū cura matribus,nutricib.ac medicis incūbit:donec reddere uoces incipiāt,tunc enim requiritur pædagogum, qui & naturali facundia,uoce integra ac uirili,bonisq; morib.præfiguret, quod effingere illi,ac imitari incipiant,hauriāt, imbibāt, in uenas,sanguinem,ac habitum transmittant non ui,sed quotidiana,iocosaque conuersatione. Nam ut fit in cibis, ita in moribus & præceptis se quoque res habere uidetur.Vulgo e schola medicorum profertur tritum.Quod sapit,nutrit:Ita quodcunq; præceptum , qualescunq; mores cum dulcedine & lusu inculcātur,hoc est,qui sapiunt,statim ipsum animū nutriunt.Equi,& bruta animalia quædā,seueriore disciplina instituuntur ad cursum,gressus,flexiones,& mansuetudinem:at humana natura puerilibus blandimentis,& iucunda institutione sine duritiæ gaudet,huic.n.non aliud placet, quā quod cum lusu & ioco quodam ingeri,inseriq; potest. Nam quod formidine commota audiunt,id penitus abhorrent,& eo alienantur prorsus per omnem uitam.Non fefellit hoc Ouidiū,quū puerū Cupidinē affatus, sic ait.

Et puer es,nec te quicquam nisi ludere oportet.
Lude,decent annos mollia regna tuos.

Horatius

Horatius etiam id expressit sic canens in arte poetica.

Reddere qui uoces iam scit puer, & pede certo
Signat humum: gestat paribus colludere, & iram
Colligit, ac ponit temerè, & mutatur in horas.

Sicut ignis quietus non est, & per se suapte natura semper in proxima agit: ita pueri iam pedibus firmi continuo in motu sunt, si modo ualēt, Nec opus habent monitore, sed potius socio & pari: qui uero cohibere hunc motum, & lusum uolunt, plus nocent, quàm prosunt Verum à natura promotus hic lusus iuncto moderatore & in bono cursu, probatisq; moribus collusore dirigi debet ita, ut sensim literarius fiat, & sua sponte incipiat pingere, scribendo characteres efformare, sonum flectere aut acuere, oratoriè ac musicè modulari: pariter corpore subeat lusus robustiores, pondera portando, iaculando, discum iaciendo, prouocando, cursitando, equitando, similiaque puerilia, & ætati conuenientia exercitia. Hæc tali fiant pacto, ut accrescente ætatis robore, ualidiora simul gymnasmata & animi & corporis accedant sine imperio, sed ipsa natura allubescente, minusque tedii sentiente. De nutrimenti ratione nihil addo, quoniam sufficienter hoc suppeditandum est in quãtitate, qualitate, & suo tempore, nec de uarietate exercitiorum quoniam hoc est alterius instituti. Attamē pro genere uitæ, quod quisque sibi proponit, rectè instituendo, conuenientia ei ab ineunte ætate fundamenta omnibus exercitationibus, quotidianoq; usu iacienda sunt. Nam quid huiusmodi pueriles institutiones ad perfectam ætatem faciunt, Plutarchus docet libro de pædagogia, adductis exemplis Lycurgi legislatoris Lacedæmoniorum, & Cebetis Thebani, uulgò dicitur, Qui uitulum sustulit, tollet & taurum, Hoc puerili lusu Milo Crotoniates demonstrauit, quemadmodum dicitur, quod tales sumus, qualibus nutrimur: ita ratione animi, ingeniique tales sumus & euadimus, qualibus instituimur. Adeo hoc uerum

est,

est, ut ipsa fides Christiana quoque ex auditu fit, sicut Paulus dixit. Vbi ergo ætas patitur, adolescentiæ decursu uirilia munera capessere oportet. Qui Religiosus est, uel erit, exerceat ingenium, memoriam, & suã uoluntatem destinet uirtutibns non minus faciendis, quàm docendis, in primis pietatẽ erga Deum, & homines colat. Meditetur in lege Domini dies & noctes, quumq́ue potest, meditata in scripta conferat, stylus enim dicendi est optimus magister: non conuersetur nisi cum Religiosis, & deuotis Deo uiris. Duplex enim est talis conuersationis utilitas, una quod bona colloquia bonos mores generant & conseruant: Paulus ex Menandro recitat. Corrumpũt bonos mores colloquia praua. Et uerum est, uulgare illud. Rom. 10

Morbosa una pecus inficit omne pecus,

Altera autẽ, quod hinc fit nomen præclarum & fama honesta, cuius uirtutem non debet Ecclesiasticus negligere. Pulchro huic distlcho locũ faciemus quod à Petrarcha plenius in libro de Remedio utriusque fortunæ tractatum est.

Optima cum iustis est conuersatio, qua tu
perspicium fama nomen habere potes.

5 †Quoniam uero Sacri uiri alijs exemplo esse debent, sedulò conabuntur eos ubique exprimere mores, quorum imitatione alii in bonam uiam uirtutis deducentur, & meliores euadant. Nullum enim malum est in corpore, quod non à capite tanquàm funiculo dependet: ita nullum est in Repub. malũ, quod non à spirituali magistratu initiũ aliquod accipiat. Interea si minus omnem uirtutem exprimant, saltẽ adumbrent, uitentque scandala. Prophanorum est autem bona ea imitari, quæ in suis sacerdotibus uiderint, mala omittere. Fieri enim non potest, ut circundatus adhuc mortali carne omnino perfectus existat in Christo, in gratia Dei, in mutua dilectionẽ proximi, quæ etiam malefacta in optimam interpretatur partem, quæ nõ odit, non æmulatur, perfectus

esse potest. Ipsi autem Religiosi uisitare solēt ægros, uiduas, orphanos, orphanos non solum parentibus sed orbos etiam bona institutione & bonis moribus uisitabant, emendabant, & ad opera bona nō priuati quæstus causa, sed propter salutem animæ, & fælicitatem Christianæ Reipublicæ instigabant, pigros incitabant, pauperes iuuabant, ignorántes instituebāt. Nunc quid faciant, Deus nouit. Certè boni sacerdotes hæc obseruant uigilantemque curam gerunt pro suis ouibus. Hinc manet adhuc consuetudo in multis pagis, quod die dominico finita concione ipse Sacerdos suos Agricolas in genere de suggestu adhortatur ad rusticorum debitorumque operum diligentiā fodiendum arandum, seminandum, metendum, plātandum, inserendum, insinuans, temporaque actionum, & ferias, nundinasq; distinguens enunciat. In hebdomada si quem, suorum olim ab opere imperfecto cessantem Agricolam parochianus, uel pigrum, aut aliena ab instituto facientem uidisse, hunc arguebat priuatim, & inobedientem, de rostro publicè uerbis castigabat, donec grauiora intentādo ad saniorē mentem reduxisset. Eo modo boni sacerdotes bonum & strenuum populum informabant, & cæremoniis Religionis animos deuinctos ad Deum diuinaque opera pertrahebant. Priuatum non admittebatur delictum. Publicè commissum propter hilaritatē aut humanam infirmitatē publica charitate, & pietate expiabatur. Ideo res mortalium tum optimè se habebant: Nūc sibi quisque studet, & religiosus potius haberi uidetur, ut gregem tondeat, deglubat, & si potest deuoret, quàm pascat, & impinguet: nec mirum quia è contrario prophanus Religioso alimenta denegat, maledicit, aufert undecunque potest, indignū corporali beneficio prædicat: quum sciat, quod inseruienti aræ necessaria sunt honorifice procuranda de traiuit tamen: insidias tendit, & mortem per uarios cruciatus intentat. Propter hanc mutuam alienationem pax constare non potest, Deus faxit, ut offensi

animi

animi reconcilientur,propofitoq; lucro æternæ falutis,omnes tranquillè per ftadia uitæ huius decurrant. A Deo nanque hæc falus Reip. Chriftianæ depender, ut a quo eft omne bonũ. Tum Viri facri ab adolefcentia probè in bono uitæ ftatu progredientes, pijs ac fanctis exemplis, uteraq; doctrina fuum populum erudientes & fibi,& populo,& toti Reip. Chrifti maximum emolumentum,& ornamentum præftabunt fibi, quia affuetam retinebunt, pietatem per omnem uitam,& inftitutionẽ fine omni moleftia, cum laude honore,& utilitate: populoq; a hunc in bonis operibus, in operibus dilectionis, in fructu fpiritus informatũ obedientẽ, ad uirtutes faciẽdas promptũ, ad domeftica negotia attentũ, a uitiis alienũ, minus fentientẽ onera paupertatis, nec diuitiis fuperbientẽ, Ecclefiæ, ac Ecclefiafticis uiris beneuolũ habebũt. Chriftianæ Reipublicæ, quia mutuo nexu, omniumq; mẽbrorum Ecclefię iuncta ad bonum finẽ cõfpiratione hærefes fepultæ iacebunt fchifmata non nocebunt, apoftatæ formidabũt, impii conticefcent, dentibus frement,& contabafcent.

6 †Prophani ãt corroborati honeftis corporis actionibus, corrcfpõdentibus cuiufq; uitæ generi, & fedulitate laborãdi expediti haud dubiè neceffaria alimẽta,& uitæ fubfidia inueniẽt, corpore ualebunt aĩo, benigno ꝑd ti ætatẽ reliquã degent tranquillã, ualidã,& pacificã, fin minus talia iecerint fundamẽta, per reliquã oẽm ętatẽ laborandum, defudandumq; eft Religiofo in rebus animi cognitionis, religionis,& uirtutis, prophano in bonis morib.& ualetudine corporis,& perferẽdis laborib. ut uiri noĩne excellat. Religiofus prudentia rerũ diuinarũ,& humanarũ cæteris antecellere debet: prophanus prudẽtiã actionũ,& praxim adiunget utriq; iuftitiæ omnes fpecies funt colendæ. Cõfilio religiofus, uirbus corporis prophanus ꝑſtabit: utriq; tamen fortitudinis ftudiũ effe uidetur propriũ, ut uiri dicãtur. Ne illud in probris fit in promptu,& fi quid tale dici poteft.

Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres
Illaque uirgo uiri.----
Et illud simile
Salmacida spolia sine sanguine & sudore

Turpe est enim uiro Sardanapalũ agere, uel Thessalum, uel Niniã: quum Amazones animaduertimus uiris bellicam gloriam, & gubernandæ Reip. curam præcipuisse. & quis ferat uiro exploso fœminam concionantem: sicut de Agrippina, & Plancina Historiæ produnt: Certè uir non debet esse mollior fœmina: quoniam, ut Cicero ait, quod uiriliter, magnoq; ani-
2. *Tusc.* mo fit, id dignum uiro & decorum uidetur. & ut est in Tusculanis. Appellata enim est ex uiro uirtus.
7 †Viri autẽ propria maximè est fortitudo: cuius munera duo maxima sunt, mortis, dolorisq; cõtemptio. utendum est igitur ea, si uirtutis compotes, uel potius si uiri uolumus esse. Quoniam à uiris uirtus nomen est mutuata. & mox idem. Caue turpe, quicquid languendum, non uirile. obseruentur species honestæ animo. Zenoni præponatur Eleathes, qui perpessus est omnia potius, quàm conscios delendæ tyrannidis indicaret. De Anaxarcho, Democrito cogitetur, qui cum in manus Cyri Nicocratis Regis incidisset, nullum genus supplicij deprecatus est, neque recusauit. Calanus Indus indoctus & Barbarus in radicibus Caucasi montis natus sua uoluntate uiuus combustus est. Nos, si pes condoluit, si deus, (sed fac totum dolere corpus) ferre non possumus. Opinio est enim quædam effœminata, ac lenis, nec in dolorẽ magis, quàm eadem in uoluptate: qua quam liquescimus, fluimusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus. Ad uerò C. Marius rusticanus uir, sed plane uir quum secaretur, ut supradixi, principio uetuit se alligari. Nec quisquam ante Marium solutus dicitur esse sectus. cur ergo postea alij? ualuit auctoritas. Vides ne igitur esse opinionis non naturæ malum, & tamen fuisse acrem morsum doloris idem Marius ostendit, crus enim

alterum

alterum non præbuit. ita & tulit dolorem, ut uir, & ut homo maiorem ferre sine causa necessaria noluit. Totum est autem in eo, ut sibi primum quisque imperet, & sic uir erit, unde rectè Boetius canit. *li. 3. Metro. 5.*

Qui se uolet esse potentem,
Animos domet ille feroces,
Nec uicta libidine colla
Fœdis submittat habenis.
Etenim licet India longe,
Tellus tua iura tremiscat,
Et seruiat ultima Thule.
Tamen atras pellere curas,
Miserasque fugare querelas
Non posse, patientia non est.

Non est igitur inconueniens, ut is, qui uirilem togam, laudem, & gloriam affectat, fortium facta. & patientiam sibi proponat, assidueq́; cogitet nihil enim æquè Iulium Cæsar. incitauit ad res gerendas, quàm contemplata Alexandri magni ineunte ætate iuuenili bella gerentis, in templo Veneris proposita pictura. Cur in tẽplis Christianorum statuæ, imagines, picturæ martyrum, innocentium, confessorumq́;, & in primis memorandi Christi habentur, nisi ut his stimulati in fortitudine Christiana exerceamur, & confirmemur: Qui igitur eas abolere conantur, impietatem, & effœminationem mercenariam moliuntur: memoriam uirtutum, & monumenta ueri splendoris tollunt. Ethnici statuas erexerunt fortib. uiris in memoriã emulationis, ut Ioui, Marti, Castori, Polluci: Græci Harmodio, Leenæ, Thrasybulo. Romani Regib. Consulib. & Cęsaribus: nos Christiani nõ cõtexemus (hæreticis ita. s. iubentibus) catalogũ fortium uirorum, & uerè uirorum? non habebimus picturas, aut imagines horum? absit impietas: quin ꝓ statua Catonis sese occidentis collocetur statua Xpi iniusta morte pro humana salute crucifixi: pro statua Castoris stet D. Petrus: pro Polluce S. Paulus.

pro Bellorophonte S.Georgius. Ita pictis statisque uultibus fortiũ uirorũ, uera uita pro loco, pro cuiusque templi ratione uariantibus ad animarũ salu tẽ cõmendetur, ne ordinẽ modũq; demus erigenda rũ imaginũ, cuius arbitriũ, & ius semper penes catholicã Christi Ecclesiã fuit. Quid prodest recensere Herculẽ, Zenonẽ, Eleatem, Theodorum, Cæcilium, Teucrũ, Siniũ dentatũ, Manliũ Capitolinũ, M. Sergium, Mariũ, Coclitẽ, Deciũ, Pub. Scipionẽ, Marcũ Marcellum, Pompeium, Iulium, Cæsarem, Tyberiũ, Stratoclem, Themistoclem, Alcibiadẽ, Periclẽ, Philippum, & huius filium Alexandrum Magnum, Mutium Scęuolam, de quo Martialis dicit.

Dum peteret regem decepta satellite dextra.
Iniecit sacris se peritura focis.

Omitto gignantes, quorum uis potius impetuosa, q̃ fortis fuit. Adde huc feminas fortitudine celebres, ut Leænam, Chæliam, Lucretiam, Epicharin. Ecclesia Christi nobis suppeditat nõ minora, sed amplissima & uera exempla, ut in ueteri testamento Abeli iusti, Esaiæ prophetę, Ionæ, Danielis leonibus obiecti, puerorum Hebræorum ignem ardentẽ euincentium, aliorumq; prophetarum, Samsonẽ, in nouo testamẽto Christum, Petrum, Andream, aliosque Apostolos pręter mollem Iudam non potentem resistere tẽtationi diaboli, & infinitos discipulos. Hos imitemur, si ueri esse cupimus, nam assuefaciendo nos duris, insistendoq; uestigiis illorum, minus incommodi sentiemus. Pueri Spartiatæ uerberibus assuefacti nõ ingemiscunt. Cicero testatur se uidisse Lacedæmonæ adolescentium greges incredibili cõtentione certantes, pugnis, calcibus, unguibus, morsu, deniq; ut exanimarentur, priusquã se uictos faterentur. Sapientes Indię Gymnosophistæ nudi degunt, & Caucasi niues, acerbãq; uim hyemalẽ sine dolore perferunt, quiq; ad flammã se applicuerint, si ne gemitu aduruntur. Indicarum fœminarũ uictrix se uiuam mortui mariti rogo superimponit. Nũquã

naturam mos uinceret, est enim ea semper inuicta; sed nos umbriis, delitiis, otio, languore, desidia animum infecimus, opinionibus, maloq; more delinitum mollinimus. Certe uiri est dolorem euincere,
8 tum fortunam superare. †Vnde Seneca, Haud est uirile terga fortunæ dare. Audax uirago non tulit retrogradum. & Faustelinus ait.

Perfer Vlyssæo fortem de morte sinistram,
Hæc bene certanti fortiter icta iacet.

Et Horatius quoq; rectè cecinit Car. 2. ode tertia.

Aequam memento rebus in arduis
Seruare mentem non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Lætitia moriture Deli.

9 †Inde non formidare malos, aut his cedere. sicut apud Virgilium Aeneę præcipitur.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito,
Quam tua te fortuna sinet, uia prima salutis
Quod minimè reris, Graia pandetur ab urbe.

Viri est adhæc, inquit, Menander, accidentia ferre generosè. Eneruos animos uirtus odisse solet. Quin uir fæminarum infirmitatē sua fortitudine consolari debet, & puerilē, senilēq; ætatem fulcire, Remp. patriam, suos amicos, suā familiam, ac se denique sua uirili uirtute defendere ab oī externa & hostili ui. Huius roboris acquirendi causa, exercitationibus deditus otia fugiat, balnea, mollia strata, uina & Venerem, nam dici solet in hos.

Quisquis ad infernas properas accedere sedes,
Huc iter accelerant balnea, uina, Venus.

Otia igit᷑ odere antiqui Romani, & Germani: his enim tarda, teste Cæsare in Cōmē. Venus, & ut Tacitus ait, iō inexhausta pubertas, atq; solidissima sūt corpora. Sacri aūt uiri cōtinētes esse debent, semper in exercitio uisitationis, doctrinæ, p̄liniādorūq; mo
10 rū. †Restat de dignitate uirili pauca adiiciā, (quę tū ēt fęminis cōuenire p̄nt.) quā à deo oīpotente summa p̄fectione, reb. iā totius naturæ absolutis express

sam, superimpositáq; Moyses docet. & ppea Dauid testatur: Omnia inquit, subiecisti pedibus eius, & ante gloria, & honore coronasti eũ, & cõstituisti eũ super omnia opera manuũ tuarũ. Dedit uiro (& præsertim iudici) eã potestatẽ, ut Deus uocaretur, quum inquit. Vos dii estis, & filii excelsi omnes. Et sicut Moyses initio refert: Faciamus inquit Deus, hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã, & sic profectò ad imaginẽ Dei factus est homo. Rursus Ioãnes id cõfirmat, dicẽs: Dedit his ptãtem filios Dei fieri. Nũquid rursus propheta id clarè ẽt expressit sic psallẽs? Qm̃ dii fortes terræ uehementer, quinimo omnes eos, qui uirilem dignitatem suam tuentur, sacra scriptura uocat deos tã fideles, quàm infideles. Enim uerò Moyses dicit, quod filii Dei respexerũt ad filias hominũ, quod essent pulchræ. Filios aũt Dei uocat posteros adamicos uirili dignitate ceu diuina maiestate præditos: Iudith 3. legitur quod Nabuchodonosor præceperat Hodolofernі, ut oẽs deos terræ exterminaret. Et Paulus fatetur sic scribẽs de eo: Sũt dii multi & dñi multi. Ethnici philosophi admirati sunt fabricã uirilẽ ut artificiosissimã. Aristoteles dicit, quod nobilissimũ & altissimũ inter oĩa animalia animal est homo: & rursus quod idẽ naturaliter est politicum & ciuile. Nec ueretur dicere quod homo solitarius, aut Deus est, aut bestia. Plato diuinitatem homini in Tymeo tribuit: nec hoc ignorauit Porphyrius Platonicus sic scribens. Sumus. n. rationales nos & dii, sed mortale appositũ disiũgit nos ab illis. Et Lucius Apuleius nõ est ueritus de Deo Socratis librũ inscribere, in quo profert, quòd præstantissimũ animal est homo in terris existens. Cicero libro de legibus pulchrè huc respexit: Animal hoc, inquit, prouidũ, sagax, multiplex acutũ, memor, plenũ rationis & cõsilii, quem uocamus hominẽ, præclara quadam cõditione generatũ est. Hinc illa cõsuetudo olim recepta fuit & ad posteritatem descendit, quod magni & re ipsa uiri uocantur diui. Apud Virgilium

Psal. 8.
Psa. 81.
Gene. 1.
Genes. 9
Ioan. 1.
Psa. 46.
Gen. 6.
Iudit. 3.
1. Co. 8.

lum de Aenea sic dido loquitur.

Quem sese ore ferens? quàm forti pectore & armis?
Credo equidem, nec uana fides genus esse deorum.

Apud Ouidiũ in Fastis, si rectè memini, Ianus dicit.

Tunc ego regnabam patiens cum terra deorum
Esset, & humanis numina mista locis.

Occultioris philosophiæ indagatores multa de Heroibus tradiderunt, & tertium genus deorũ uocant. Romani uerò suos Imperatores uiuos, & deos uenerabantur, & salutabant, defunctos in numerum deorũ referebant. Ita Iulius Cæsar diui prænomen tulit. Virgilius uocat Augustum Deum etiam uiuum, cùm inquit.

O Melibeæ, Deus nobis hæc otia fecit,
Nanque erit ille mihi semper Deus: illius aram
Sæpe tener---

Et postea Melibæus rogat,

Sed tamen iste Deus qui sit, da Tityre nobis.

Respondit post alia tandem Tityrus, & Deũ docet.

Hic illum uidi iuuenem Melybæe: quotannis
Bis senos cui nostra dies altaria fumant.

Ouidius Germanicum eodem nomine honorat, quum sic canit.

Pagina iudicium docti subitura mouetur
Principis, ut Clario missa legenda Deo.

Martialis quoque Domitiano sic adulatur uocãs eum Iouem, quum scribit.

Tunc admitte iocos, gressu timet ire decenti
Ad matutinum nostra Thalia Iouem.

Prisci Romani Quirinum Deum narrabant: Græci Herculem. Plinius clarè illud exprimit. Deus est, inquit, mortali iuuare mortalem, & hæc ad æternam gloriam uia. Hac proceres iere Romani, hac nũc cælesti passu cum liberis suis uadit maximus omnis æui rector Vespasianus Augustus, fessis rebus subueniens. Hic est uetustissimus referendi benemerẽtibus gratiam mos: quippe & omnium aliorum nomina deorum, & quæ suprà retuli syderum ex hominũ na

ta sunt meritis, Iouem quidem, aut Mercuriū, aliter ue alios inter se uocari, & esse cœlestem nomenclaturam quis nō interpretatione naturæ fateatur Plinius posterior Traiano diuinas, laudes asscribit, ut Deo. Cur non & medici honesto titulo laureisq; sertis, ut dii olim sunt culti? ut in Apolline Aesculapio, horū que posteris pro diis habitis paret. Nec omittendum est uulgare adagium, quo dicitur, quod homo homini Deus uel dæmon est. Virilis nanq; maiestas, & uirtus iuuandi se, suosq;, talem cōmendationem meretur. Tantæ itaque uiri maiestati nō sine causa omnia naturalia subiecta prædicantur. & rectè Ouidius modulatur ex Orphica disciplina.

Sanctius his animal, mentisque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset.
Natus homo est siue hunc diuino numine fecit
Ille opifex rerum--------

Sed reuocandus est gressus ad incœptam materiā si quis enim hāc uiri dignitatem explicare niteretur, integrum & maius iliade opus conscriberet. Huc. n. faciunt, quæ habet Galenus de usu partium humani corporis: quæ Aristoteles in lib. de Animalibus, quæ Lactantius libro de opificio Dei, uel formatione hominis: quæ Cyrillus, & multi alii diuersis libris scripserunt. Paulus autem Viri dignitatem collimās pau
11 cis reddit. †Volo autem, inquit, uos scire, quòd omnis uiri caput est Christus: Caput autem uxoris uir. Caput quidem Christi Deus. Deinde uiri hāc dignitatem tribus argumentis demōstrat: Primo, quia uir orans aut prophetās si caput suum tegat, turpitudine se afficit: secundò quia imago & gloria Dei est tertio quia teste natura, caluities ipsa uiro cum laude conuenit? contrà mulieri. Habet autem dignitas hęc suam pulchritudinem, imo est præcipua species pulchritudinis & decoris. Quod Cicero etiam in officiorum primo satis declarauit, sic dicens. Cum autē pulchritudinis duo sint genera, quorum in altero uenustas sit, in altero, dignitas, uenustatem muliebrem

ducere debemus dignitatem uirilem: Ergo & à forma remoueatur uiro omnis nō dignus ornatus, & huic simile uitium in gustu, motuque caueatur. Nam & palestrici motus sæpe sunt odiosiores, & histrionum nonnulli gustus ineptiis non uacant, & in utroque genere, quæ sunt recta, simpliciaque laudantur. Formæ autem dignitas coloris bonitate tuēda est, color exercitationibus corporis. Adhibenda est prætereà munditia non odiosa, neque exquisita nimis, tantumque fugiat inhumanam & agrestem negligentiam. Eadem ratio est habenda uestitus, in quo, sicut in plerisque rebus mediocritas optima est. Cauendum est autem ne aut tarditatibus in grestu utamur mollioribus, ut similes pomparum ferculis esse uideamur, aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. Sed multo etiam magis elaborandū est, ne animi motus à natura recedant. Ipsa autem natura formam uirilem pulchritudine sæpe decorauit; qua quidem in re præceptum Socratis tenendum est, quod Apuleius refert: Ille crebro discipulis suis suadebat, ut semet in speculis contemplarentur, ut qui pulchritudine excellentes sibi placerēt, impēdio procurarent, ne dignitatē corporis malis moribus dehonestarent: qui uero minus se forma cōmēdabiles cernerent, ut uirtutis laude, turpitudinē tegerent. Diogenes enim quum uidisset aliquem decora facie, moribus inhonestū, ait: O quàm bona domus, & malus hospes, Si pulchra, iudice Periandro laudanda sunt corporis? ergo animi pulchra longè magis. Multis formæ pulchra maiestas conciliatrix Regiæ Coronæ fuit, maxime quum morū probitas accessit: aliis morum bonitas causa regni & amplissimæ fortunæ fuit itaque Menander ait: Noli iudicare uidēs pulchritudinem, sed morem. At qui nec pulchram corporis dignitatem, nec morum uenerationem habent, quid unquam profecerunt. Sunt etiam non negligendi uersus Ouidii.

Forma uiros neglecta decet: Minoida Theseus

Abstulit

Fortè gestus.

Abstulit à nulla tempora comptos acu.
Hypolitum Phædræ, nec erat bene comptus amauit.
Cura deę siluis aptus Adonis erat.
Mundiciæ placeant, fuscentur corpora campo:
Sit bene conueniens, & sine labe toga.
Linguaque nec rigeat, careant rubigine dentes:
Nec uagus in laxa pes tibi pelle natet.
Nec malè deformet rigidos tonsura capillos
Sit coma, sit docta barba resecta manu.
Et nihil emineat, & sint sine sordibus ungues,
Inque cana nullus stet tibi nare pilus.
Nec male odorati sit tristis anhelitus oris:
Nec lędat nares uirque, paterque gregis.
Cætera lasciuæ faciant concede puellis
Et si quis male uir quærat habere uirum.

1 †Præterea adolescens, qui nosse debet suũ officium, nimirũ ut senes reueratur, & ex his optimos, probatissimosq; eligat, quorũ consilio & auctoritate nitatur, semper eò suũ studiũ dirigat, ut Rei. quã plurimũ possit prodesse, & animę salutẽ adipisci. Ineũtes enim ætatis inscitia, constituẽda & regẽda senũ prudẽtia. Maximè autẽ hæc ætas à libidinibus arcẽda est, exercẽdaq; in labore, patiẽtiaq; & animi & corporis: ut eorũ & in bellicis, & ciuilibus officiis, opificis, artibus, reip. cura uigeat industria. Atque ẽt cũ relaxare animos, & dare se iocũditati uolent, caueãt intẽperãtiã: meminerint uerecũdię quod erit facilius, si huiusmodi quoque rebus maiores natu interesse uelint. Senibus minuẽdi sunt laboris corporis exercitationes, animi augendæ uidentur. Danda uero opera, ut & amicos & iuuentutem, & maximè Rempu. consilio & prudentia quàm plurimum adiuuent. Nihil autẽ magus cauendum est senectuti, quàm ne se languori desidiæque dedant. Luxuria cum omni ætati tum senectuti fœdissima est. Si autem & libidinum intemperantia accesserit, duplex malum est, quod & ipsa senectus concipit dedecus, & facit adolescentium impudentiorem intemperantiam. Hæc ex Cicerone perstringe

ſtringere placuit, quod aurea ſunt ex fonte naturæ deſumpta præcepta officii uirilis, nec à Chriſtianis moribus aliena. Qua de cauſa nos ea ſtrictius obſeruare debemus, ut quibus hoc mandatum eſt per gratiam Chriſti quando etiam ethnici ea ſine gratia, ſed tamen moti tantum lumine & lege naturæ, ſcripſerunt, & ſeruauerunt. Adoleſcentes enim formæ. pulchritudine, nec robore ſuperbire, aut ulli iniuriã inferre, ſed ſe Deo commendare, & proximum iuuare debent. Quod ſi formæ non eſt concordia cum pudicitia propter pulchritudinem, ideo hãc in uiris non multum deſideramus, quin contra negligemus. Ambroſius libro tertio, de Virginitate narrat, quod Iuuenem ueteres fabulæ ferunt, quum propter admirabilem oris pulchritudinem in amorem incenderet fœminas, ſtigmatibus exaraſſe uultum ſuum, ne qua eum amare poſſet. Vnde rectè D. Auguſtinus dicit li. 15. de Ciuitate Dei, quod pulchritudo corporis bonum, Dei donum eſt: ſed propterea id etiam largitur malis, ne malum bonum uideatur bonis. quia Prouerbiorũ 31. legitur quod, fallax gratia, & uana pulchritudo. Huc alluſit Seneca, in tragędia quarta, ſic dicens. Anceps forma bonum mortalibus: Exigui donum breue temporis, & rurſus. Res eſt fragilis forma fugax. quis ſapiens bono confidat fragili? dum licet utere. Tempus ſi tantum ſubruet, horaque duplici de cauſa naturaliter formę perit gratia, ut cicero in Rhetoricis ad Herennium, inquit, formæ dignitas aut morbo defloreſcit: aut uetuſtate extinguitur: artificialiter autem uariis modis corrumpitur, ſicut etiam deformitas fuco ornatur, quod in uiris non debet fieri exigente phœdre apud Ouidium in epiſtolis ſic.

Sint procul à nobis iuuenes ut fœmina compti,
Fine coli modico forma uirilis amat.

Adoleſcentes cogitent illud Eccleſiaſtis, adoleſcentia, inquit, & uoluptas uana ſunt. Lætare ergo iuuenis in adoleſcẽtia tua, & in bonis ſit cor tuũ in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in uiis cordis tui, &

intuitu oculorũ tuorũ, & ſcito quod ꝑ oĩb. adducet te Deus in iudiciũ. Plau. in Bacchidib. dicit: qđ iuuenili ætati nõ cõducit mulier, nec latebroſus locus. & rurſus. *Iſthoc illecebroſius fieri nihil poteſt, nox, mulier Vinum homini adoleſcentulo.* Difficile vr̃ colligere ea, à quib. adoleſcentia eſt dehortanda. Nam Prou. 30. habet. quod tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: Viam aquilæ in cœlo, uiã colubri ſuper petrã: uiam nauis in medio mari: & uiã uiri in adoleſcẽtia, præcipua tñ annotabo, quia de iõne formæ ſatis dixit, ne confidat ſuæ pulchritudini externæ, per quam ſæpe labitur, ut ſit miſer, & uerè mortalis, ſed ut ſtudeat pulchritudini animi adhortandus eſt adoleſcens. Nã dicit Ambroſius ꝙ uicina eſt lapſibus adoleſcẽtia: quia uariarũ æſtus cupiditatũ feruo
13 re calentis inflãmat ætatis. †Proinde inſcitiã fugere dẽt adoleſcens: ꝑſertim quum natura ipſa tunc ferat ad cognitionẽ ueri. Lactantius refert, quòd Plato de aĩa differens, ex hoc, ait, poſſe cognoſci aĩas eſſe immortales, atq; diuinas, quòd in pueris mobilia ſunt ingenia, & ad percipiendum facilia: quod ea quæ diſcunt, ita celeriter capient, ut non diſcere illa tum primũ uideant, ſed recognoſcere, & reminiſci. Et Plato in Timæo: Certè illud expertus ſum, tenaciorẽ fore illorum memoriã, quæ prima ætate diſcuntur, addiſcant optima: facilè. n. tenera conciliantur ingenia ad honeſti rectiq; amorem, ut Seneca in Epiſt. ad Lucilium 110 annotauit: tum quia mortalitas prona eſt ad ignorantiam boni, iõ hæc ſtatim eſt exploden da: tradenda non inepta, ſed honeſta, & uera. Chryſoſt. in prologo ſuper Matth. dicit, quod adoleſcentibus in ludo literarum poſitis non tã placent ſolida, q̃ picta: quiq; potius pulchra, q̃ utilia ſectant, nec tã agentia diligunt, q̃ ſonantia: magis gaudent foliorũ amænitate conſpergi, q̃ fructuum ubertate nutriri. Tũ Seneca dicit in Tragœdia ſecunda, quòd peiora facilè præcepta iuuenes audiunt, inde temeritas eſt, ut ait Cic. in lib. de Senect. uidelicet florentis ætatis,

prudentia senectutis. Et Homerus dicit in Odyssea quod iuuenes semper incipiunt, & in Iliade quod iuniorum mentes pendant, & quod iuuenis operationes ueloces sunt, sed tenue cōsilium. Nam & Aristoteles inquit 6. Ethicorum. Iuuenes non possunt esse prudentes: quia prudentia requirit experientiā, quæ indiget tempore: & multitudo tēporis facit ad experientiam. Propter hæc à pueritia debent discere bonas artes, & audire uera salubriaq; præcepta, cognoscere & reuereri Deum, ac Dominum Iesum: Nam omnia scire, & Christum ignorare, est omnia nescire. Christus dat prudentiam & sapientiā abunde petenti, nec improperat, ut Iacobi 1. docetur. Dat non minus iuueni quàm seni: ut testatur D. Bernar. ad Theobaldum militē. Multos, ait, uidemus iuniorum super senes intendere, moribus dies antiquorū, meritis præuenire tempora, &, quod deest ętati uirtutibus compensare. Quare iuxta Apostolū nemo contēnat adolescentiam bonæ indolis. senectus uenerabilis nō est numero annorū, sed meritorū magis merito computata Et Arist. 1. Ethicorum, ait: Nihil differt ætate puer & moribus puerilibus: ita nec differt ętate senex & moribus senilibus præditus. Sępe adolescens uirtute & morib. prudētiam senum superat. Vnde ne à senibus quidē Timoth. sperni uoluit Paulus. Nemo ait, tuam adolescentiam contemnat Seneca ad Lucilium. Epist. 16. sic tradit. Magnum expecta gaudium, quum puerilem animum deposueris, & te in uirum philosophiæ descripseris, adhuc. n. nō pueritia, sed querilitas remanet. Et hoc quidē peius est, quod auctoritatem habemus senum, uitia uerò puerorum, nec puerorum tantum, sed et infantium. Aegyptij sacerdotes, ut est apud Platonem senes Grę cos uocabant semper pueros: quia non discebāt prudentiam. Itaque iuuenes qualescunque sunt, pro sua uocatione Christo seruiant, & S. catholicæ Ecclesiæ, ut obtineant prudentiam, & exultent in gaudio conuenienti unicuique uitæ suæ generi, & temeritatem,

omnemq;

omnemq; stultitiam facilè sic expellat. Hac de causa præcipitur quoque obedientia iuniorum erga senio
14 res.† Cyprianus ait lib. de 12. abusionibus. Sicut in senibus sobrietas & morum perfectio requiritur: ita in adolescentibus obsequium, & subiectio, & obediētia ritè debetur, & sicut fructus non inuenitur in arbore, in qua flos prius non apparuit: sic in senectu te honorem legitimum cōsequi non poterit, qui in adolescentia disciplinæ alicuius cognitione non la borauit. Disciplina igitur absque obediētia qualiter fieri poterit? Adolescens ergo sine obedientia, adolescens sine disciplina est. Hinc Cicero, Adolescentis officium sit, ait, maiores natu reuereri. Iuuenalis tradit, quod ideo iuuenis olim uetulo assurgebat, aut habebatur nefarius, & morte dignus. Cato dicit, Magistrum metue: & cede maiori. Ecclesia autem Christi antiquissima est: & à senibus honorata. Itaq; huic summa debetur reuerentia à iuuenibus, ab hac se instituti desiderent, huius senioribus obediant. Ecclesiasticus, ait in medio magnatorum loqui nō præsumas, & ubi sunt senes, non multum loquaris. Iacobus præcipit, ut simus ueloces ad audiendum, tardi ad loquēdum. Ad hæc dicit in Rhetoricorum secūdo Aristoteles, quod iuuenes non sunt maligni moris, sed facilis, & Horatius in Arte poetica Iuueniles hos impetus describit, qùum ait,

Gaudet equis, canibus, & aprici gramine campi
Cereus in uitium flecti, monitoribus asper.
Vtilium tardus prouisor, prodigus æris,
Sublimis, cupidusque, & armata relinquere pernix.

Et Seneca Tragœdia nona, Teneris inquit in annis haud satis clara est fides. inconstantes sunt plerūque Iuuenes. Itaq; ut ī bono cōstet honestis disciplinis est efficiendum, maximè timore Dei, sanctæ Ecclesiæ uirorum Ecclesiasticorum, seniorum, parentum, ac præceptorum. Hoc D. Petrus in genere mandat, clamās; Adolescentes subditi estote senioribus: fulti uere senū doctrina, bonisq; disciplinis, minus æstu cupi-

cupiditatum rapientur in transuersum:& quod secũdum est adolescẽtiæ malum, intemperantiã effugiẽt.
15 †Enimuero. D. Hieronymus ad Nepotianum hoc præscribit tali modo. Sicut ignis in lignis uiridibus suffocatur, ita sapientiam adolescentia tẽtationibus & libidine impeditam non explicat suum fulgorem, nisi labore & studio, & oratione incentiua iuuentutis uitia repellantur. Causa luxuriæ uitandæ Licurgus optimas leges Reipublicæ Laconicæ condidit, si modò obseruatę fuissent. Laertius narrat & Iustinus, quod pueros puberes non in forum, sed in agrũ duci Lycurgus iussit, ut primos annos nõ in luxuria, sed in omni labore & opere agerent: Nihil eos causa somni substernere, & uitam sine pulmẽto agere: neq; prius in urbem redire, quàm uiri facti essent, statuit. Ebrietas cauenda est iuueni. Vnde Aristoteles, 7. polyticorum dicit, quod iuuenes maximè custodire oportet ab ebrietate: & Plautus, nihil iuuẽtuti illecebrosius uino dixit. N*ox & amor: uinumque nihil moderabile suadent*. Nec cibo obruẽdæ sunt uires. Aulus Gellius 4. lib. Noctium Atticarum. Pueros impuberes compertũ est, inquit, si nimio cibo, nimioq; uino utantur, hebetiores fieri; & hinc elici stupiditatem, improceraq; fieri corpora eorum, minusq; adolescere. Et Cicero in li. de Senectute: Libidinosa, intemperansq; ait, adolescentia, effœtum corpus tradit senectuti. Tenenda sunt itaque præcepta Pythagorę: Imperare assuescite his, inquit, Ventri quidem primum, & somno, libidiniq; & iræ. Arist. Topic. 3. uult iuuentutẽ maximè exercẽdã esse tẽperãtia, quia cõcupiscentiis magis quàm senes molestant. Paulus uult eẽ diaconos castos, sobrios, pudicos, continentes, ita & epos, alios ab omni lasciuia, scurrilitate, & intemperantia alienos. Petrus iubet: Fratres sobrij estote, & uigilate in cibo & potu modum sciant optimum. Platus in Penulo, Hoc unum tamen cogito: modus omnibus rebus optimus est habitus, nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex

se

ſe. Vitare debent in uerecundiam. Ambroſius primo officiorum dicit. Verecundia quum ſit omnibus ætatibus, perſonis, temporibus & locis apta, tum adoleſcentes iuuenilesq; animos maximè decet. Vt artifex in materia cõmodiore melius operari ſolet: ſic uerecundia in ipſo quoque corporis, decore plus eminet ita tamen ut etiam ip ſe ſit minimè affectatus decor corporis, ſed naturalis, ſimplex, neglectus magis, quàm ornatus, uel cultus, uel expetitus. Hanc uerecundiam pulchrè extollit S. Bernardus ad Eugenium pontificem. Quid, ſcribit, amabilius uerecũdo adoleſcente: quam pulchra & quàm ſplendida gemma morum eſt uerecundia in uita & uultu adoleſcentis: quàm uera & minimè dubia bonæ ſpei, nuntia bonæ ĩdolis, uirga diſciplinæ, expugnatrix malorum, propugnatrix puritatis innatæ, ſpecialis gloria conſcientiæ, famæ cuſtos, uitæ decus, ueritatis ſedes, uirtutum primitiæ, naturæ laus, & inſigne totius honeſtatis. Ariſtoteles quarto Ethicorum ait, quod uerecundia non conuenit omni adeo, quàm iuuenili, etenim iuuenes uerecundos laudamus. Verecundiam Bernardus ſororem continentiæ uocat. Homerus dicit Iliados quinto, quod uerecundantium uirorũ plures ſeruantur, quàm interficiuntur. Sunt hæc eò cautius obſeruanda, quod, ut Caſſiodorus dicit, indignè trãſacta adoleſcentia odioſam ſenectutem efficit, & honeſtè acta ſuperior ætas fructus capit auctoritatis. Quid enim ſenectus ſurripere ualet, in quo iuuẽtus reprehenſibilis nõ fuit? tum quia Hugo in libro de Clauſtro animæ: In illa, ait ætate, quando crines flaueſcunt, caro niteſcit eburnea, oculorum gemmis facies roſea decoratur, ualitudo corpori ſubminiſtrat, & ætas iuuenilis longioris uitæ ſpacium repromittit: quando uiget ratio, uigent etiam corporis ſenſus, uiſus acutior, auditus promptior, inceſſus rectior, uultus iocundior: qui in hac ætate ſe domãt, & Deo ſe ſociant, præmium Ioannis Baptiſtæ expectãt, tales enim offerũt hoſtiã uiuẽtẽ, Deo placẽtẽ &

immaculatam, non aure, non oculo, non pede, non
lingua carentem. Audiat hoc senum conuersio, qui-
bus ex defectu senectutis aures obturantur, oculi tur
bantur, ut breuiter, cuncta perstringam, ipsi in se per
se deficiunt. Hi non offerunt agnum immaculatum
(sed ut ita dicam) porcum cruētatum, sicut enim por
cus in immundiciis, ita senex iacuit in uitiis: & sicut
porcus siliquis pascitur, sic senes fabulis, & rumori-
16 bus delectantur. † De Senectute extant libri Cicero-
nis; hos legat. qui officium senis cupit cognoscere,
ut autem uela ipsa cōtrahamus, pauca uerba D. Am-
brosii subiciam quibus compendio prædicta inuol
uuntur, primo officiorum. Honor, inquit, adolescé
tiū est timorem Dei habere, parentibus deferre hūc,
honorem habere senioribus, castitatem tueri, humi-
litatem non aspernari, diligere clementiam, & uere-
cundiam, quæ ornamenta sunt iuuenili ætati: in se-
nibus grauitas, in iuuenibus alacritas, in adolescen
tibus uerecundia commendatur.

SYLVA HAEC.

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

Genes.	3.c.		10.e.
	20.b		25.a.
	32.f.		26.b.
	41.c.	2.Reg.	20.a.
Exodi.	2.c.	3.Reg.	17.d.
	11.a.		20.c.
Leuit.	15.a.	4.Reg.	1.d.
Num.	30.a.		4.b.
Deut.	22.a.		5.a.
Iudic.	14.c.	2.Paralip.	17.b.
	20.a.	1.Esdræ.	3.a.
1.Reg.	2.e.	Neem.	7.a
	17.a.	Iudith.	12.c.
			1.a.

DECIMA DERTIA ADMONITIO, *& Vltima, ad fœminas, & Puellas in genere, tam sacras quàm prophanas.*

SVMMAE.

1 *Laudabilis est fœminarum natura, & honorabilis sexus.*

2 *Quia mulier gloria viri est, ideo excellentior viro haberi potest, & quo modo ?*

3 *Mulier sine peccatis præstantior est uiris.*

4 *Mulier etiamsi infirmioris uideatur naturæ, eo tamen est nomine præstantior.*

5 *Laudare fœminas probabile est, & à priscis sanctis usurpatum, & naturale.*

6 *Fœmina à peccatis integra, & ipse declaratur uirtus.*

7 *Laudes Euæ, & D. Virginis cur immensæ? & simul omnes adhortamur ad harum uitam imitandam.*

8 *Fœminarum, & mulierum uirtus ingens, in eo, quod allicit omnes ad amorem sui: unde fœminæ in primis studebunt excellere uirtutibus.*

9 *Virtus, & pulchritudo propria est fœminarum.*

10 *Mulieres ecclesias diligenter frequentabunt, & sacras conciones audient.*

11 *Mulieres sua pulchritudine se commendabunt Deo, ac maxime quæ sacræ sunt.*

12 *Mulieres semper debent meminisse uerecundiæ & pudoris.*

13 *Mulieres nuptæ attendant ad filiorum procreationem, & educationem.*

14 *Mulieres non sint garrulæ, nec superbæ.*

15 *Otia etiam uitanda mulieribus, ac de exercitio Religiosarum, mox de exercitio sæcularium.*

16 *De mulierum cura domestica, & quod lanificium tractare debent.*

1 †QVanquam multi haud parum in eo genere se exercuerunt, ut fœminarum, & puellarum uituperiis emissis inclarescerent: tamen minimè gentium horum uestigiis insistere uolo, eaq; adeò non probo, ut contrarium sententiam sequar, profitearq; laudem potius fœminei sexus, quam ullam uituperationem, præsertim quum intelligo, quod Paulus ille ter maximus, & summus diuini uerbi præco, electum uas sapientiæ Dei, & Apostolus

non

non per hominē, aut ex hominē, sed per Iesum Christum, & Deum patrem cœlestem ineffabiliter mulierem laudat, quid dico mulierem? immò omne muliebre genus: sic manifestè scribit: Mulier uerò gloria
z uiri est: † Non enim est uir ex muliere, sed mulier ex uiro est neque enim acquisitus est uir per mulierem, sed mulier per uirum. Vnum hoc loco omittere non debeo, quo uel solo ineffabilem fœminarum laudem docere possum, & quod à nemine hactenus manifestè obseruatum aut proditum fuit. Credo quod boni auctores uiri officiū minime esse existimauerint uirili dignitati inter omnes creaturas elementares ullū animal conferre, noluerūtq; eo nomine uilipēdere suam personam. Interea haud equum esse arbitror ueritatem supprimere. Nullatenus Christiano uiro, aut sapientiæ studioso cōmmitendū, ut in errore uersetur, aut locū mēdacio fieri patiat. Neq; uerò decla ratio ueritatis aliquo modo auctoritatē, aut dignitatē, excellentiamq; uiro derogat, sed maiorē tribuit. Ego nullam naturæ iniuriā uerbis statuto: clarè rem ipsam demonstro. Itaq; ut paucis enunciem non à Pelio monte, aut Orci fabula orsus sed ab ipsa ueritatis professione incipio. Sacra nāq; Biblia & diuinus propheta Moyses me docēt, & manifestum faciunt omnibus, quòd mulier uirago est dicta. Est autem uirago quæ exprimit oēs actiones uiri, mulier agens uiriliter, q̄ de uiro sumpta est. Proinde hæc superior, præstantior, aut saltem par fuisse uideri potest dignitate & maiestate uirili ab initio, si multas rationes nauales inspiciamus, neque me perturbat auctoritas multorum philosophorum, maximè Aristotelis dicētis, quod fœmina est mas occasionatus. Verum si scripturam consulamus fœmina uiro inferior est, licet non fuerit uiro subiecta seruitute seruili, quæ est pœna peccati. Nam sicut Christus dicitur esse caput Ecclesiæ, sic & maritus uxoris. Et propter peccatum uero, ad quod etiam uirum pellexit, audiuit illud. Et uir dominabitur tibi: Vnde peccati ratione

uiro subiecta est mulier, hocque solo nomine. de sua præstantia aliquid amisisse uidetur. At quæ sine peccato est, uiris creatis, humanis personis plenè excellentior demonstrari potest, ut fuit Diua Virgo. de qua uoluit Deus nasci homo. Quare infinitis laudibus prçluxit & colitur. De qua Mãtuanus cecinit.

Nulli adeo uiuax animi solértia nulli,
Tam fœlix aderit florentis gloria linguæ,
Vt Mariæ possit laudes æquare loquendo,
Quæ data sunt illi nunquam mortalibus ullis.
Antea concessit, uel post concedet Olympus.

Quæ uerò fœminæ, quæcunq; inquam puellæ peccata & inquinatam uitam euitantes in hoc mundo floruere, pro diuersis cuiusq; uirtutibus diuersas laudes obtinendo ad Maiestatem D. Virginis accessere, aliæ propinquius, aliæ medio cursu, aliæ remotius. Sicut quædam in antiquo testamento præcesserunt, ita multæ in nouo sequutæ sunt, & adhuc quotidie sequuntur, ut quæ sanctæ sunt mulieres, siue uirgines, siue uxores, siue uiduæ. Ex hoc. n. sexu haud pauciores diligentes Christum, Christiq; passionem, & martyria pertulerunt, quàm uiri, fuere innocentes, & fuere confessores olim, sicut & nostris tẽporibus. Quamobrem à sua resurrectione statim Christus apparuit D. Mariæ Magdalenæ prius, quàm Apostolis, imò per illas mulieres suã resurrectionẽ primò Apostolis annunciari uoluit.
4 †Quod aũt infirmioris, humiliorisq; naturæ fœminæ esse uidentur, quàm sint uiri, id facit ad manifestandam illarum gloriam, &
1. Cor. 1 honorem. Nã Paulus docet, quod Deus infirma huius mundi elegit, ut confundat potentia, & ignobilia, & contempta elegit Deus, & non existẽtia, ut eã
Luc. 1. quæ existunt, euacuet.----- D. Virgo in cantico suo clarè id docet: Et exultauit, inquit, Spiritus meus in Deo salutari meo: quia respexit humilitatẽ ancillæ suę. & mox: & exaltauit humiles, qua de cã D. Petrus Apostolus haud ignorans uoluntatem Dñi Dei, sic scripsit: Viri similiter cohabitent secundum cogni-

tionem, tanquam infirmiori uasi muliebri exhibētes honorem, quemadmodum & cohęredes gratiæ uitæ, ne preces uestræ excidant. Itaque D. Petrus honorē, D. paulus gloriā attribuit, deferriq; iubet fœmineo sexui, ipsa uerò sancta Dei Ecclesia memorias quoque diuarum uirginum celebrat, ut undecim mille uirginum: sanctæ Petronillæ Agnetis, Luciæ, Emerentianæ, Priscæ. Agathæ, Dorotheæ, Appolloniæ, Perpetuæ, Balbinę, Potentianæ, Margaritæ, Praxedis, Christianæ, Clarę, Reginæ, Teclæ, Ceciliæ, Chatarinę, Bibianę, Barbaræ: matronarum, & Viduarum ut Susannæ Iudith, Monachæ, matris D. Augusti. Maxētiæ, uiduę matris sancti Vigilii. Quod si hoc loco digrederer in laudem fœminarum, haud mihi posset uerti uitio: quoniam prouerbiorum tricesimo primo dicitur manifesto, quod mulier timens Dominum ipsa laudabitur. Et Ecclesia, uicessimo sexto legitur, quod gratia super gratiam est mulier sancta & pudorata: Nam ut habetur Ecclesiastici. tricesimo sexto: Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionē. Adiutorium secundum illū est, & columna & requies. Et mox, ubi non est spes, diripietur possessio, & ubi non est mulier, ingemiscet egens. Ecquid uerba Dei significant, pensiculate uersemus animo, ut quæ sunt Genesis secundo cap. Non est inquit Deus, bonum, hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi: formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & uniuersis uolatilibus cœli adduxit ea ad Adam, ut uideret quid uocaret ea. Omne enim quod uocauit Adam animæ uiuentis, ipsum est nomen eius. Appellauitque Adam nominibus suis cuncta animantia, & uniuersa uolatilia cœli, & omnes bestias terræ. Adę uerò non inueniebatur adiutor similis eius, immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam: cumq; obdormiuisset, tulit unam de costis eius, & repleuit carnem pro ea, & ædificauit Dominus Deus costam quam tulerat de Adā in mulierem, & adduxit eā ad Adam. dixitq; Adam,

Prov. 31
Eccl. 26
Eccl. 36
Gene. 2.

hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc uocabitur uirago, quoniam de uiro sumpta est, Græcè habetur Arrenopos goni. Hebraicè uero issa, u elisse. Propterea relinquet homo patrem & matrem & adhærebit uxori suę & erūt duo in carne una. Erat autē uterq; nudus, Adam scilicet, & uxor eius, & nō erubescebant. Porrò non parum Muliebrem uirtutē & gloriam demonstrat, quod cum Adam extra paradysum formatus, in paradysum traductus est à Deo, ac ibi ex dormientis costa uel latere, ut non nulli interpretantur, formata tandem est Eua. Paradysiaca igitur & uerè cœlestis creatura est, fœmina: optima etiam, quia defectum, solitudinemque uiro noxiam discussit, & depulit: quia adiutorium uiro: quia usque adeo uiro commendata est, ut propter eam pater, & mater postponantur, Illa ergo pretiosior est patre & matre cuiusque, & uenerabilior. Adde huc quod non est simplex adiutorium uiro, sed tale, quod simile uiro existat, imò uirago quoque ab ipso Adamo dicta est. Non mirum existimo pulchritudinem & uenustastem propriam esse fœminarum, quia prima in paradyso creata fuit fœmina: paradysus uerò pulchritudine omnia superat. Sed inferet aliquis, quorsum hoc fœminarum encomium? nimirum ut ostendam ipsam fœminam à Deo formatam in paradyso, & cęlestis naturæ participē in oculis hominis id esse, quod in animo philosophi dixere uirtutem ipsam, quod Plato Sapiētiā, quod cicero Honestum: cuius primo officiorum sic meminit, uocās uirtutum honestum. Itaque eorum ipsorum, quæ aspectu sentiuntur, nullum aliud animal pulchritudinē, uenustatem, & conuenientiā partium sentit. Nā similitudinem natura ratioque ab oculis ad animā transferens, multo etiā magis pulchritudinē, constantiā, ordinem in consiliis factisque conseruandū putat: cauetque ne quid indecore effœminateve faciat: tum in omnibus, & opiuionibus, & factis nequid libidinose aut faciat, aut cogitet, quibus ex rebus confla-

tur & efficitur id, quod quærimus honestum: quod etiamsi nobilitatum non sit, tamen honestum sit, quodque uerè decimus (etiamsi à nullo laudetur) laudabile esse natura. Formā quidē ipsam Marce fili, & tanquā faciē honesti uides, quæ si oculis cerneretur, mirabiles amores (ut ait plato) excitaret sapiētiæ. plato in Phædo siue dialogo de amore & pulchro ui sus, inquit, omniū sensuū nobis acutissimus, qui per corpus fiūt, quo sapiētia non cernitur: ardētes.n.excitaret amores, si quod tale simulachrū oculis appareret. Eadē est de cæteris natura amabilibus ratio. At uerò pulchritudo sola, hāc habet sortem, ut maxima omniū, & perspicua, & amabilis sit. Qui ergo non est mysteriis nup initiatus, aut potius deprauatus, hic nō celeriter ad ipsam pulchritudinē excitatur, sed aspiciens similitudinē quandam, quæ ab ipsa uera pulchritudine denominatur (nimirum fœminā intelligit) & ad dū eā quā aspicit, non uenerator, quadrupedis ritu uoluptati deditus aggredi, & filios serere nititur: petulāterq; cōgrediēs nec timet, nec erubescit uoluptatē præter naturā sectari. Aristoteles primo politicorū. Nō p inde, ait animi pulchritudinē ac corporis cernere est, quod si tā facile animi pulchritudo quàm corporis uideretur, dici nō posset quāto amore uirtutis animus accenderetur, rectè quidē. nam cū animus præstet corpori, quanto est dignior, tanto magis eluceret. Cur autem animus sit tardior in amorē uirtutis, hæc est causa, qa ubi est parū notitiæ per sensum & sensibilia quæ extrinsecus occurrūt ibi tardior est notitia p intellectū & intelligibilia, q̄ animo occurrūt, & animo cōprehendūtur, sed parua noticia uirtutis per sensibilia occurrit animo ergo animus ét uirtutis minore afficitur ut cuius minorē habeat notitiā. Sed si nūc ego uerā & sensibilē quoq; demōstrauero ipsā uirtutē, ipsam sapiētiā, ipsā pulchritudinē, ipsū honestū, ipsam amabilē naturā, nō simulachrū eius tātūmodo, ut illi dixere qd sentiēt? Philosophi fatebūtur se in errore uersatos esse in tenebra-

rum

gratio cum triumpho ipsa Beata Dei genetrix semper Virgo maria, ipsa Domini Iesu templum ipsa sancti spiritus sacrarium. Sed me spiritus deficeret, si hu ius laudem efferre conarer, huius precibus & instin- Ioã.2.a. ctu Christus benedictus omnium primo miracula facere cepit, sicut patet de aqua in uinũ mutata in nuptiis Canæ Galilęę ex admonitione inquam, & rogatu Diuæ Virginis dicentis, uinum non habent. Hæc est ergo uirtus ipsa sensibilis tum in mundo apparẽs & cum marito Iosepho, ac Christo Benedicto in terris conuersans. Ad hanc accedũt omnes fœminæ sanctæ, huius formam, speciem & pulchritudinem exprimunt non uiri, sed fœminæ, unde decet ut fœminæ quoque illam moribus imitentur: & ad huius uitam componant se omnes mulieres, si nesciunt, discant uitã moresq; diuæ Virginis Marię ab Ecclesia saucta cõprehẽdãt, aĩo pulchritudinẽ illius in corporis spẽcie, in cogitationib. in oĩbus actionib. ut intellectã pulchritudinem ament, & imitentur. Nulla est quoq; creatura quæ adeo hominesque deosque in sui amorem concitet, & sibi conciliet, ut fœmina hanc Deus ipse amauit, & suam sedem ædemque esse uoluit. De hac ita propheta canit. Astitit Regina à dextris tuis in uestitu deaurato, circundata uarietate. Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui: & concupiscet Rex decorem tuum. Heroes, Reges, Imperatores, Principes, sapientes, ac mortalium semper optimi fęminas diligere, harum amorem antepofuere amicitiis omnium uirorum, regnis, cunctisque bonis mundi, nihil amabilius fœminis habuere. Inuictus omni fortuna Hannibal, & iam proximus imperio orbis, unius tamen fœminæ amicitiam cunctis mundi diuitiis gloriæ, ac maiestati suæ prætulit. Cæterum Cicero in libro de Amicitia dicit, quod nihil est amabilius uirtute nihil est quod magis ad amandum alliciat: quippe quum probitatem & uirtutes, & eos, quos nunquam uidimus, quodammodo diligamus. At quàm multi

multi sunt, qui uel sola fama alicuius pulchræ fœminæ longa itinera suscipiunt, amore in eam ferũtur, & ad eam per mare, per saxa, per ignes currũt. Quid non cleopatræ illius Aegyptiacæ Reginæ causa fecit primò Iulius Cæsar, tũc Marcus Atonius, inde Augustus Cæsar? quid non pariter propter Helenam? imò ad uisendas pulchrarum fæminarum statuas & picturas multi peregrinantur, ut olim Crotoniatem propter Venerem, Athenas propter Mineruam, in Cyprum propter statuam Veneris: in Paphum similiter, & ad Eleenses. Carthaginem propter statuã Iunonis, & deinde Didonis: in Aegyptum propter statuam Isidis. Quamobrem quum ipsa uirtus sui amans sit omnino, & optimè se ipsam nouit, quanque amabilis sit intelligit, non mirum quòd uirtute prędıti homines ad fæminas, tanquam ueras uirtutes, & harum statuas tanto desyderio accesserint, ut patriæ, liberorum, amicorumq; aliorum, ac domesticorum bonorum, & commodotum immemores, loca peregrina transiuerint, alii in itinere defuncti sunt, alii pericula uaria aggressi, confectis infinitis laboribus, uix salui in portum redierint. Hoc constat in peregrinationibus Argonauticis Iasonis propter Medeam: Vlyssis & Græcorum propter Helenam: Aeneæ propter Didonem, & Lauiniã Latini Regis filiam: Alexandri Magni propter Amazones: ne interea mentionẽ faciamus Dauidici erga Bersabæam amoris, & sapientissimi mortalium Salomonis nu
3.Re. 1. trientes septingentas Reginas Vxores, & ad trecen
11.a. tas concubinas, adeò quod nimio harum amore à uero Dei cultu tandem etiam auocatus fuit, & idola triam commisit. † Illud denique addam argumentum, quo admonitas esse uel im fæminas, ut uirtutem sequantur: nimirum quod pulchritudo, & uenustas decet mulieres, & propria est mulieribus, imo omnis uirtus: Nam oĩum uirtutũ nomina apud Schytas, (qui uetã Adamicã linguam retinent,) Hebræos, Græcos & Latiuos, fœminino genere

genero proferuntur, ut fides, spes, charitas, prudentia, Iustitia, Fortitudo, Modestia, oẽsq; illarũ species. Pictores aũt qui antiquitatũ sunt studiosi obseruatores, quiq; ueras & uiuas reiũ imagines depingendo imitãtur & exprimũt quantũ licet, ipsas uirtutũ effigies formasq; fœmineo semper habitu repræsentant, hoc idẽ factitãt statuarii, sculptores, cælatores, quicũq; plasticæ excellunt, atq; encaustici artifices, quibus figuli ẽt subiiciũtur. Cõtra quoq; præcipua uitiorũ nomina sunt muliebris gñis. Quid enim? si fœmina à uirtute defecerit, iã inobedientia, diffidentia, desperatio, inimicitia, impudentia, iniustitia, pusillanimitas, intẽperantia: tũ superbia, inuidia, ira, auaritia, gula, luxuria, accidia apertis uitiorũ cataractis inũdant. Hinc Scylla, Charibdis, & quæcunq; mõstra muliebra naturã rerũ læserunt, quæcunque Harpyę salubritatẽ aeris infecerũt & deturpauerũt amæna: quæcunq; Lernææ Hydræ crudeliter humanum genus prostrauere. Quocirca fœmina dẽt meminisse suæ primæ originis in Eua: recõciliationis, in D. Virgine Maria naturæ in uirtutib. & uirtutũ denominationibus, ac imaginibus. Sed dicet mihi hic prudens fœmina, quid uis faciã? Respondeo, imitare D. Virginẽ, & aliarũ sanctarũ fœminarum uitã. At nescio, ait, credo. Ideoq; adeũde & audiẽdæ sunt sacræ cõciones in Ecclesia Dei, festiuitates diligenter colẽdæ, uitæ legendæ, uel ex recitatione cognoscendæ: imagines, picturæ, statuæ illarũ habendæ, Hymni sancti cantãdi: explodendæ omnes rerũ malarũ cogitationes, memoriæ, monumenta, picturæ, statuæ, similitudines idolatricæ, fugienda omnia uerba otiosa & inepta, uitãdę actiones noxiæ. Religiosæ uero, sub obediẽtia suæ regulæ strenue decurrãt, ut coronã iustitiæ & ęternæ pulchritudinis adipiscãtur. Oĩno in spiritualib. bonis deo, Christo, Diuæq; Virginis gratis pseuerẽt. Deũ orẽt pro se, ac oĩbus ĩ mũdo, cõtra ĩstrumẽta neqtiæ, ĩsidiasq; diaboli cõtẽdẽtib, ieiuniis carnẽ refrænẽt, & ut eleemosynarum

narũ gratia, uel corporalibus uel spiritualibus be-
nigne in egenos, & spiritu pauperes erogatis in plu
rimos mortales redundet, Ita nexu charitatis uin-
11 culũ† Christianę Religionis ĩdissolubile cõtexãt, un
de & uenustate corporis, & pulchritudine aĩę, & de
lectabili cõgregationis suę splẽdore, ac gratia ineffa
bile bonũ coaceruabũt, augebũt, conseruabuntq́; in
Leui. 21 S. Ecclesia Christi. Nã quod uenusta ac pulchra deo
grata sunt, uel inde palã est, quod Leuitici uicesimo
primo legitur, ne is, qui maculam habuerit, panes
Deo offerat. Nec accedat ad ministerium eius, si cæ-
Nu. 21 cus, si claudus. Et idem repetitum legitur Numeri,
21. capite. Rursus quod leprosi, ut qui deformes es-
sent, à Christo mundabantur, hoc est, mundi & pul
chri, scilicet à lepra ut contraria lepori liberati resti-
tuebantur in dignitatem. Hæ igitur sacræ, religiosæ
que Virgines, ac mulieres ab omni immũditia tam
externa quam interna abstinebunt, & se pulchritudi
ne sua, omniumq; rerum suarum Domino Deo ac
sacræ Catholicæ Ecclesiæ commendabunt, scientes
quod in habitu sancto decorem habente & pulchri
tudinem in uoce, uultu, gestu, incessu, uestitui, om-
niq; conuersatione Deo placebunt. Non criminatri-
ces existant: non uino multo deditæ sint, sed etiam
benè docentes, ut quæ erudiant iuniores puellas, &
marito iunctas, ut uiros diligant, ut sint prudentes,
castæ, sobriæ, domus curam habentes, benignę, sub
ditæ suis, ne uerbum Dei blasphemetur: Quæ autem
in sæculo uiuunt, hæ sunt aut uirgines, aut uxo-
res, aut uiduæ, singularum quidem institutionem
supra delineauimus paucis. Quare superfluum ui-
detur hic multa repetere, Illud intereà haud omisis-
se profuerit, quod fœmina semper dẽt meminisse ue
recundiæ & pudoris. Nã D. Bernard. super Cantica
sermone 87. sic uerè de ea scripsit: Verecundia soror
est continentiæ. Nullũ æque manifestum indicium
colũbinæ simplicitatis, & iõ ẽt testis est innocẽtiæ;
Lãpas pudicitiæ & mentis iugiter lucent, ut nihil in

ea

ea turpe uel indecorũ residere attentet, quòd non il la illico prodat, Anne Eccle. 7. sic legitur? Gratia. n. uerecundię illius super aurum. D. Ambrosius primo officiorũ hoc clarè docet: Pulchra uirtus est uerecũ dia, & suauis gratia, quæ non solũ in factis, sed in ipsis spectatur sermonibus, ne modũ prætergrediaris loquendi, ne quid indecorũ sermo resonet tuus, Speculũ. n. mentis plerumq; in uerbis refulget: spiritũ uocis librat, ne cuiusquam aures offendat uox fortior. Deniq; in ipso canendi genere prima disciplina uerecũdia. Exemplum uerecundiæ ipsa Susanna proponitur, hæc in periculis tacebat, & quidem grauius uerecundiæ, quàm uitæ damnum putabat, nec arbitrabatur periculo pudoris tuendam salutem. Soli Deo loquebatur, cui poterat casta uerecundia loqui, refugiebat ora intueri uirorum. Est enim uerecundia pudicitiæ comes, cuius societate castitas ipsa tutior est. Paulus orationem deferri præcipit cum uerecundia & sobrietate. Pudicitia autem in primis ueneranda existit, Ecclesiasticus namque expresse dicit: Oĩs. n. ponderatio non est condigna cõtinentis animæ. Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei: sic mulieris bonæ species in ornamentũ domus suæ. Gratia namq; super gratiam est mulier sancta & pudorata. Est enim pudicitia, sicut Augustinus li. 3. contra Iulianũ scripsit, res animæ, uirginitas corporis, Deniq; illa integra in anima permanẽte potest ista de corpore sibi uiolenter auferri, & cũ ista integra manet corpori, potest illa in animo hominis lasciui, petulantis & uagi uoluntate corrumpi. Ideo ut & corpus in uirginitate, & anima in pudore conseruaretur, ueteres Pilosophi pinxerunt armatam palladis innuptę statuam, & scutũ insigne facie Gorgonis, cum anguibus impliciis in capillis, sicut id constat in hoc Epigrammatę.

Eccl. 7.

Eccl. 26

Innuptæ effigies uera est hæc Palladis, huius
Vndique præ pedibus prænolat ipse draco

Cur

Cur diuę iunctum hoc d̃al? quod tẽpla, quod ædes
Custodire sole:? quod loca sacra colit?
Assidua cura decet asseruare puellas:
Nam laqueos castis undique tendit amor.
Gorgonis in Clypeo facies cumque anguibus hęret:
Forma pudicitiæ ut noxia nulla detur.

Plautus in Epidicho non falso dixit: Nõ nimis põt pudicitiã quisq; suæ seruare filiæ. Nã teste Diuo Cypriano, pudicitia est ornamẽtum nobilium, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo uilium, solamen mœrentium: augmentum omnis pulchritudinis, decus Religionis, minoratio criminum, multiplicatio meritorum, creatoris omnium Dei amica, & Propertius rectè canit.

Non illis studium uulgo conquirere amantes,
Illis ampla satis forma pudicitiæ.

Paulus iubet oẽs tanq̃ in die honestè ambulare, nõ in cõmessationibus, aut ebrietatibus, nõ in cubilibus, aut impudicitijs, nõ in cõtentione aut æmulatione, sed ut os induãt Dñm Iesum Christũ, & curã carnis nõ faciãt in desyderiis. Sicut ipsas puellas pudicitia decet: ita nuptas pudor, cuius statiuã Vlysses
13 uxori Penelope erexit.† Nuptæ uero ad honestã, & utilẽ liberorũ procreationẽ debẽt esse attẽtæ. Salua-
1. Ti. 1 bitur. n. mulier, inquit paulus, p liberorũ gñationẽ, si permãserint in fide & dilectione, & sanctificatione cũ sobrietate. Itaq; filios ꝓcreabit ad dei laudẽ, & seruitutẽ: eos optimè curabit institui in fide, & bonis operibus: Hosq; diliget nõ indulgentia, sed honesto amore. Primo eos fouẽdo, & nutriẽdo benignè, ac solicitè, cuius exemplum potest esse palumbes.

Ante diem vernam Boreali cana palumbes,
Frigore nidificat, præcoqua & oua fouet.
Mollius & pulli ut iaceant, sibi uellicat alas,
Quæis nuda hyberno deficit ipsa gelu.
Ecquid Colchi pudet uel te Progne improba? morti,
Cum uolucris propriæ prolis amore subit?

Asinis quoq; partus charitas summa, sed Equatũ

ædium

tædium maius per ignes ad fætus tendũt, inquit Plinius. Gallina uerò pro pullis accerrime depugnat, hos fouet, & sub alis cõgregat, ut hos ab oĩ externa iniuria defendat. In hoc exẽplũ cedũt Aquilę, Ciconiæ, Colũbæ, Anates & Anseres: Imò uerò unumquodq; ferè aĩal suũ fętũ miro protectionis, educationisq; studio prosequit̃ naturaliter. Coruorũ dissidio pulli deserti, & dñm inuocãtes escã accipiũt, contra Pellicanus affluẽte sanguine de pertuso à se pectore in gratiã pullorũ hos nutrit & educat: qđ recte Cicero exprimit ad Atticũ scribẽs. Sunt, inquit, physicæ Storgæ parẽtum erga liberos. Has ergo ita moderari decet, ut robusto sanoq; corpore nati coalescãt: Secũdo ut inde summa honestas & bona morũ ingeniiq;
14 institutio ad filios filiasq; pueniat. † Porrò oĩs fœmina dẽt fugere sụpbiã & garulitatẽ. Silẽtiũ, inqt, Aristoteles, ornat mulierẽ primo politicorũ: & humilitas dat gratiã, atq; exaltationẽ maiorẽ, q̃ ipsæ exop- *Arist. 1. politic.*
15 tare queãt. † Otia uirili sexui uitãda pcepimus supra: sed hæc nõ minus nocẽt fœminis q̃ uiris. Nã ut dr: Otia dãt uitia: ita otia maxime noxia sunt sexui muliebri. Hoc aũt ueteres poetæ intellexisse uident̃, cũ Dianã fingũt uenatricẽ, nec noctu nec interdiu otiũ agere. Et Baptista Mãtua. I laude D. uirginis sic canit

--Homini labor utile semper
Calcar erit, segni pigros rubigine sensus,
Otia corrodunt, sopitaque pectora torpor,
Noxius obliquat. Ferrum si transit in usus,
Assiduo splendore micat, uultuque nitenti,
Audet ad argenti decus aspirare superbum.
At si longa quies ierit, fuscatur, & atram
Vertitur in scabiem, celerique absumitur æuo.

Hieronymus ad Demetriadẽ recte perscripsit, nihil in sancto proposito deterius est otio, quod non solummodo non acquirit noua, sed etiam peracta consumit. Sanctæ uitæ ratio processu gaudet & crescit: cessatione torpescit & deficit, quotidianis ac recentibus uirtutũ incremẽtis instauranda mens est,

& uiuendi hoc iter nõ de trãſacto, ſed de reliquo me tiendum. Imprimis ſacræ fœminæ otioſas cogitatio nes, otioſamq; fugiant uitã: ſæculares, operi & labo ri incũbant. Ideo ſunt in ſœculo, ut operentur lanificium, lini opera, texturæ, ſuturæ, ſimiliaque opera domeſtica fœminis propria exiſtunt. D. Virgo incõ ſutilẽ filio ſuo Chriſto Benedicto fecit tunicam. D. Chryſoſtomus lib. de lapſu dicit, quod radix deſperationis eſt ignauia, nec ſolum radix, ſed nutrix eius & mater: Nã ſicut quietũ ueſtimentũ tineã generat & nutrit: ita ignauia nõ ſolũ ex ſe gignit deſperationẽ, ſed & alit & fouet. Etenim Iſydorus: p torporẽ, inquit, uires & ingeniũ defluunt. Occupata uerò fœmina honeſtis deuotisq; cogitationibus, & dedita utilibus, piiſq; laboribus, excludit diabolũ, & diaboli inſidias, ac Deo ſeruit. Sed quia iã in portu Vertũnus tecta ſubit, uereor ne ipſum offendã, ſi pauca de ſæculariũ fæminarũ domeſtico exercitio ex probatis

16 auctorib. adiecero. †Etenim inter connubiales leges nõ minimè ſunt illæ. quib. ipſæ fęminę iubẽtur no circuire alienas domos, haud temerè foris euagari, neue peregrè proficiſci, ſed ut domi maneãt, domeſtica negotia exerceãt, & in his colũ, lanã, linũ, telã, ſuſum, ut Hector homerianus, & Gregorius Nazianzenus p̃cipiũt, utpote quæ pudicis cõueniũt nuptis

Pro. 31. & innuptis, eaſq; decẽt ſi quid aliud. Salomõ laudat mulierẽ fortẽ, & pudicã, dicens, quæſiuit lanã, ait, & linum, & opera eſt conſilio manuum ſuarum. Vt ad exempla deueniamus, nonnulla occurrentia nõ reii

Tob. 2. ciam. Anna enim Thobię uxor quotidie opus textrinum elorabat. Tanaquil uxor Numæ Põpili Regis Romanorum ab omnibus ſumma in lanificio, huiusq; induſtria fuiſſe narratur. Plinio, Feſto, & aliis ab hac conſuetudo dimanauit, ut noua nupta colũ ſecum, & ſuſum inferret, & uiri ianuam lana coronaret. Tum Talaſy nomen in nuptiis crebro iactabatur, quo ad lanificiũ exhortabantur, deinde in pelle lanata noua nupta ſedere iubebatur, ut ſic lanificii

eſſet

esset memor. Denique hinc Caiæ uocatæ sunt fœminæ, ut imitandã scirentà Tanaquile institutã artem lanificii. Lucretia à Collatino marito, & iuuenibus Tarquiniis nocte sera in lanificio deprehẽsa cũ lucubrantibus ancillis, optima matrona est omnium suffragio habita. Huius Ouidius meminit Fastorum 2.

Inde cito passu petitur Lucretia, cuius
Ante thorum calathi, lanaque mollis erat.

Pontanus lib. 1. de Amore coniugali hæc paucis perstringit, cum sic canit.

Hoc Tanaquil opus, hos mores Lucretia monstrat,
Philacidæ bos coniunx, Thelemacique parens.

Helena lanificium exercuit, ut ostẽditur Odysseæ quinto, & Mercurius Calypso Nympham Athlantis filiam texentem repperit, ac laudat, & Sexto Odysseæ, Nausicca filia Alcinoi Regis Areten matrem cũ ancillis purpurea pensa torquentẽ inuenit. Nausicca quoque pallium & tunicam à matre cum ancillis cõfectã Vlyssi dono dedit, ut ab Arete mõstratur Odys. 7. Circe quoque texens ab Vlysse inuenitur, ut Homerus testatur, & Virgilius Aneid. 7. sic dicens.

Arguto tenues percurrens pectine telas.

Penelope quoq; absente Vlyssæ marito textrinæ dedita semper fuit, ut docet Ouidius.

Nec mihi quærenti spatiosam fallere noctem,
Lassaret uiduas pendula tela manus.

Et

Forsitan & narras quam sit tibi rustica coniunx,
Quæ tantum lanas non sinis esse rudes.

Andromache Iliados. 22. telã oritur, dũ lamẽtationes, uociferationes è turri audit ob mortem mariti. Adde hũc Mineruam, quæ Iliad. 5. uestẽ Iunoni elaborauit, & contra quam concertans Arachine in textura, uersa est in araneam: cuius naturalis labor docet proprium esse fæminarum texendi opus. Andromache autem Phrygiam clamydem donat Ascanio apud Virgilium 3. Aeneid. quam ipsa confecit manuum monumenta suarum, quinetiam octauo Ae-

neid. Virgilius laudat probā fæminā sic canens,

Cui tolerare colo uitam, tenuique Minerua
Impositum cinerem, & sopitos suscitat ignes.

Ipsa Eurali mater sic loquitur apud Virgilium 9. Aeneid.

Veste tegens, tibi quam noctes festina diesque,
Vrgebam, & tela curas solabar aniles.

Calliope Herodoti canit inter alia, quod Amestris Regina Xerxi marito dono misit amiculum, quod ipsa texuerat. Alexander Magnus Sisygābi matri Dario abhorrenti à textura more Persico (sicut Curtius narrat) hāc uestem dixit, qua indutus sum, sororū nō solum donum, sed opus etiam uides. Fæmina Terentiana Glycerium à Sosia sic commendatur.

Primum hæc pudice uitam, parce ac duriter,
Agebat, lana ac tela uictum quæritans.

Et Terentius in Heautontimorumeno.

Texentem telam studiose ipsam offendimus.

Hero Ouidiana sic se commendat.

Tortaque uersato ducentes stamina fuso,
Fæminea tardas fallimus arte moras.

Valerius Flaccus Argonauticorū. 1. docet Lædā matrā Castoris & Pollucis hāc artē tractasse, cum canit,

Illis Tænareo pariter tremit ignea fuco,
Purpura quod gemina mater spectabile tela,
Duxit opus, bis Taygeton syluasque comantes,
Struxerat. ----

Dido quoque hac in arte præclara fuit, & laudatur ut patet apud Virgilium. 4. Aeneid.

----Tyrioque ardebat murice Læna
Demissa ex humeris, diues quæ munera Dido
Fecerat, & tenui lana discreuerat auro.

Leucitheon filiam Sol inter duodecim famulas Reginam reperit.

Leuia uersato ducentem stamina fuso.

Vt Ouidius dicit Metamorphoseos undecimo. Serena Regina Vxor Stiliconis à Claudiano cōmemoratur in Epigrammate hac arte præstās fuisse, sic canit

canit Claudianus.

Et medium te zona liget variata colorum.

Floribus & castę manibus sudata Serenæ.

Idem Claudianus in raptu Proserpinæ dicit de hac.

Irrita texebat reditur æ munera matri.

Et idem de Thetide.

Ipsa manu chlamydes ostro texebat & auro.

Silius Italicus libr. 7. inducit Romanas fœminas sic præcantes, & se extollentes ad Iunonem.

Et ferimus digno quæcunque est nomine turba,

Ausonidum, pulchrumque & acu sub tegmine fuluo,

Quod nostræ ne uere manus, uenerabile donum.

Sed plurima apud poetas passim obuia sũt huius generis exempla, Historiæ testantur, ut est apud Suetonium quod Aug. Cæsar filiã & neptes instituit, ut lanificium exercerẽt, nec alia uti uoluit ueste, quàm quæ à domesticis ut uxore, sorore, filia & neptibus esset cõfecta: Item apud Plutarchum, Brutus ad bellum exiturus, remisit Portiam uxorẽ interpellãtem ad colum & telam. Sed quorsum tędimus, redeamus ad testimonia sacra, Hieronymus ad Demetriadem Virginem sic scribit, Habeto lanam semper in manibus, uel staminis pollice fila deducito, uel ad torquẽda sub tegmina in alueolis fusa uertantur. Et idem alibi ad Laetam de institutione filiæ Discat & lanam facere, tenere colum, ponere in gremio calathum, rotare fusum, stamina pollice ducere. Hinc Accursius (ut ad ius respiciamus) in L. Si paterno. In uerbo. Magistris. C. de nego. gest. scribit proprium esse mulierum fuere uel texere. Et in L. cum quęritur. §. Lana, in uerbo, in lana. ff. de legat. 3. dicit Mulieres lanam & linum appetere natura ad id eas prouocante, quod maxime decet. Complicatis tandem uelis ne diuagemur ultra Garamantes, uel fastidiosa æquora intremus, ancorisque iactis hic subsistamus, donec amæniorem nacti tempestatem, in aliud æquor iocũdius exspatiari contingat, gratasque Christianitati apportare merces.

PECVNIAE

Remissiuè iuxta ordinem librorum ueteris & noui Testamenti.

	12.c.		28.c.
	14.d.		33.c.d.
	16.a.		36.d.
Hest.	1.a.		37.b.
Iob.	2 c.		40.c.d.
	14.a.		41.d.
	15.b.		42.c.
	25.b.		47.c.
	31.a.	Esai.	3.b.
	42.d.		4.a.
Prouerb.	2.c.		32.b.
	5.a.d.		45.b.
	6.c.		49.d.
	7.a.		54.b.
	5.c.	Hierem.	3.a.f.
	11.b.c.		6.c.
	12.a.		7.d.
	14.a.		8.d.
	18.d.		9.f.
	19.b.		31.d.
	21.b.d.		38.f.
	25.d.		48.g.
	27.c.		51.c.
	30.c.d.	Thren.	2.g.
	31.a.		4.b.
Eccles.	7.d.		5.b.
Cant.	1.c.	Ezech.	16.d.
	5.d.		23.b.f.g.
Sapien.	3.c.	Daniel.	11.f.
Eccle.	1.b.	Oseæ.	3.a.
	7.c.	Micheæ.	2.c.
	9.a.b.	Zach.	5.c.
	10.c.	1.Mach.	1.c.
	15.a.	2.Mach.	3.d.
	19.a.		5.d.
	23.d.		6.a.c.
	25.a.b.c.d.	Matth.	5.d.
	26.a.b.c.d.		9.c.
			14.c.

HOC CATALOGO ENVMErantur Auctores, quorum Testimonia sequimur, & quos citando dirigimus lectorem ad pleniorem rei cognitionem.

CATHOLICI.

Nouum & Vetus Testamentum.
Ambrosius.
Augustinus.
Ausonius.
Anselmus.
Antonius Sabellicus.
Archidiaconus.
Andreas Alciatus.
Alexander ab Alexandro.

Andreas Faustolinus.	Hugo.
Basilius.	Hostiensis.
Beda.	Ioannes Cassianus.
Berosus Chaldeus.	Ioannes Chrysostomus.
Boetius.	Ioannes Damascenus.
S. Bernardus.	Innocentius.
Baptista Tronomola.	Isydorus.
Baptista Mantuanus.	Iosephus.
Blondus.	Lactantius Firmianus.
Beatus Rhenanus.	Leo papa.
Cyprianus.	Nicolaus Lyra.
Cyrillus.	Origenes.
Cassiodorus.	Paulus Orosius.
cœlius Rhodoginus.	Paulus Silentiarius.
Claudianus.	petrus Comestor.
Franciſchus Petrarcha.	Prosper.
Fulgentius.	Rabanus.
Gratianus.	Ricardus de S. Victore.
S. Gregorius.	Thomas Aquinas.
Hieronymus.	Vincentius Beluacensis.
Hilarius.	

ETHNICI.

Aristoteles.	Epigrammata græca.
Auerroes.	Euripides.
Auicenna.	Fabius Pictor.
Aulus Gellius.	Homerus.
Cato.	Hesiodus.
Cicero.	Horatius.
Cæsar.	Herodotus.
Cornelius Tacitus.	Herodianus.
C. Manilius.	Isocrates.
Catullus.	Iulius Celsus.
Chrysippus.	Iustinianus.
Demosthenes.	Iuuenalis.
Diodorus Siculus.	Iouinianus Pontanus.
Diogenes Laertius.	Lucanus.

PRAEFATIO IN DECLAMATIONES, quæ sequuntur, quarum una est. De laude pecuniæ: altera. De uituperio.

EO proh dolor peruersitatis, & corrupti iudicii, multorũ mortalium animi deuenerũt, à cœlestib. ad terrestria corpa deuoluti, ut umbratilia fugacia, ac breuis æui commoda, æternis, constantibus, atque ueris bonis anteponant. Olim ut legitur in Biblijs, quod uidentes filii Dei filias hominum quod essent pulchrè acceperunt sibi uxores ex omnibus quas *Gene. 6.* elegerunt. Vnde Deus dixit, Nõ permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Atque hodie uirile genus ut plurimum non solum ad filias hominum respicit, sed etiam quod longè inferius ac uilius est, ad pecunias: relicto nanque uero usu rerũ

naturalium ad huiusmodi artificialia homines deueniunt, ut in eis maiorem ferè salutem & fœlicitatem ponant, quàm in solida uirtute, & ueris animi corporisq; bonis. Neque uerò quicquam inter artificialia bona hodie tantam potentiam, ac beatitudinis facultatem habere uidetur, atque pecunia, ut uulgi iudiciũ in medium afferamus: quũ cõtrà multi etiam Ethnici sapientes pecuniam cõtempserint: & apud Ecclesiasticum capit. 31. legitur. Beatus uir qui inuẽtus est sine macula, & non abiit post aurum, nec sperauit in thesauris pecuniæ: quis est hic, & laudabimus eum. In hac tam diuersa opinione atque censura de pecuniis, ut potè quæ ex diametro pugnat, difficillima est conciliatio, atque uera sententiæ de usu pecuniæ prolatio: propterea quod haud exigua sint, quæ in laudem pecuniæ dicuntur: contrà non minora, quæ in uituperium illius afferuntur, id quod nos declarare iam conati sumus. Vnde primò ipsius pecuniæ encomium tractauimus, mox illius uituperium subiecimus more Peripateticorum. Sic enim nos excusabimus à leuitate, iuxta illud Catonis, qui eleganti disticho suadet. *Eccl. 31.*

Laudaris quodcunque palam, quodcunque probaris,
Hoc uide ne rursus leuitatis crimine damnes.

Ne igitur multis uideamur timerè fecisse: hæc pfari uolumus. Etenim hoc propositum est, non ut uires eloquẽtiæ ostentemus, sed ut commodis & noxijs pecuniarum demonstratis, qui uelit eligat bonam partem & sibi sit auctor secundæ atq; bonæ uitæ: aut cõtrà si sequatur res noxias, ipse suo iudicio pereat. Neque quisquam ita alienus ab omni ratione erit, qui si bona & mala alicuius rei cognouerit, eaq; conferre uoluerit, facile deprehendet, quid sequatur, & qd omittat. Quid autem hodie difficilius, haud facilè dixerim, quàm determinare oẽs particulares, uerosq; usus pecuniæ, ut qua sæpissimè, qui se rectè uti putat, abutitur, & qui abutitur, se rectè uti existimat: tum

quod

quod uni suadet esse utile & honestum, id alteri erit incommodum, atq; iniquum: præsertim cum ipsa pecunia plurimum hodie in rerum usu præstet cæteris rebus omnibus, & ipsam quoq; rationem haud rarò oppugnet Euripides in phænissis Mortalib. ait, nihil charius pecunia, & Aristophanes in Pluto: Probi, inquit, ut nihil sanum reperias uspiam, sed pariter omnes seruiũt uicti lucro. Ibid. ille poeta percurrit, & declarat pecuniarum gratia fieri quicquid rerũ geratur inter mortales, & ob illas quoq; dijs fieri sacrificium, tandem infert illud, quod omnia splẽdida, eximia, uenusta fiunt à pecunia: Sed & Demosthenes in prima Olynthiaca, pecunijs opus esse, clamat, quod citra has nihil faciendorum possit cõfici. Contra Sallustius in oratione de ordinanda Repub. ad Caium Cæsarẽ pecuniam, huiusq; usum in Rep. summopere improbat, edoctus multis gentiũ, nationumq; historijs, sicut id patet ex his ipsius uerbis. Igitur, inquit, prouideas oportet, ut plebs largitionibus, & publico frumento corrupta, habeat negotia sua, quibus à malo publico detineantur: iuuentus probitati, & industriæ, non sumptibus, atq; diuitijs studeat. Id ita eueniet, si pecuniæ, quæ maxima omnium pernicies est, usum atq; decus dẽpseris, nam sæpe ego cum animo meo reputans, quibus quisque rebus clarissimi uiri magnitudinem inuenissent, quæ res populos, nationesue magnis auctoribus auxissent, ac ne inde quibus causis amplissima regna, & imperia corruissent: eadem semper bona atq; mala reperiebãt: omnesq; uictores diuitias contẽpsisse, & uictos cupiuisse: neq; aliter quisquam extollere sese, & diuina mortalis attingere potest, nisi omissis pecuniæ & corporis gaudiis animo indulgẽs non assentando, neq; concupita præbendo peruersam gratiam gratificans: sed in labore, patientia, bonisq; præceptis, & factis fortibus exercitãdo. Nam domum aut uillam extruere, eamq; signis, aulæis, aliisq; operibus exornare, & omnia potius, quàm semet uisendum efficere: id est,

non

non diuitias decori habere, sed ipsum illis flagitio eē hactenus ille. Porrò Horatius regina uocat idcirco pecuniam, quia donat uxorum dotem: Fidem & amicos: genus atque formam Seneca ex Euripide refert Bellerephontem execrantem tyrannidem pecuniæ libro Epistolarum trigesimoprimo: & dicentem, Pecunia ignes generis humani bonum, & apud Athenæum Dypnosophistarum quarto leguntur hi uersus.

O captus aurum hominibus ornatissimus,
Vt nec genetrix, nec pater, nec liberi
In ædibus tales uoluptates ferunt
Quales paris iu his qui domi te possident.

Cicero autem multis locis pecuniam belli neruū uocat: interea officiorū 1. præclarè de peccunia disseruit in hūc modū. Quāobrem & hæc, inquit, uitāda sunt, & pecuniæ fugienda cupiditas. Nihil. n. est tā augusti animi, tamq; parui, q̄ amare diuitias. Nihil honestius, magnificentiusque q̄ pecuniam contemnere si non habeas: si habeas ad beneficentiam liberalitatemq; conferre. Conuenientissimam igitur uiam ingressi sumus, & hinc bona ac laudabilia pecuniæ, inde uitia, & improbitates pronunciamus: interea usum pecuniæ non explodimus, nec abusus admittimus. Verum rectos pecuniarum usus diligenter unicuiq; considerandos relinquimus, ut iis rectè utēdo, liberalis, benignus & iustus sic, sicut oportet, ne terrestribns nimium inhærens, Deum & D. Iesum & sanctam Dei Catholicam Ecclesiam, & proximum suum ulla in parte negligat, ne in ulla parte iustitiæ peccet.

ENCOMIVM PECVNIAE.

Qua uis eius, ususque uulgaris demonstratur.

SVMMAE.

1 *Inducitur ipsa pecunia sese commendans auctoritate Salomonis.*

Homines

2 *Homines libentissimè sonum pecuniæ audiunt, adeo ut nulla res æque attentionem apud omnis generis homines obtineat, ac pecuniæ.*

3 *Pecunia semper noua in lucem profert, etiam quæ grata sunt.*

4 *Pecunia efficit, ut multi surdi uel potius surdastri acutè audiant quę dicuntur.*

5 *Sonus pecunię exuperat omnes melodias, & omnes sonos, quibus homines demulceri possunt.*

6 *Pecunia auditores suos exaltat, contemptores deprimit.*

7 *Pecunia superat omne metallum, & hoc in uarias metamorphoses transfert.*

8 *Argentum uiuum metuit pecuniam, huiusque nomine est seruus fugitiuus, donec legetur, ut fiat pecunia.*

9 *Homines pecuniæ causa tartara adeunt, spéluncas in terra abstrusissimas fodiunt, tanquam dęmones uiuunt, uel dęmonibus bella inferunt.*

10 *Pecunia est belli gerendi causa sæpissime, & occasio, & neruus.*

11 *Propter pecuniam homines extrema audent.*

12 *Quamuis multis periculis adeundis, & malis perpetrandis pecunia est auctor: ea tamen ita omnia operatur, ut cuncta laudi cedant, & recompensentur.*

13 *pecunia efficit ut puniantur mali, & ipsa semper honoratur, sit qualiscunque sit.*

14 *Pecunia omnia bella confecit, & mutationes monarchiarum.*

15 *Pecunia tristes homines exhilarat, maximè hos qui utuntur libere. Nam auaros tanquam malos curis grauat.*

16 *Pecunia efficit omnia mirabilia mundi, operosas structuras, & sumptuosa monumenta: omnia opificia, artes, professiones medicas, philosophiam, Ludimagistros, Logicos, Musicos, Geometros, Arithmeticos, Astronomos, Astrologos, Artem oratoriam, Poeticam, Iuris ciuilis prudentiam, & huius generis similia omnia.*

17 *Propter maiorem quæstum homines sequuntur mercaturam,*

ram, ut ex qua plus pecuniæ acquirant, quàm aliunde.

18 *Pecunia principes, Reges, & Imperatores facit.*

19 *Pecunia facit homines esse officiosos, negotiosos, fælices, & triumphantes.*

20 *Pecunia facit Deum honorari.*

21 *Pecunia efficit agrum coli.*

22 *Pecunia efficit nautas.*

23 *Pecunia operatur magnanimitatem, fortitudinem, & cætera.*

24 *Pecunia plusquam Dea est, omnia regit, ad superos deducit: ad inferos detrudit; tutam uiam per tartara præstat.*

25 *Pecunia ipsa certissimos docet modos, quibus boni homines, & mali manifestentur, & opera animi recluduntur.*

26 *Pecunia efficit, ut mali homines, etiam bonitatem recuperent, & pro bonis colantur.*

27 *Pecunia facit ut is quoque, qui pessimam causam obtinet, tamen euincat, & ut iustam obtineat.*

28 *Pecunia confert hominibus summas dignitates.*

29 *Pecunia etiam uilissimos summis uiris commendat.*

30 *Pecunia offensos citissime reconciliat, & litigantium iurgia finis. Sepulturæ emuntur à peregrinis.*

31 *Pecunia etiam mortuis prodest.*

32 *Pecunia etiam ualidissimas urbes expugnat: imo omnia expugnat, & fœminas quoque, ita ut eas, uel matrimonio iũgat, uel turpi quæstui exponat.*

33 *Pecunia potentior est quàm amor.*

34 *Pecunia efficit, ut stupidissimi etiam pro magnis dominis salutentur, & dignitates, ac officia obtineant.*

35 *Pecunia efficit admiranda opera.*

PROSOPOPAEIA. PECVNIA loquitur.

1 † HAud scio, quantas gratias referam Salomoni Regum sapientissimo, quòd tam fidele, uerũq; mei patrocinium suscepit, & præstitit, cum diuino ore,

ore,plusquã oraculo Apollinis Delphico pronũcia
uit:nimirum quod mihi obediũt omnia: & pecuniæ,
Eccl. 10 inquit, obediunt omnia. Vna pixide plusquam Silenes Alcibiadis in medium protulit, incredibiliter etiam illum hominum amorẽ, quo me cõplectũtur, & honorant,auxit,ac corda illorum, qui me uituperare solent, meæq; beatitudini inuidere, singularĩ
Oprimus omniũ patronus nu mus. 2 quadam beneuolentia erga me inflammauit. † Adeò ut quæ hactenus muta,ac omnium iniuriis,insidiis, custodiis,plusquam Tulliano carcere uexata,attrita, eneruata uideri possem,nũc loqui audeam nõ solum in præsentia rudis uulgi, pauperis plebis, quæ mea de causa totum terrarum orbem, per mare,per saxa, per ignes proficiscitur,latentéq; & pedibus conculcatam è cloacis eruit, & usque ad diuinam maiestatem extollit: sed etiã corã principibus,ducibus,Regibus, Imperatoribus:corã Episcopis & Pontificibus: corã Græcis & Barbaris: corã insipientibus & Sapiẽtibus quantumuis tetricis, & morosis. Paucis absoluam, eò audaciæ progressa sum, imò eò fortitudinis, & uirtutis,ut iam, mortalium neminẽ curẽ,si optimi, & disertissimi uiri inceperint cõmendare obedientiã, si legis latores de obediẽtia erga sua præcepta egerint ui,ferro,fame,flamma:nõ tantum profecerint, quàm si ego fulgore meo leniter oculos astãtium, uel copia mei animos absentium perstrinxero.Ipse sapiens me confert sapientiæ,dum ait, Sicut protegi sapientia: ita protegi pecunia.Quamobrẽ certa sum,quod omnes quotquot hos sonos meos audiuerint,uel re ipsa proprios, uel iam expectatione propriæ possessioni proximos, haud grauabuntur meam declamationẽ meumq; preconiũ mei ipsius audire, ut quæ sapiens sapientissimẽ de memetipsa proloqui ualeam, imitata in hoc exemplum mei patroni Salomonis uiri diuini,& mortalium sapientissimi, quod si delictum occurrat, uel blæsum,balbumue, barbarũ, solecumue: absonum uel absurdum, huic protinus ui, ac uirtute mea medeor:efficeroq; plenum, facundum:latinum

& orna-

& ornatum:consentaneum, atque uerissimum, etsi stultorũ est semetipsos laudare, ut quos gloria uexat inanis:ego tamen occulta mea facultate, & aperta operatione præstitero, ut in me laudanda existam sapientissima. Adeste igitur ęquo animo, & fauete linguis, breuiter absoluam quanquam magnitudo mea continua multorum annorum oratione expli- *Propositio.*
3 cari non potest:imò uix mente comprehendi.†Adeo sum nouarum rerum inuentrix, auctor, & largitrix abundans, nec ignoro ꝙ multorum calami cã laudãdi ornandiq́; me attriti sunt, multorũ labia exagitata,iã infinita partim bona, partim mala (qđ inuidiæ illorum erga me,quos flocci facio,& statim in contẽptum perduco,maximo cum honore & laude mei)de me prodita:tamen adhuc noua & inaudita promam, ac post hæc alia uel paria, uel maiora, uel minora, præsertim mea de causa proferri fecero, si homines indignati fuerint, & in me conspirauerint, uel me loco moueant: uidebitis & credetis coruos poetas, poetridasq́; picas cãtare pegasium melos, & pro mei defensione omnes suas uires expedire, suoq; exercitu potentissimas principum copias lacessere,& dilaniare:sicut placida & omnibus grata sum: ita benignè me audiatis. Omnes enim iam copiæ mei inhiatis, cuius uos non prius participes fecero, quàm quæ mihi placuerint, feceritis, & morem gesseritis q̃ cum me sonanté persequuti fueritis audiẽdo, comitãdo, & duros labores perferendo, si mihi uisum fuerit.
4 †Sed nolo uti imperio meo, ne tyrannidis insimulata, maiorem exerceam tyrannidẽ. Vestra benignitas suffecerit mihi, cui paria rependã succincta commendatione mei, incipiã itaq; effari: aures exporrigite. Nam Midas Rex cã mei ẽt aures asini, aut asininis lõgiores habuisse narrat. Forsan multi Reges,& principes etiamnum Midæ sunt, & longitudine auriũ Midam superare contendunt:idq́; propter me poetæ finxerunt. Gigantes, Briareos centimanos, tergeminam Hæcatem, tria ora Dianæ quadrifrontem Ianum:

miror cur non multos centaures, potius quàm centauros tradiderint. quum ſint qui mei cã decem milia aurium habeant, quarũ præcipuæ ſunt aſininę, tũ caninæ, inde ceruinæ, poſtea talpinæ, deniq; Pythagoricæ. Iterũ moneo excutite tędium arrigẽdi aures.

Pecunia arrigit aures.

5 †Ego effecero, ut cœleſtes putetis uos audire choros, non Syrenum cantus ſolùm, aut Mercurii lyram, & ſuauiſſimam tibiam, qua centoculum Argum con ſopiuit, ſed ueram muſarum harmoniam, Dauidicũ pſalterium, Regium plectrum, Arionis lyram, Delphinorum moderatricem, Orphæi cantum flectentem ſenſus ferarum, montium, arborum, fontium, & ſaxorum. Meo nutu ſonoræ Nymphæ ineffabilis dulcedinis melodias occinét, ſi dulces ſoni, cytharæ, fiſtulæ, ſambuci, ſimiliumq; organorũ, aut humanæ uoces non delectant uos, bombardarum ſtrepitus, & tonitrua, tympanorũ pulſus, & reſonum murmur: campanarum tinnitus, buccinarum, cornuum, ac tubarum clangores concitauero, atq; ita aures ueſtras impleuero, ut uobis magis quàm accolis catadouporum Nili præcipitati mirando ſtrepitu, reuerberaq́ue Echo ſuſurrent. Qui enim me habet, non opus hẽt, ut alios roget, uel ad cauendum incitet, ſed ultro rogabitur ipſe, uel ſimplici oratione, uel diſerta, uel ſcriptis, uel inſtrumẽtis muſicis, angelicis uocibus: aut fletu, ſtrepitu, clamore, improbis uocib. minis, aut denique bellico boatu. Vos hoc nomine aliis eſtis beatiores, quod ego adhuc ueſtra cã me humilio, me de ſolio maieſtatis meę demitto, & uos, quos famulos habeo, ac quocunque lubet, uel nutu impel lo, non grauor orare, ut me audiatis, uel quę propter
6 me ſcripta diuulgantur, legatis. † Hæc eſt etiã haud exigua uis, & potentia mea, ut quos uolo exalto, & quos uolo, deprimo. Si me honoraueritis, honorabo uos: ſi mihi templa erexeritis, palatia ampliſſima uobis reddam: ſi me audiueritis: non ſolùm effecero ut alij uos audiant, ſed omnia etiam regna mũdi huius obedient uobis: Nam ipſi dæmones me ho

norant,

norant, & si mei sufficientem veramque copiam habere possent, Iouem non Gigantomachia, sed aperto Marte è cœlo præcipitarent, ipsisq; regnum Dei occuparent. Itaque ego deos efficio, & deas, ego appono ambrosiam, effundo nectar, & Vraniam, Terpsichoremque cantare iubeo, detrudo in gehennam, damno, æternis suppliciis irretio, in perpetuum miseros efficio. tantæ sum potentiæ, ut aurum, argentũ, ferrum, æs, plumbum, stannum, coria pecudum, denique possessiones mea sola Metamorphosi beatifico. Qui aurum habet, & mei nomine illud non ha-
7 buerit, nihil habet. † Ego pretium cæteris omnibus statuo: dominos redigo in seruitutem, & seruos tractari ut equos, mulos, canes, & asinos pro arbitrio lusus est mihi: quicquid ab aliis tributum est auro, mei gratia illi datũ est & meo arbitrio repeto: quia non semper mihi aurum vult parere, & me nititur spoliare meis possessionibus. Nam si argento meum titulum dedero, facilè per hoc etiam rebelle aurum expugnauero: magis adhuc ferro. Vnde miramur astutiam argenti uiui, quod mihi ad omnia inseruit, uariasq; assumit formas, & sine qua ego non essem
8 ornata, estque mihi ad omnia obediens. † Huius uirtute & amicitia mecum contracta illud cõsequor, quod principes huius mundi nullam ferè artẽ ita admirant, ut Alchimiam: nisi uel exẽplo aliorum alienentur, aut sæpius lusi, & postquam mei cultorẽ aliqua mei beatitudine glorificauerint, possessionẽ argenti uiui mihi concedant, ac tum me solã ueneran tur. adulatur tñ mihi semper argentum uiuum, nec audet lites uel bellum mouere, etiamsi Reges & Imperatores pro se certantes habeat, ut nonnunquam habuit, & qñ ego iussero, uel promisero habebit. alioqui minimè, & hæc nõ est minima pars, quur tremulum semper me metuat argẽtũ uiuũ, quur fugitiuus famulus, quur philosophicus Mercurius uocetur. Prudentius enim multis hominibus agit, nunquam se mihi opponit: itaq; illi amplissima munera retri-

Pecunia dat honorẽ et pretium metallis omnibus, & cęteris rebus.

buo obedienti: contra in officiosum ita percello, ut metu auolet, uel coria persudet, aut si ullo modo pōt, ad orci abditissima penetret, ibi propter me bellū gerens cum malis spiritibus. Hos sedib. suis expellit, ut humana ingenia exagitēt, interea ipsum quiescit. nunquā: suo pondere & subtilitate cuncta rimatur, donec à Deo oīpotente ligetur, & in eam materiam transmutetur, quæ dicitur & est aurum, uel argentū, uel summa id uñ signari pōt pecunia, quæ ego sum.

Vnica cunctarum regina pecunia rerum,
Imperia in terris pro Ioue summa tenens.

9 †Quinimò ut hanc materiam habeant, unde ego conficior, ipsi homines naturam fere dæmonum induunt, faciem solis & lunæ fugiunt, seq; uiuos condunt sepulchris ad tartara usque effossis, ubi cum dæmonibus haud rarò bella gerunt: nonnunquam collapsis puteis uiui obruuntur. Nec facilè credo enumerare quot millia periere in lethæis specubus propter eam materiam, unde ego conficior, fossis. Propter materiam illam mei causa itum est initio ferrei sæculi, & adhuc itur in uiscera terræ, quasq; recondiderat Deus & natura.

------Stygijsque admouerat umbris.
Effodiunt opes irritamenta malorum.
Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum,
Prodierat, prodit bellum, quod pugnat utroque.
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.

Pecunia est neruus belli, & dat uictorias ac imperia.

Quę ita dixi, quamuis ea in mei uituperiū aliquis retorserit, quia ueritati innituntur ēt tacēte Ouidio,
10 ut mearum uirium argumentum intelligatis.† Notum & percelebre est, quanta sit militiæ utilitas, necessitas, & hominum plurimorum ac in eam accursus ad conseruandam protegendamq; Remp. & defendendam ab omni hostili iniuria, atq; insultu: quātus proinde eius splendor atq; gloria, quanto eius comites, duces, Reges, ac Imperatores honori simul & terrori habiti fuerint, quantum item qui castra secuti se exercuerunt, præ aliis commoda, priuilegia, honores,

honores, & dignitates meruerint. Quis numerare queat fœlicis præmia militię, ut Iuuenalis Gallũ affatur. Prætereamus quòd nemo militum, aut aliorum militiæ causa peregrinantium, uel arma contrectantium, nisi animum ego illum, ardoremq; belli adderem atq; incenderem tantæ se rei unquam immisceret, nemo loricam, & thoracem indueret, nemo galea caput tegeret, nemo ensem manu arriperet, nemo hastam uibraret, nemo bõbardæ ignem admoueret, nemo sagittã, arcumve gestarat, nemo funda iaceret, nulla iã esset acies, nullus exercitus, nullũ auxilium, nulla classis, nullus equitatus, nullum currule studium, nullus qui militaret, nullus qui militantibus imperaret.

11 †Hæc quæso omittamus: dicamus alia maiora, & mirabilia: quæ nisi ipsis quotidie cernerentur oculis, incredibilia certe uiderentur, tantis se eos ultra laboribus offerre propter me, algere, æstuare, sudare, inediam ferre, sub dio somnos capere, atq; perlibenter oĩa efficere. quodq; admirabilius est, gladiis, lanceis, sagittis, scorpionib. balistis, arietib. bõbardis intrepida fronte atq; animo caput, & pectus obiicere: non magis uitam, quàm si quotidie in foro multæ instar nucum, pomorum, ouorumq; uenderẽtur, facere, quæ eis imminent continuè pericula, & alia his grauiora, contemptui habere. Ita nullo eorũ terrore commoueri, ac si sapidum aliquod, & dulce ferculum expectare uideantur. Hæc ego, quib. nescio quid aliud maius aut audacius, oĩa attento, iniungo, perficio: omnia adiuuo, omnia summa uirtute mea suadeo, propono. cogo, atque impello.

12 †Dixerit fortassis aliquid tristitia illa esse, auditu fera, inhumana, barbara, ab omniq, ingenuitate morum, & ciuilitate penitus aliena. Videri nanq; à natura insitum cuiq; animanti, ut salutem suam & uitam tueatur, quàm qui neglexerit, ultroq; perditum ierit, rem nõ nisi monstruosam, naturæq; longe aduersam, nõ inimicam, homineq; libero prorsus indignam efficere. Summæ præterea esse detestationis, graues & mise-

rabiles,quæ ob bella ſuſcepta contingunt,graſſatio-nes , rapinas , carcerationes, proſcriptione,ſtupra, adulteria,cruciatus,iugulationes,proditiones ciuitatum,ac ſingularum domorum incendia,templorum, locorumq; ſacrorum prophanationes, euerſiones, ſacrilegia,& flãmas:quæ quum cauſa mea fiunt, minimè eam mihi laudi & ornamento ſed cõtrà magis dedecori,& uituperio aſcribenda eſſe. Verum quiſquis hæc dixerit, neminem uelim putare,me eius eſſe impudentiæ,ut uerum inficiari,ſalſaq; defendere,ac tueri pertinaciter proponam. Confiteor & hæc ego, utique aperta & libera uoce, neque à principio quando orationem habere incæpi,ita laudes meas dicere aggreſſa ſum,ut integritatis, pietatis, atque ſanctimoniæ ulla quæ in me eſſent magis,quam excellentẽ uim & potentiam meam,magnosq; & admirabiles, quos inde produco effectus & operationes referre uellem. Non mihi arrogo, ut credam nihil ex me, quod non triſte & nocens ſit, oriri : ut putem utilia eſſe omnia ac proficua, uerum & iſta tñ ita confiteor, ut ſi rectè uis mea conſideretur, potius laudi cedant, quàm opprobrio. Non moror eos, qui hac de cauſa me dehoneſtent, quũ ſim maximè uenerãda. Quãdo nanq; propter me homines quæcunq; poſſunt mala perpetrarunt,ego remuneratrix,& æqua retributrix tandem adſum, nam quicunque ad bonorum defenſionem arma ſumpſerunt,coactiq; in præfata peccata inciderint,uel qui pro defenſione iuſtitiæ & ueritatis talia paſſi ſunt, his uictoribus omnia ampliſſima recompenſo , ita leue damnum perpetua fœlicitate reſarcio, contrà qui mali uel talia admiſerunt paſſi ſunt, hos ad tartara detrudo, omnia bona reſidua eripio,aliiſq; elargior, ſic me de horũ ſceleratis manibus uindico, atque me transferto rurſus in dominiũ bonorum. Hæc igitur laus mea eſt, quod malos ad infernum deduco, ego interea ab inferno libera: ſum à bonis defendor , & aris inferor , licet uidere ideò multas ſanctorum , ſanctarumque in templis

templis imagines & picturas, meis muneribus, & mea materia, mea forma ornatas, cultas & gloriosas. Quod autem longè sanctius est, non omiserim ex ea dem materia, quæ mea est, sanctorum, sanctarumq; imagines fieri, has religiosissimè coli, seruari, manibus, & humeris bonorum uirorum in publicis supplicationibus circunferri, longè tamen aliter quàm statuæ, & idola, ut rectè docet Conciliũ Tridentinũ, quibus Ethnici thura incendunt. Quod si res poscit, aut usus exigit, statutæ, harumq; ornamenta ex mea materia facta, rursus conflantur, & in meam formam tanquam perfectiorem & humano generi gratiorem ipsis statuis, picturis, ac similibus ornatibus reducẽtur: aut brachia, partèsue illæ, quæ mihi sufficiunt, in hunc meum usum destinantur, nec hoc satis, Nã talis mihi honos deinde redditur, quod aduersus impiorum manus munior circulis & pondere, & ut homines moueantur rerum benè agendarum, & ne per fraudes, iustitiamq; affectent meam amicitiam, nec me iniustè possideant, in margine sumptum è sacra scriptura uersiculum habeo, & in medio crucẽ, uel alicuius diui, aut etiam omnium mortalium iustissimi Christi figuram, in altera facie principis arma, uel imaginem, aut magistratus, Reipublicæue insigna: quibus admoneo, quod me æquo iure utantur, aut me effecturam, ut uindicta sumatur: quibus doceo, quos habeam mei defensores, & patronos, id autem apud Christianos. Nam Ethnici, & Barbari homines uel propter suam imperitiam parui me faciunt: ideò illos ut Barbaros explodo & fugio: aut si usum mei, ac uirtutem norit, longè maiores mihi deferunt honores, quàm Christiani. Nam totius Reipublicæ, uel maiestatis suæ potentiam, amplitudinem, & insigna in me exprimunt, qui tantũ pecude signabant aut similibus hi diuitiarum suarũ indicium me esse uoluerunt sicut inter irrationalia nullum animal præstantius conducibiliusq; esse pecude: ita mortalibus inter omnia irrationabilia

nihil posse dari, aut apportari præclarius aut utilius pecunia significabatur. Honorauerunt me imaginibus suorum deorum, aut suorũ philosophorum, nõ ut me condecorarent, sed ut illorum memoriam per me measque uites conseruarent, & ad imitandam deorum uitam incitarent suos, suamque posteritatẽ: quod si contigerit me improborum, aut morosorũ hominũ maligno erga me affectu uel incuria ad inferos descendere, contra quos uersu Appollineo, diligenter munior. Protinus non unus Hercules, sed infiniti exurgẽt, pro me laborabunt, noctesdiesq; non sine dolore, & sudore, ut me potius, quã Euripidem quã Alexandrũ Magnũ, quã Cæsarẽ Iuliũ, aut Ciceronẽ, aut aliũ patriæ patrem è faucibus Orci, ex ore Cerberi, ex Tartaricis tenebris eripiãt, & cũ summa gloria dulcissimæ luci restituãt. Mille cuniculos, fabricas, machinas, & stratagemata, mea de causa excogitãt, extruunt, mutãt quadrata, rotundis, sapiũt, insaniunt, antequam me cõditã, seu cognitã in aliquo sepulchro relinquant, aut apud inferos remorari patiãtur. Nunc qui mali sunt mei negotiatores, ad stygias paludes, lethæaq; flumina detruduntur, qui boni, nimirum qui me liberauerũt iniquis carceribus, ac umbrarum iniuriis, per me multis commoditatibus remunerantur, exhilarantur, ad dignitates promouentur. Quamobrem scioli & ineptuli sint oportet, qui me ideò reprehẽdunt, quòd propter me tam multa mala perpetrantur, qui quidem meminisse deberent propter fœminas pulcherrimas, & toto orbe decantatas nõ pauca facinora esse cõmissa eas tamẽ semper eò habitas esse præstantiores, & celebriores.

13 †Quin illud ego uirtutis meæ amplissimũ habeo iudicium, qđ malos facio puniri, aut indigne me tractãtes, idq; uel in hac, uel futura uita, ipsa ego salua ab omni pœna, quin lætior permaneo. Fœminę si malæ sunt, pœnas, nõ euadũt, ego in mille fundor & refundor figuras, quatenus pecuniæ momentũ obtineo, etiam simulacra confracta, attrita, exusta, in pretio

tio & honore, in cẽſu & dignitate habeor: fœminæ, uiri, & alia animalia tẽpore ſeneſcunt, & uim, uirtu tes, pulchritudinẽ, ac uaria iuuentutis dona perdũt equidẽ adeo tẽpore nõ pereo, ut quo ſim annoſior, eo tum ratione antiquitatis meæ, tũ ẽt excellẽtia ma teriæ, ambulo præſtantior, eò curioſius me ambiunt ſuperbius cuſtodiunt, audacius oſtendũt. Ecquid au diſtis multos in mei laudẽ clamãtes? Eſt antiqua pe-cunia, priſca pecunia, priſca fides: adde huc illud, qđ malę fœminæ eiiciuntur, mali homines explodun-tur, & ad interitum perducuntur Ego ẽt peſſima li-benter recipior, nũquam abiicior, ſed emendor ſum-mam cu diligentia, & plebiſcitis, ac legibus ne in pe regrinum orbem uel peregrinas ſedes, aut extra pro prium & conuenientem limitem deſertæ, ſanctè de-fendor. Quod ſi quis contra iuerit, ſi ego ſim minus honorata, punio illam, ac dãno afficio, qui me detu lit ſin honorari ſenſero, communico haud exiguum commodum illi, qui me eò beneficio dignatus eſt, adeo in me nihil malitiei, & iniuſtitiæ habeo, qui n benefacientibus bona retribuo, malefacientibus exi tium qđ merẽtur & ſupplicium infero. Non igitur pudet confiteri, quod propter me bella fiunt quibus nihil quæſitum uideri poteſt, aut debet, quã ut in pa

14 ce ſine bello uiuatur. †Excutite annales, legite hiſto rias, intelligetis propter me, & per me maxima bella & quaſcunque diſſenſiones enatas, ac conſopita eſ-ſę, & quicunque plurimum meæ materiæ rudis aut quod beatius eſt, formatę habuerint, eos monarchas & principes orbis, aut ſummos rerum dominos eua ſiſſe. Rudes homines & ſimpliciores quoq; in aurea mundi ætate uixiſſe narrantur, non me cognoſcebãt cognitam enim ſtatim adeo amauere, ut bella ſuſce-perint. Cætera enim animalia minime inter ſe con-tra ſuum genus pugnãt, aut bella gerunt, neque leo-num feritas ſæuit in leones nec ſerpẽtum contra ſer pentes, quid ita, quia me ignorant & propter me in-iuſtitiam non cõmittunt, cuius cauſa bella gerũtur.

Schytæ

Scythæ primi mortalium intelligentes pecuniæ causa alios digladiãtes, cognoscentesque pretium & bonitatem eius, tum ut ad iustitiam alios redigerent, & huius sui laboris pecuniam tanquã mercedem referrent, bella mouerunt, Asiam domuerunt, ter Asiæ Imperiũ quæsiuerũt, ipsi semper intacti alieno imperio manserunt. Primus Scythis bellum Sesostris intentauit, missis legatis: quibus respondẽt: Miramur tam opulenti populi ducẽ stolidè aduersus inopes occupasse bellũ, quod magis domi fuerit illi timendũ: qđ belli certamen anceps, præmia uictoriæ nulla, dãna manifesta sunt. Quin mox Scythæ Sesostrim fugant timentẽ ne me perderet, quem potui, uictorem efficere nolui, ne iniustitiæ auctor essẽ. Plinius docet quãta bona in Aegypto Sesostris possiderit meo nomine, q solitus est quot ãnis sorte reges singulos è subiectis iũgere ad currũ, sicq; triũphare; quũ meo beneficio tam esset superbus, ut potius aureas cameras, argẽteas trabes, colũnas: parastatas atq; similia ex mea materia cõficeret, indignata propter ingratitudinem & superbiã. Esubopem auri diuitem mei cultorem, & successorem Salauces in Cothis prius regis euexi, & contra Sesostrim instigaui, ac per illum puniri ingratitudinẽ Sesostris atq; Aegyptiorũ. Victor enim Esubopes omnia ea Cotchos transtulit: Sed Scythæ me petentes, Parthos, Bactrianosq; cõdidere, Interea Assyrii propter iniustitiam tumultuãtes, per Ninum re primo, quippe ad Ninum per suos maiores, qui terrã uirginem nacti immẽsos thesauros, & pecunias collegerant, deriuaueram, illicque auctor fui Monarchiæ Assyriorũ. Sardanapalus plus Veneri indulsit & Baccho, plus Cereri & Asteriæ, quam mihi: qua de causa indignata, ego illum loco moui, & Arbacem mei studiosum euexi, traslato imperio, omni maiestate, rerum copia administratione ad Medos, Arbacẽ Medorũ principẽ feci. Interea Persæ uim meã atq; potestatem uenerantes me receperunt paulatim donec Astyages haud æquus mei dispẽsator in odium multorũ

incidit,

incidit, multi, adhæserunt nepoti Astyagis, Cyro, & Sybare ductore me liberauerũt ex iniqua manu Medorum, idq; mea intercessione, & meis auspiciis. Nã illud uerũ statuatis, sine me nihil potuissent, Græci mortaliũ astutissimi, Sicyonii, Athenienses, Lacedemonii, Messinenses, postquam Troianis & Colchorũ opibus potiti, aureumq; uellus adepti fuerunt, iugũ Persarũ excussere. Aereũ uellus mysteriũ meũ est, & prudentioribus ænigmatis Symbolique loco protessera relinquo. Hoc quisquis habet, me habet, & per me dominabitur orbi, si me nouerit uti. Habeo enim generosam naturã, offendi nolo. Hoc uno cum diis eandẽ naturã obtineo: quin potius uindictam sumo & ad studiosiores mei transmigro. Græci certatim meum numen uenerati sunt. Postquam peregrinos in dulcedinẽ mei pellexere, è quibus Macedones proximi tãtis me expugnatũ sacrificiis uenere, tãtis fraudibus & sciẽtiis usi, quãtas Alexander passus non est Aristotelico ingenio reuelari. Philippus Apollini bellũ indixit, & passus est Apollo Dephicum suũ oraculũ spoliari, ut in meã figurã materia p multos annos congesta conflaretur, tantã uenerationẽ mihi tribuit Apollo. Deinde ea licẽtia usus Philippus nulli Deo, nulli ædificio sacro pepercit, oĩa spoliatus, & insigniter, idq; impune mẽtitus, tandẽ auraria in Thessalia & argenti metalla in Thracia occupat, idq; ut me honoraret, unde efficio Philippũ Græciæ dominum & Regem, huiusq; filium una cum maximo exercitu pręficio orientis imperio. Atq; adeo Alexander Magnus mihi debet gratias suæ amplitudinis, & Regiæ maiestatis. Astuti græci & mei amatores tenacissimi, una ẽt Iudæi, qui plusquã Dei olim in ueneratione fuere, Macedonũ ebrietatem ueriti, & tyrannidem ad Italos delapsi, me secũ uexere, partẽ Carthaginem deuenere, quocirca Romani iactis fundamẽtis bellicis me accedente ad ipsos secundo itinere, & quod Troianis copiis ab initio beatos reddideram, rursus ut fideles mei custodes adeo, & beatifico. Inuidere Carthaginenses

thaginenses diuites opũ, parum abfuit quia me in suas partes traduxissent. Sed ego fœmineo astu irretita, & potẽtior fœminis ẽt pulcherrimis dum aĩaduerto Annibalẽ summũ Carthaginẽsiũ ducẽ id agere, ut fœminas pferret mihi, ĩdignata illũ destitui, & Romanos rerũ dños gentéq; potentẽ exaltaui, dein de Gothis, Hũnis, Vãdalisq́; faui, & ĩ oriẽte Turcas, in occidẽte Lõgobardos euexi, posteà Frãcos, tũ Saxones, & inde Germanos. Hæc si uellẽ probare testimoniis magnorũ uirorũ, millia sex inuenirẽ: sed adeo aperta sunt, ut uerbis nõ amplius sit opus, uos cõmonefecisse sufficiat, nã ad alia pergo, sicut imperiũ meũ uniuersus orbis sequitur, tanq̃ lunæ motum oceanus: ita cũ uelim particulariter singulos mortales altero mirabili mea potẽtia.

Pecunia tristes homines exhilarat.

†Nã ut dulcis lenisq; naturæ meæ primo haud uulgare donũ referã, tantã quã in me habeo gratiã infundo in oẽs, quorũ utor cõtubernio & familiaritate, ut si qd in eis offenderim tristitiæ mærorisq; prorsus expellã, iucũdosq; ipsos, hilares gaudẽtes, ac lætos semper efficiã, sin aliquos inuenerim timidi ac pusilli cordis, securũ utiq; illis addã animũ, ingentẽ, & incõcussum, dubios firmẽ, errantes dirigã, prostratos erigã, labentes sustentem ex ignauis deniq; industrios, ex inertibus solertes, ex balbutiẽtibus explicatos, ex elinguibus eloquẽtes, ex morosis faciles, ex tardis prõptos reddã, ex indoctis doctos, ex stolidis sapiẽtes, ex uilibus & abiectis generosos & claros uideri faciam, atque hæc ita tamen operor, si & ipsi quoque cum quibus uersor morem mihi gerere, naturæq́; meæ studeãt minimè aduersari, quæ libero frui aere, spatiariq; hinc inde lætatur. quã delectãt uarii discursus, uariæq́; agitationes, quæ marcere ignaua quiete nõ patitur, quæ detineri alicubi diutius molestissimè fert, quæ refugit noctẽ, odit tenebras, horret strictiora, obserataq́; firmius habitacula, si carceres noĩaueris, mortẽ illis data optione, tãquã mitiorẽ eligẽs anteponet. Quare qsquis meã meruerit cõuersationẽ, ignarus tñ cõditionis,

ditionis,& naturæ meæ,crediderit me occultū domi detinere; & in reconditis locis clausum seruare, priuareq; dulcissima,qua mirificè gaudeo libertate mea eundi, discurrendi & quocunq; libuerit peruagandi facultate,quantumcunque is me amet, colat,amplexetur quotidie,& deosculetur. Nullo tamen modo speret se fruiturū unquam ulla mei iocunditate,imò cōtra si sua per se natura iocundissimus fuerit, ac lætissimus,continuo in summam miserabilēq; prolabetur tristitiam, animiq; mœrores. Si animo item fuerit, securo,nobili atque excelso,fit itidem quasi mutatis corporis humoribus,sorice pauidior,cuniculoque timidior:in cunctis dubitare,frequentiusq; errare, & labi incipit. Ex industria fit ignauus,ex solerte iners,siue uestiatur,siue cubet,siue negotietur. Inter rusticandum,peregrinandum,dormiendum,aut nauigandum insidias undiq; sibi parari putat: cuncta ei suspitionem,cuncta terrorē incutiunt,ne rem quidem diuinam audire poterit, quin uel decies aut sæpius de furibus,& prędonibus cogitabit,aut ēt ultro citroq; discurret animi anxius. Fac uerò fuerit facūdissimus,lingua illi nodis implicari uidebitur fac uitæ illum facilitas commendauerit,fiet ilico morosus & duro cerebro, fac promptitudo laudauerit, eius mox tarditatem & stupiditatem quisque accusabit: fac denique doctrina, sapientia,genere clarus extiterit, non aliter tamen, ac si nihil horum in illo urgeat,habebitur. Homerus sine me erit Thersites, qui etiam antea amicissimus omnibus & propter me certatim omnium ulnis amplecti solitus, omnium hospitio dignatus,& optimis ædium partibus,expelletur. vnde.

Ipse licet uenias Musis comitatus Homere,
Si nihil attuleris ibis Homere foras.

pecunia facit omnia architectura genera et opera.

Ita prodest uoluntati meæ non se conformem habere,ita prodest non uiuere moribus meis,repugnareque optimæ, ac dulcissimæ naturæ meæ, de qua hactenus hæc dixisse uolui. † Nunc ad exponendas

arduas

arduas quidem & præpotentes uires meas, ueniam in quibus oẽ gloriæ meæ & excellẽtiæ meæ fundamẽtum iacietur, atque ea quæ alii, siue industriæ & gloriæ ascribũt attingã, urbes dico, ciuitates, oppida, arces, uicos, templa, fora, turres, theatra, palatia, scenas, circos, thermas, domos, aulas, prætoria, & uarias, sumptuosasque structuras. Dicant age, dicant si sapiunt, quid in his, quæ tamen magna, illustriaque sunt, & quorum plurima ad bene uiuendum in primis necessaria, potestatis sibi uendicant & auctoritatis, quorum nullus est tam exiguus lapis, tam tenue ferramentum, tã pusilla trabs, quæ sine me coaptari unquam potuerit: quibus non interuenerim: quibus non opem, manum, principium, deniq; prosperum euentum præstiterim, mihi obediunt omnia. Cui præterea eorum picturæ, incrustationes, laqueationes, cælaturæ, sculpturæ, statuæ, eiuscemodique, alia ornata, mira atte & ingenio ædita: cui nisi mihi tanquam certo & indubitato domino, ac auctori attribuentur: quõ autem communis quę in eis habetur habitatio, & cohabitatio, nisi uires meas interponerem, præstaret? quomodo publicæ necessitati & indigentiæ, nisi ego subuenirem, prouideretur? quis adesset, si me abesse contingeret? quis consuleret, nisi interuenirem, & interessem? quis adiuuaret nisi opem ferrem? quis succurreret, nisi omnium ego onus susciperem? quis ubi plus æquo aliqui omnibus ad uitam, ad uictum saltem necessariis abundarent, atq; aliqui eis indigerent, præter me afficere posset, aut potest ut ab eis, quibus nihil omnino deest, subueniatur egentibus, uerbi causa, uel frumenti, uel uini, uel panis, uel casei, uel indumenti inopiam sustinentibus? quis deinde ubi ego deficerem? quis uel mercando, uel artes sine quibus ciuitas stare non potest, operando uitam suam coleret? quis operi ulli laborans insisteret? quis conduceret? quis elocaret? quis laboraret? ita sine me nec quisquam curam ullius negotij, uel administrationem suscipe

Eccl. 10 Pecuniæ obediunt omnia.

retîta fine me nec piſcator ullus, nec ſutor, nec faber, nec textor, nec pigmentarius, nec denique, cuiuſuis rei ullus artifex, ita nec proxeneta, nec inſtitor, nec licitator, nec tutor, nec curator, nec negotiorum geſtor, ullus haberetur. Ita clauſæ tabernæ omnes, clauſæ cellæ & apothecæ: non eſſent nundinæ, emporia uacarent, mercata ceſſarent: ita nec pō derum, neque librarum, neque menſurarum ulla mētio. Quid uerò de doctrinis omnibus atque diſciplinis loquar, quæ tamen curandis animis, ſimul quæ corporibus, præſtant adiumentum? quis me ceſſante, aut dempta medendi artem profiteri uellet? aut ſe demittere ad urinæ ſcopia, & coproticam contemplationem? quanti proinde, qui quotidie in animantium corporibus oriuntur morbi, & languores ad interitum ducerentur? quibus ego tamen occurro interueniens, conſulenſque admirabili uigore meo, quaſi communis omnium ſalus, & uita, quaſi pius omnium liberator factus & reſtitutor: & uerè exiſto anima remeans, uitalis ſanguis, aut ut medici dicunt, humidum radicale ego ſum, quæ quintam eſſentiam ex mineralibus, & plantis extrahi efficio, per quam uita renouata promittitur. Me nimirum intelligunt medici, me quærunt, & mea cauſa curāt. itaque tritum eſt.

Et dicunt da, languidus hic dum dixerit, ha ha.

Et ut ad philoſophos ueniam, deperirent ſine me: & ſine me omnino eorum ſtudia ridicula, ac nulla exiſteret, licet tanta uanitate, & tanta cum ſuperbia aſpernari me, & contemnere uulgò iactitent: quum tamen per fundamenta gutturis ſui mentiantur, & ſplendidè mentiantur, ac pluſquam hypocritæ ſunt. quoniam à nullo hominum genere, quod nórim, magis amer, colar, obſeruer. Atque utinam ita ut iactant ab eis contemnerer, longè tali eſſem contemptu beatior, nihil enim curo eorum uanitatē, quum illi pluſquam uelim, me curant. Eſt enim, ut paulò ante dixi, innata naturæ meæ mira quædam libertatis

tis euagandi, hinc inde, & diutius nusquam immorandi cupiditas. Quum autem in manus horum deuenio, tanto me amore prosequuntur, ut non dicam euadere, sed nec aperto gaudere aere unquam liceat. Ita teneor, stringor, perpetuisque quasi compedum, carcerumque pœnis damnata includor. Lucianus in captura philosophorum hanc rem exposuit Nolo immorari. Sed & Grammaticos, ludique magistros quis, nisi ego, ad tradenda pueris prima elementa, & rem ualdè necessaria deduceret, ad tolerandos tā molestos ac fastidiosos, assiduisq; simul labores cōmoueret, quos quum tantis rixis, delationibus, clamoribus, strepitibusq; tā conferta undiq; turba puerorum grauissimè malleorum instar obtundat, mirum cur non omnino deliri facti desipiant. Ego recreo, ego sustineo: nam si copiosá accederem ad eos super bi facti talia onera amplius subire nolent. Quia uerum est illud Iuuenalis.

Quis gremio Enceladi, doctique Palæmonis affert,
Quantum Grammaticus meruit labor? & tamen ex hoc
Quodcunq; est (minus est autem quam Rhetoris æra)
Discipuli custos præmordet Acœnitus ipse.

Et quæ sequuntur. Taceo logicos, quorum garritus, contentiososq; clamores sine me nullus audiret, nullus disceret. Omitto musicos, quorū, ubi ego conticescerem, non dicam canor, & harmonia, sed neq; minima uox ulla resonaret. De Geometris, Arithmeticis, Astronomis, Astrologisq; nihil dico: quorum & ego ubi non essem, neq; nomina ulla haberentur. Sed & oratoriam artem, quæ est longè suauior, longeque iocundior, quæ est decus omnis ciuilitatis, fomentumq; omnium bonorū morum, & institutorum, quis eā nisi amore ac spe mei inductus, aut docere, aut doceri, clarisque eius ac dulcibus studiis teneri uellet? ego teste Alano, uinco Tullianum eloquium.

Cum nummus loquitur, Tullius ipse tacet.

Quem ego meis loricis, & cataphractis armo, uer

ba Demosthenis, Tullii, quintiliani nō metuit: hic Hercubes est, & Herculeos labores superare potest, hic Vlysses cunctos astu, subtilitateq; dicendi præcellit. Quare adeo multi me diligunt, proponuntq; Rhetoricæ.

Qui color, & quod sit causæ genus, atque ubi summa
Quæstio, quæ ueniunt diuersa parte sagittæ,
Scire uolunt omnes, mercedem soluere nemo.

Me magis amant, quàm artem tam excellentem.

Sit licet ingenium fuluo pretiosus auro:
At nunc Barbaries grandis, habere nihil.

Ego supero ingenium oē, nullum ingeniū, nulla Rhetorica, meas uires enarrare potest. Neq; præteribo poetas, quos & si aliquando sine me ingenia exercuisse compertum est, & magna id certè cū incommoditate, uitæq; eorū anxietate, grauiq; proinde, & dolenti cum animo, nec minus magno mei desiderio, cuius uim maximi semper fecerunt, & propter quam monstrosa Poemata ediderunt: Opem quoq; multoties, licet rarò exauditi implorauerūt, ut Iuuena. docet cum canit.

Nam si Pieria quadrans tibi nullus in arca
Ostēdatur, ames nomen uictumq; Macheræ. Et paulo post.
Ipse facis uersus atque uni cedis Homero
Propter mille annos: ------ sed uerius adhuc
--- *neque enim cantare sub antro*
Pierio, Thyrsumue potest contingere sana
Paupertas, atque æris inops, quo nocte dieque
Corpus eget. -----

Ecce qui poeta est affirmat hoc modo sine me poetas esse non posse. Persius maior est mei laudator.

Nam si dolosi, ait, spes refulserit numi
Coruos poetas, & poetridas picas
Cantare credas pegasium melos.

Et quid dicā de legū peritia, quæ est fundamentū humani fœdoris omnis, & regiminis, qua tanq̄ nutrice & matre alūtur, ciuitates ornātur, cōseruātur, proteguntur. Quę studet trāquillitati, cōsulit paci &

quieti, salutēq; omniū quærit, defendit pupillos, suc currit uiduis, erigit prostratos, tuetur bonos, cōsola tur afflictos: qua corrigūtur deuii, pellūtur seditiosi, cōpescuntur improbi puniūtur grassatores & sicarii, quæ hostes propulsat, insultātes reprimit, ab omni deniq; oēs calūnia, & ab omni ui, & iniuria protegit & tutatur. Nōne & hæc per me est summo in p̄tio, summaq; in admiratione? nonne per me illorū, qui eā profitentur tā innumerabilis est, atq; ingens turba? nonne qui eam edišcant tot tantiq; sunt nulli parcentes impensæ, nulli pegrinationi, nulli inediæ ac labori? Ergo nemo (ex iis q me magis amāt, quā Deū Creatorē de quibus frequenter in hoc tractatu fit mētio) nisi persuasione mea motus, causam alicuius ꝓcuret, nemo patrociniū susciperet, nemo lites examine suo dirimeret. Iā nemo latrunculator, qui delicta puniret, nemo scriba aut tabellio, qui dicta scriptis mādaret, nemo tabellarius, qui deuūciaret, nemo tubicen, qui clāgore signū daret. Iā iuri dicūdo nullus intēderet, iā Reip. administrationi nullus instaret, iā causa fora ipsa, uacuæ ipsæ iudiciariæ sedes: quū lęsa tamen ac iniuriis plena omnia, ingēti undiq; strepitu & clamore personarent. Ita ego nisi ui mea magna, & sancta quēq; impellerē, deperiret oē ius, omnisq; iustitia. Ita nihil saluū, nihil securū, nihil ab iniuria tutū. Ita regnaret improbitas, floreret iniquitas, ambitio cuncta possideret. Hæc opera mea, hic fructus meus, hæc in oībus liberalibus disciplinis p̄clara atq; excelsa ptās mea, quibus siue docēdis, siue perdiscēdis, siue exercēdis, nemo nisi adhortator ego adessem, studiū unq̄ impēderet, nemo præterea, qui earū tā innumeros, immensosque codices, pro ingenio cuiuscunq; æditos exararet, nisi me utiq; impellēte librarius, uel typographus haberetur. Cur multi à liberalibus resiliunt ad mæchanica, nisi ꝙ ex his maiorē mei copiā nanciscātur? ecquid pater filiū suū à poetico studio deterruit respectu mei, uti Ouid. de se canit.

Sæpe pater dixit, studium quid inutile tentas:
Mæonides nullas ipse reliquit opes.
Motus eram dictis, totoque Helicone relicto,
Scribere conabar uerba soluta modis.

17 †Quur hodie passim magis mercaturã sequuntur, q̃ disciplinas liberales, nisi q̄ ex mercatura faciliorẽ maiorẽq; mei copiã adipiscantur? ego artes commendo, artiũq; magistros, ac omnes disciplinã.

18 †Cæterũ ut ad alia orationẽ conuertamus, quid magnificentius, gloriosiusq; summorũ regũ atq; pontificũ statu uidemus? q̃ pulchrũ est cernere tot assistentes eis magnos, & illustres uiros, tã frequentẽ uariæ conditionis hominum turbam, uario utiq; muneri deditam, inhabitantem curias eorum, exercentemq; se quotidie solicita cũ diligentia, ac uel suis, uel amicorũ rationibus intendentẽ, quis uerò alius hæc a me efficit? nonne & uigor meus hæc operatur? nonne me recedente omnes abirent? nonne ubi ego discederem sine honore, sine gloria omnes essent principes? nõne soli, nudi, & ab omnibus destituti difformiter apparerent? nonne omne decus illud, status eorum, omnisq; prorsus euanesceret? unde Dionysius Syracusis Rex honoratus nisi per me, & Corinthi contemptus, nisi quod ego abessem? ego fœlicitatem præsto, & amicorum copiam concilio. *Pecunia principes & Reges facit.*

Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam,
Nullus ad amissas ibit amicus opes.

Verum quid hæc commemoro ad commoditatẽ hominum magnificentiam, item & ornatum pertinentia: quum alia, quæ animæ bona thesaurosq; respiciunt, quæ perficiendis mentibus, animisque conducunt, longè sanctiora referri possunt.

19 †Nam quid est deterius, tristius, nocentiusque ignauia & turpi otio? quibus eneruatur languescitq; uis omnis animorum, debilitatur, obtunditurq; omnis acies, frustratur, corrũpiturq; oĩs uigor, uilescit, deficitque si qua inerat generositas, sordescit: si quis fuerat morũ nitor & elegantia, extinguitur: si quis fuerat sensus, *Pecunia facit homines ex ociosos et negotiosos, ne triumpharet*

fomesq; uirtutis, tum blandiri mala cuiq; incipiũt, adstare præ foribus uitia, quærere aditum, rogitare, pulsare, titillare, attrectare, mox contubernalia fieri: Tum crescit uitiorum familiaritas, inualescit libido, conuocat alios nocendi ministros, fit cõspiratio omnium malorũ, inuadunt regnũ, occupãt, dissipãt, obruunt, euertunt, fugant quicquid bonæ sementis uirtutum inuenerint: quicquid bonæ frugis offendunt, expellunt, proculcant, lacerant, trucidant, exterminãt. His ego tantis malis, quæ torpor, & ignauia parit, quæ mollicula, & deses uita producit, occurro publicus eorum hostis, consertaq; manu bellator acerrimus obsisto: quippe quæ neminem patior frustra otium conterere, ad laborem quemq; hortãs, ad opera quemq; sua impellens, a somno excitans, à ludis auocans, à lautioribus longioribusque cœnis auertens. Propter me tritum est.

Dum puer es canis acquire uiatica, & auro
Tempus & argento charius esse puta.

Quæ sunt uiatica, nisi copia mei? ego pecunia certissimum & præstantissimũ uiaticũ. Proinde uideas oẽs doctos simul ac indoctos, magnæ sortis simul ac pusillæ uacare diligentius soliciriusq; negotiis suis, nullam non fœminarum, quæ non longiores, uel nendo, uel texendo, uel huiuscemodi aliquid muliebris operis faciendo noctes trahat: Neminem nõ artificium, qui non ocyus cum gallicantu è stratis exurgat. Et mei causa dicit Martialis.

Surgite iam pueri, clamat ientacula pistor:
Cristatæque sonant undique lucis aues.

Videas neminẽ non literatorũ, doctorum, at etiã prudentium, qui non semper agat aliquid, uigilãdo, instando, ferendo, uaria aggrediẽdo uitã exerceat, q non dulces omnes labores, oẽs lucubrationes ducat. Itaq; per me qisq; frugi, bonus, grauis, iustus, cõtinensq; efficitur. Ita per me quisq; oĩ uirtute præditus, oĩq; morũ elegantia ornatus euadit. Tales uiriũ mearũ produco fructus: tantorũ ergo bonorũ cã

ego,

ego, ego omnium auctor quasi ad subleuandas pu-
blicas necessitates, ad conferenda in commune om
nibus commoda, ad ornandas illustrandasq; omni-
bus uirtutib. oīum mẽtes, nata esse uidear. Quæ cũ
ita sint, non merebor ego, dũ oratura causam meã
uenio, ab oĩbus & iam libenter suscipi, & suscepta
exaudiri, auditaq; insuper cõmendari laudibus & ex
tolli: nõ merebor, inquã, quum tanta de immẽsis ui-
ribus meis palã ostendam, corona defraudari gloriæ
meæ: merebor utiq; debitã mihi palmam cunctorũ
iudicio referre, & triumphum agere: præsertim quũ
sine me nemo legitimè triũphauerit, & ego cunctis
triũphantibus præsto fui, utpote triũphorum stabi-
limentũ. At mouẽt hæc oẽs uideo, in primis ea ma-
ximè quæ postremo loco retuli, ad benè beateq; ui-
uendũ pertinẽtia: Iã facile, iã inclinatos, iam cõuer
20 sos in me, omnium animos intelligo. † Agè ergo,
quum magna hæc nemo iã negat, referamus & alia
maiora, lõgè ẽt, quorum equidem operatrix sum, exi
miæ, summæq; pietatis, ac sanctitatis monumẽta, in
quo ad te me cõuerto rerũ omniũ æternæ parẽs & cõ
ditor, cuius cũ sint cũcta quæ fecisti magna admira-
rabilia atq; perfecta, nihil profecto est quod tantorũ
beneficiorũ cõsideratione celebrandis laudibus tuis
agendisq; tibi gratiis nõ assiduè uacare debeat: quo
nullũ certè pulchrius, nullũ dignius homine, aut
præclarius munus suscipi põt. Id uerò delatũ præci
puè ad sacerdotes est, qui pro cũctis onus subeũtes
die noctuque, priuatim & publicè debitas tibi, ac
quantum humana tenuitas permittit, amplissimas
laudes absoluunt, nunc orantes, nunc psallẽtes, nũc
uaria uoce modulantes, nunc dulcibus etiam tinni-
tibus, & organis personantes. Quam pulchrũ est in
tueri tã graué & candidatã turbam inter media tem
pla, tuo tãto cultu & ordine, tãta maiestate, tãtis ser
uientem tibi cæremoniis, q̃ gloriosum est audire of
ficiosissimas, quas effundũt, preces & uota, laudãtes
& exultantes nomen tuum sanctum, postulantesq;

Pecunia facit, q̃ Deus honoratur, & Sacrificia obseruãtur

misericordiam, uel pro salute uiuentium, uel pro requie defunctorum, uel ad impetrandam delictorum indulgentiam, mitigandamq; iram tuam, uel ad implorandam de inimicis, aduersisque casibus opem & defensionem. Verum nonne hæc tot & tanta, mea fiunt exhortatione? Nomine occasionem præsto ut totum diuinum officium in Ecclesia maiori cum maiestate absoluatur, dum ministris qui suis stipendiis militare non debent administro quæ ad uitam transigendam sunt necessaria. Illa ego sum tantorum patratrix, tantorum operatrix, illa ego sum, cui oẽs nõ tam parui & humiles, sed magni et quique & præpotentes obsequuntur, cui ciuitates, omnes status, omnia munera, omnes dignitates parent. Sed egrediamur iam hinc ad rem rusticam, quem enim alium læticię & amœnitatis suæ auctorem præter me fatebuntur uineæ, horti, pomeria, prata, agri, campi, alia que huiuscemodi? quis nisi ego causam præstarem, inueniretur fossor, messor, arator, uinitor, cursor, atque frondator? quis iumenta curaret, prata irrigaret, sementum terræ mandaret? quibus cessantibus quantum malum, quanta necessitas, quantumque periculum cunctis animantibus, præsertim hominibus imminere tur? & quæ ex terra oriuntur, disperirent, idque in primis ut frumenta, atque uina, quorum nec hæc potum, nec illa cibum aut panem subministraret. Veniamus ad usum aquarũ, qui nullus esset aut ualdè exiguus sine me, quẽ dabitis mihi, qui uel nauigandi, uel piscandi, uel aquas deriuãdi, fontesque erigendi artes, nisi spes mea subesset, exerceretur? qs dicite? quis nisi uiribus † meis actus impelleretur, ut se subderet tam procelloso, tantis periculis, malis, & horroribus pleno mari, credere obruẽdum millies fluctibus, obrutique, inter uiscera piscium sepeliendum? proinde quantis omnes afficerentur incõmodis, quãta publicè omnibus incumberent necessitas, & defectus multarũ rerum, maximè frugũ, atque merciũ, quæ ex oĩ orbe nauigandi munere trãsuehũtur,

Pecuniæ faciunt agrũ coli

Pecunia efficit nautas & piscatores & nauigatores

tur,quibus tamen ego consulto,& ne quid mali con tingat,occurro, spirans in huiuscemodi negotiatores,flatū amoris mei, capiens eos,ipsius suauitate,incutiens illis item stimulos, quibus adeo comitātur, atque animantur, ut nullo labore, nulla peregrinatione,nullo æstu,& frigore,non cubandi asperitate, non ciborum insipiditate, non potus illius inamœnitate,non pyratarū insidiis, non ui ulla , non ipso metu mortis, quā quotidiè antè oculos astātē uidēt, nec longius quidā,quā sit nauis,sæpè uix spatio triū digitorū,aut duorū,aut unius,non naufragio iterato,nō ullo deniq; incōmodo & malo,ne flāma quidē absterean tur,dū tñ mihi obsequi,famulari,& qc-
23 quid uolo,hortor,mādo,perficere rectè possint.†Miramur philosophos de perferēdis æquo animo humanæ uitæ incommodis, de contemptu etiam mortis multa sapienter,ornate,copioseq; scripsisse,quæ quidē ab ipsismet auctoribus magis dictis, q̃ factis cōfirmata sunt. Laudātur multi uiri nomine cōstātiæ, & fortitudinis in aduersis,quū ego nō inani strepitu dicēdi,non uerborū ulla fucata parsuasione, sed iocūdissimo meo aspectu,dulcissima mea conuersatione,uiuacissima mea,ac potētissima uirtute hæc cūcta perficiā,ut in tolerādis aduersis mei causa homines sint patiētissimi,cōstantissimi,& fortissimi.Quid.n. non mei causa miles in statione,excubiis,acie, insidiis,atq; pugna aggreditur?quid nō nauta, auriga, cursor,eques,natatorq́; profert & obdurat? Etenim hominibus alas addo,& Dædalus meo nomine pennas affixit sibi,& Icarus,& per aera uolauerunt,& si superbiæ pœnas Icarus luit,& in mare præcipitatus periit:tñ mei causa plurimi postea alati in publicū prodiere,de turribus per funes uolauerunt. Quare quos uolo,ad cælum uolando euehо:alios de tartara detrudo,omnes in summa patientia exerceo, iāq́; fortunam elargior bonam & obedientem amātibus & rite usurpantibus me:contrariis malam. Hoc Petronius Arbiter eleganti epigrammate expressit.

Pecunia operatur magnitudinē animi & patiētiā laborum.

Quisquis habet nummos secura nauiget aura,
Fortunamque suo temperet arbitrio.

24 † Quo quidem nomine ualdè homines mei adeò studiosos & patientes admiror, quod cum fortunæ templa extruxerint, mihi nondum aram sacrauerũt. Iuuenalis ait.

Nullum nummen adest, si sit prudentia sed nos,
Te fortuna deam facimus, cæloque locamus.

Cæterum ego pecunia longè potentior sum, quã fortuna, & licet Iuuenalis eo nomine mihi maledicat, utpote Satyricus non aliud professus, quàm optima carpere: tamẽ fatetur meã Maiestatem, cũ inquit.

------Et si funesta pecunia templo,
Nondum habitas, nullasq; nummorum ereximus aras.

Longè præclarius Cælius antiquarum lectionem certitudine persuasus medeam olim fuisse uocatam asserit: quum Pluto Deus diuitiarum honoratus est non nisi mei respectu. Elæi tanta sedulitate Plutonis mei templum custodiuerunt, ut quotannis semel tãtũ aperiretur, nemo tamen intraret. Propter me Aristophanes inuigilauit studiis, & Plutonem Comicũ introduxit. Pluto Deus qui effoditur æ terræ uisceribus, non est nisi maritus meus, & tandem non degenerat, sed transformatur in me. Saturnus dicitur primo omnium inuenisse nummum & signasse. Fateor hoc, gratias ago, & semper in memoria habeo. Sed rursus meminerit, quod non ante est Deus habitus q̃ meã formã mortalibus euulgasset. Iupiter magna colitur ueneratione, sed ego pro Ioue summũ in terris Imperium obtineo, imò ego in Iouem, & Iupiter rursus, in me illud patet ex hoc Petronii Arbitri.

Multa loquor: quid uis nummi: præsentibus opta,
Eueniet, clausum possidet ille Iouem.

Hoc posterius ex Eunucho Terentiana Comœdia patet, in qua Iupiter impluuius auri forma in sinum puellæ se demittit, & uoto nõ solũ potitur, sed Deus esse cognoscitur, & honoratur. Huc adde uersus Ouidii, quibus idem præclare demonstrat.

Iupiter admonitus nil esse potentius auro,
Corruptæ pretium uirginis ipse fuit.
Dum merces aberat, durus pater ipsa seuera,
Aerati postes, ferrea turris erat.
Sed postquam Sapiens in munera uenit adulter,
Præbuit ipsa sinus, & dare iussa dedit.

Nec Iupiter modo se trãsformat in me, & per me maiorem excellentiã acquirit, sed Ianus, Mercurius & cuncti alii Dei mihi subsunt, Martéq; quocunque placet impello, efficio ut homines quoque dii fiant, ut Ouidii uerba huc detorqueantur.

Qua licet, affectas cœlum, quoque templa Quirinus,
Liber, & Alcides, &. modo Cęsar habent.
Eruimus terra solidum pro frugibus aurum,
Possidet inuentas sanguine miles opes.

Quare quod Horatius diuitiis attribuit, id mihi assumo, ut quæ diuitias elargior, & mater diuitiarum sum.

------Omnis enim res,
Virtus, fama, decus, di ina, humanaque pulchrit
Diuitiis parent, quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, etiam Rex,
Et quicquid uolet.

Vnde non mirũ si deos deasq; facio, & si me adeo dii, deæq; gentilium ament, ut nusq; libentius, quã in me colantur: imo nõnũquã in me se trãsmutauerint. Quin ẽt dæmones, quales potissimũ sunt dii et hnicorũ, ut in suã sentẽtiã, ac uenerationẽ homines traducerẽt, cognouimus se ĩ pecuniã, hoc est, in meã figurã cõuertisse, sed quia dæmones ludificãt, nõ nisi falsam mei formã repræsentauerũt, uel adulteratã exhibẽt, hoc tamẽ patet, quod perfecta ego & uera summũ imperiũ obtineo, deos, deasq; coli efficio, homines ad fortitudinem & patientiam impello, quia uirtute cælum petunt, dicitur quod dii sua labore uendunt, sed quis laboraret, nisi dulcis mei spes adesset? miles pugnaturus nihil præterquam me clamat, & inuocat, studiosus propter me lucubrationes sustinet,

ſtinet,oleum & operā inſumit,hinc illud Demoſthenis tritū. Plus olei,quā uini,quis Pythia cantat, niſi ego animum affecero dulcedine?deniq; ſatis demonſtraui,me regere humanū genus, & uirtutibus illud imbuere,ac ad cœlū,cœleſtemq; gloriā euehere: Nūc illud obiter addam, quod ego ad inferos deduco reduco,& manibus,umbris, atque dæmonibus impero adeò,ut mihi obſequantur,& uiam cōcedant. Nolo citare Luciani Charontem, qui obulum exigit certūq; naulū mea,ut ita dicā, perſona, luendū,alioqui neminē ad cāpos Elyſios,aliaq; amœna loca tranſuehit: alioqui neminē ad Plutonis regna deducit: ſed Platonica philoſophia haud ambiguè nos ducere eius rei ueritatem poteſt, quā ille ab Aegyptis didicit,qui in Moſaica diſciplina inſtituti,nihil aut parū à ueritate aberrauerunt, illam uero paucis expreſſit Virgilius ſexto Aeneidos,ubi Vates Phœbi, petenti Aeneæ ire ad conſpectum chari genitoris poſt alia ſic reſpondit.

Sed non ante datur telluris operta ſubire,
Auricomos quam quis decerpſerit arbore fætus.
Hoc ſibi pulchra ſuum ferri Proſerpina munus
Inſtituit:primo auulſo non deficit alter,
Aureus, & ſimili frondeſcit uirga metallo:
Ergo alte ueſtigia oculis & ritè repertum
Carpe manu nanque ipſe uolens faciliſque ſequetur,
Si te fata uocant, aliter non uiribus ullis,
Vincere,nec duro poteris conuellere ferro,

Ipſe Aeneas diligenter Sybillæ mandata exequutus inueſtigat ramum,& ſic ore precatur.

Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus,
Oſtendat memore in tanto.------

Itaque maternæ aues Columbæ geminæ aduolāt & uiam mōſtrant donec Aeneas ramum agnoſcit corripit extēplo,auiduſq;refringit cūctātē Protinus ſpelūcā Aeneas intrat,ad orcum penetrat, ubi furias pœnas,umbras Charōtis uecturā, Stygiam Paludē à Charonte repellitur, ſed poſtquā oſtēdit aureū ramum

mū,protinus Charon placatus ex inimico factus est amicissimus, & Aeneam cupide transportat. Cerberus accepta ossa conticescit,obuii uiam demonstrāt ad cāpos Elysios, deducunt ad Anchisen : à quo in omnibus iustitutus Aeneas saluus ad suos reuertitur,atq; hæc omnia aureæ uirgæ,aurei rami auxilio. Circūspicite,& intelligite quis sit ille aureus ramus? anne ego sum? certe sum. Ego numeror,ego auulso aut expenso uno nummo succresco, uel reddor, optima sum,ex auro conflata, uel auri formam habens. Quorsum diuitius immorari manifestis? pergo ad alia. Nam sicut aureum ramum audistis tutum ad inferos, superosq; iter præstare : ita aurea Homeri chatena ad cęlum usque extollit,& demittit,refertq;: aurea illa cathena, mea est, hanc ego efficio, & guberno,unde illa uirtus aureæ cathenæ mihi asserenda est, itaque inferis dominor, superis impero, quod maximum est inter mortales id operor, nimirum doceo malos à bonis distinguere, uerumq; trado iudiciū de unoquoque hominis corde explorādo. Nā nulla res difficilior cognitu est quàm homo, & utrum recta illi an parua mens sit. Ostendunt aperte cætera animantia uel mitem, uel feram naturam suam, ut nemo sit,qui non intelligat lupos, leones, tigres,serpentumq; monstra omnia rapinam nobis, pericula, rabiem, & mortem intentare. Hominem uerò cōtingat persæpe immaniorē his etiam haberi, atque rabiosiorem,eiuscemodiq; esse,ut non modò hominibus,sed & Deo insuper optimò, atque maximo latentia sub alto corde,execrandaq; odia coquat: cuius si uultum tamen inspicias,omnem præ seferre uideatur pietatem, & innocentiam. Cuius si sermonem,incessum,habitumq; consideres,tantę appareat austeritatis,religionis,sanctimoniæ,ut dicas,iu resque Diuinū aliquod numen e cœlo descendisse. Sit licet quantumuis difficile de hominum mentibus, animisq; iudicium,per me tamen fiet facile cōtinuò, neque opus est alias artes admouere,ubi ego adsum,

Pecunia docet discernicu-lum bonorum hominum et malorū, operta animi manifestat.

neque

tis euagandi, hincinde, & diutius nusquam immorandi cupiditas. Quum autem in manus horum deuenio, tanto me amore prosequuntur, ut non dicam euadere, sed nec aperto gaudere aere unquam liceat. Ita teneor, stringor, perpetuisque quasi compedum, carcerumque pœnis damnata includor. Lucianus in captura philosophorum hanc rem exposuit Nolo immorari. Sed & Grammaticos, ludique magistros quis, nisi ego, ad tradenda pueris prima elementa, & rem ualdè necessaria deduceret, ad tolerandos tā molestos ac fastidiosos, assiduisq; simul labores cōmoueret, quos quum tantis rixis, delationibus, clamoribus, strepitibusq; tā conferta undiq; turba puerorum grauissimè malleorum instar obtundat, mirum cur non omnino deliri facti desipiant. Ego recreo, ego sustineo: nam si copiosa accederem ad eos superbi facti talia onera amplius subire nolent. Quia uerum est illud Iuuenalis.

Quis gremio Enceladi, doctique palæmonis affert,
Quantum Grammaticus meruit labor? & tamen ex hoc
Quodcunq; est (minus est autem quam Rhetoris æra)
Discipuli custos præmordet Acænitus ipse.

Et quæ sequuntur. Taceo logicos, quorum garritus, contentiososq; clamores sine me nullus audiret, nullus disceret. Omitto musicos, quorū, ubi ego conticescerem, non dicam canor, & harmonia, sed neq; minima uox ulla resonaret. De Geometris, Arithmeticis, Astronomis, Astrologisq; nihil dico: quorum & ego ubi non essem, neq; nomina ulla haberentur. Sed & oratoriam artem, quæ est longè suauior, longeque iocundior, quæ est decus omnis ciuilitatis, fomentumq; omnium bonorū morum, & institutorum, quis eā nisi amore ac spe mei inductus, aut docere, aut doceri, clarisque eius ac dulcibus studiis teneri uellet? ego teste Alano, uinco Tullianum eloquium.

Cum nummus loquitur, Tullius ipse tacet.

Quem ego meis loricis, & cataphractis armo, uer

ba Demosthenis, Tullii, quintiliani nō metuit: hic Hercubes est, & Herculeos labores superare potest, hic Vlysses cunctos astu, subtilitateq; dicendi præcellit. Quare adeo multi me diligunt, proponuntq; Rhetoricæ.

Qui color, & quod sit causæ genus, atque ubi summa
Quæstio, quæ ueniunt diuersa parte sagittæ,
Scire uolunt omnes, mercedem soluere nemo.

Me magis amant, quàm artem tam excellentem.

Sit licet ingenium fuluo pretiosus auro:
At nunc Barbaries grandis, habere nihil.

Ego supero ingenium oē, nullum ingeniū, nulla Rhetorica, meas uires enarrare potest. Neq; præteribo poetas, quos & si aliquando sine me ingenia excreuisse compertum est, & magna id certè cū incommoditate, uitæq; eorū anxietate, grauiq; proinde, & dolenti cum animo, nec minus magno mei desiderio, cuius uim maximi semper fecerunt, & propter quam monstrosa Poemata ediderunt: Opem quoq; multoties, licet rarò exaudiri implorauerūt, ut Iuuena. docet cum canit.

Nam si Pieria quadrans tibi nullus in arca
Ostēdatur, ames nomen uictumq; Macheræ.
Ipse facis uersus atque uni cedit Homero
Propter mille annos: ------ sed uerius adhuc
--- *neque enim cantare sub antro*
Pierio, Thyrsumue potest contingere sana
Paupertas, atque æris inops, quo nocte dieque
Corpus eget. ------

Et paulo post.

Ecce qui poeta est affirmat hoc modo sine me poetas esse non posse. Persius maior est mei laudator.

Nam si dolosi, ait, *spes refulserit numi*
Coruos poetas, & poetridas picas
Cantare credas pegasinum melos.

Et quid dicā de legū peritia, quæ est fundamentū humani fœderis omnis, & regiminis, qua tanq̄ nutrice & matre alūtur, ciuitates ornātur, cōseruātur, proteguntur. Quę studet trāquillitati, cōsulit paci &

quieti, salutẽq; omniũ quærit, defendit pupillos, suc currit uiduis, erigit prostratos, tuetur bonos, cõsola tur afflictos: qua corrigũtur deuii, pellũtur seditiosi, cõpescuntur improbi puniũtur grassatores & sicarii, quæ hostes propulsat, insultãtes reprimit, ab omni deniq; oẽs calũnia, & ab omni ui, & iniuria protegit & tutatur. Nõne & hæc per me est summo in ꝑtio, summaq; in admiratione? nonne per me illorũ, qui eã profitentur tã innumerabilis est, atq; ingens turba? nonne qui eam ediscant tot tantiq; sunt nulli parcentes impensæ, nulli pegerinationi, nulli inediæ ac labori? Ergo nemo (ex iis q me magis amãt, quã Deũ Creatorẽ de quibus frequenter in hoc tractatu fit mẽtio) nisi persuasione mea motus, causam alicuius ꝓcuret, nemo patrociniũ susciperet, nemo lites examine suo dirimetet. Iã nemo latrunculator, qui delicta puniret, nemo scriba aut tabellio, qui dicta scriptis mãdaret, nemo tabellarius, qui deuũciaret, nemo tubicen, qui clãgore signũ daret. Iã iuri dicũdo nullus intẽderet, iã Reip. administrationi nullus instaret, iã causa fora ipsa, uacuæ ipsæ iudiciariæ sedes: quũ lęsa tamen ac iniuriis plena omnia, ingẽti undiq; strepitu & clamore personarent. Ita ego nisi ui mea magna, & sancta quẽq; impellerẽ, deperiret oẽ ius, omnisq; iustitia. Ita nihil saluũ, nihil securũ, nihil ab iniuria tutũ. Ita regnaret improbitas, floreret iniquitas, ambitio cuncta possideret. Hæc opera mea, hic fructus meus, hæc in oĩbus liberalibus disciplinis ꝓclara atq; excelsa ptãs mea, quibus siue docẽdis, siue perdiscẽdis, siue exercẽdis, nemo nisi adhortator ego adessem, studiũ unq̃ impẽderet, nemo præterea, qui carũ tã innumeros, immensosque codices, pro ingenio cuiuscunq; æditos exararet, nisi me utiq; impellẽte librarius, uel typographus haberetur. Cur multi à liberalibus resiliunt ad mæchanica, nisi ꝙ ex his maiorẽ mei copiã nanciscãtur? ecquid pater filiũ suũ à poetico studio deterruit respectu mei, uti Ouid. de se canit.

Sæpe pater dixit, studium quid inutile tentas:
Mæonides nullas ipse reliquit opes.
Motus eram dictis, totoque Helicone relicto,
Scribere conabar uerba soluta modis.

17 †Quur hodie passim magis mercaturā sequuntur, q̃ disciplinas liberales, nisi ꝙ ex mercatura faciliorē maiorēq; mei cōpiā adipiscantur? ego artes commendo, artiūq; magistros, ac omnes disciplinā.
18 †Cæterū ut ad alia orationē conuertamus, quid magnificentius, gloriosiusq; summorū regū atq; pontificū statu uidemus? q̃ pulchrū est cernere tot assistentes eis magnos, & illustres uiros, tā frequentē uariæ conditionis hominum turbam, uario utiq; muneri deditam, inhabitantem curias eorum, exercentemq; se quotidie solicita cū diligentia, ac uel suis, uel amicorū rationibus intendentē, quis uerò alius hæc a me efficit? nonne & uigor meus hæc operatur? nonne me recedente omnes abirent? nonne ubi ego discederem sine honore, sine gloria omnes essent principes? nōne soli, nudi, & ab omnibus destituti difformiter apparerent? nonne omne decus illud, status eorum, omnisq; prorsus euanesceret? unde Dionysius Syracusis Rex honoratus nisi per me, & Corinthi contemptus, nisi quod ego abessem? ego fœlicitatem præsto, & amicorum copiam concilio. *Pecunia principes & Reges facit.*

Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam,
Nullus ad amissas ibit amicus opes.

Verum quid hæc commemoro ad commoditatē hominum magnificentiam, item & ornatum pertinentia: quum alia, quæ animæ bona thesaurosq; respiciunt, quæ perficiendis mentibus, animisque conducunt, longè sanctiora referri possunt.
19 †Nam quid est deterius, tristius, nocentiusque ignauia & turpi otio? quibus eneruatur languescitq; uis omnis animorum, debilitatur, obtunditurq; omnis acies, frustratur, corrūpiturq; oīs uigor, uilescit, deficitque si qua inerat generositas, sordescit: si quis fuerat morū nitor & elegantia, extinguitur: si quis fuerat sensus, *Pecunia facit homines ex ociosos et negotiosos, ne tri umphare*

fomesq; uirtutis, tum blandiri mala cuiq; incipiũt, adstare præ foribus uitia, quærere aditum, rogitare, pulsare, titillare, attrectare, mox contubernalia fieri: Tum crescit uitiorum, familiaritas, inualescit libido, conuocat alios nocendi ministros, fit cõspiratio omnium malorũ, inuadunt regnũ, occupãt, dissipãt, obruunt, euertunt, fugant quicquid bonæ sementis uirtutum inuenerint: quicquid bonæ frugis offendunt, expellunt, proculcant, lacerant, trucidant, exterminãt. His ego tantis malis, quæ torpor, & ignauia parit, quæ mollicula, & deses uita producit, occurro publicus eorum hostis, consertaq; manu bellator acerrimus obsisto: quippe quæ neminem patior frustra otium conterere, ad laborem quemq; hortãs, ad opera quemq; sua impellens, a somno excitans, à ludis auocans, à lautioribus longioribusque cœnis auertens. propter me tritum est.

Dum puer es canis acquire uiatica, & auro
Tempus & argento charius esse puta.

Quæ sunt uiatica, nisi copia mei? ego pecunia certissimum & præstantissimũ uiaticũ. Proinde uideas oẽs doctos simul ac indoctos, magnæ sortis simul ac pusillæ uacare diligentius solicitiusq; negotiis suis, nullam non fœminarum, quæ non longiores, uel nendo, uel texendo, uel huiuscemodi aliquid muliebris operis faciendo noctes trahat: Neminem nõ artificium, qui non ocyus cum gallicantu è stratis exurgat. Et mei causa dicit Martialis:

Surgite iam pueri, clamat ientacula pistor:
Cristatæque sonant undique lucis aues.

Videas neminẽ non literatorũ, doctorum, at etiã prudentium, qui non semper agat aliquid, uigilãdo, instando, ferendo, uaria aggrediẽdo uitã exerceat, q non dulces omnes labores, oẽs lucubrationes ducat. Itaq; per me qisq; frugi, bonus, grauis, iustus, cõtinensq; efficitur. Ita per me quisq; oĩ uirtute præditus, oĩq; morũ elegantia ornatus euadit. Tales uiriũ mearũ produco fructus: tantorũ ergo bonorũ cã

ego, ego omnium auctor quasi ad subleuandas publicas necessitates, ad conferenda in commune omnibus commoda, ad ornandas illustrandasq́; omnibus uirtutib. oĩum mẽtes, nata esse uidear. Quæ cũ ita sint, non merebor ego, dũ oratura causam meã uenio, ab oĩbus & iam libenter suscipi, & suscepta exaudiri, auditaq; insuper cõmendari laudibus & extolli: nõ merebor, inquã, quum tanta de immẽsis uiribus meis palã ostendam, corona defraudari gloriæ meæ: merebor utiq; debitã mihi palmam cunctorũ iudicio referre, & triumphum agere: præsertim quũ sine me nemo legitimè triũphauerit, & ego cunctis triũphantibus præsto fui, utpote triũphorum stabilimentũ. At mouẽt hæc oẽs uideo, in primis ea maximè quæ postremo loco retuli, ad benè beateq́; uiuendũ pertinẽtia: Iã facile, iã inclinatos, iam cõuer

20 sos in me, omnium animos intelligo. † Agè ergo, quum magna hæc nemo iã negat, referamus & alia maiora, lõgè ẽt, quorum equidem operatrix sum, eximiæ, summæq́; pietatis, ac sanctitatis monumẽta, in quo ad te me cõuerto rerũ omniũ æternæ parẽs & cõditor, cuius cũ sint cũcta quæ fecisti magna admirablia atq; perfecta, nihil profecto est quod tantorũ beneficiorũ cõsideratione celebrandis laudibus tuis agendisq́; tibi gratiis nõ assiduè uacare debeat: quo nullũ certè pulchrius, nullũ dignius homine, aut præclarius munus suscipi põt. Id uerò delatũ præcipuè ad sacerdotes est, qui pro cũctis onus subeũtes die noctuque, priuatim & publicè debitas tibi, ac quantum humana tenuitas permittit, amplissimas laudes absoluunt, nunc orantes, nunc psallẽtes, nũc uaria uoce modulantes, nunc dulcibus etiam tinnitibus, & organis personantes. Quam pulchrũ est intueri tã graué & candidatã turbam inter media templa, tuo tãto cultu & ordine, tãta maiestate, tãtis seruientem tibi cæremoniis, q̃ gloriosum est audire officiosissimas, quas effundũt, preces & uota, laudãtes & exultantes nomen tuum sanctum, postulantesq́;

Pecũia facit, q̃d Deus honoratur, & Sacrificia obseruãtur

misericordiam,uel pro salute uiuentium,uel pro requie defunctorum, uel ad impetrandam delictorum indulgentiam,mitigandamq; iram tuam,uel ad implorandam de inimicis,aduersisque casibus opem & defensionem. Verum nonne hæc tot & tanta, mea fiunt exhortatione? Nomine occasionem præsto ut totum diuinum officium in Ecclesia maiori cum maiestate absoluatur,dum ministris qui suis stipendiis militare non debent administro quæ ad uitam transigendam sunt necessaria. Illa ego sum tantorum patratrix,tantorum operatrix, illa ego sum,cui oẽs nõ tam parui & humiles, sed magni ẽt quique & præpotentes obsequuntur,cui ciuitates,omnes status,omnia munera, omnes dignitates parent. Sed egrediamur iam hinc ad rem rusticam, quem enim alium lætitię & amœnitatis suæ auctorem præter me fatebuntur uineæ, horti, pomeria, prata, agri,campi,aliaque huiuscemodi? quis nisi ego causam præstarem, inueniretur fossor, messor,arator,uinitor, cursor, atque frondator? quis iumenta curaret, prata irrigaret, sementum terræ mandaret? quibus cessantibus quantum malum,quanta necessitas, quantumque periculum cunctis animantibus, præsertim hominibus immineretur? & quæ ex terra oriuntur, disperirent, idque in primis ut frumenta,atque uina, quorum nec hæc potum, nec illa cibum aut panem subministraret. Veniamus ad usum aquarũ,qui nullus esset aut ualdè exiguus sine me,quẽ dabitis mihi, qui uel nauigandi,uel piscandi, uel aquas deriuãdi,fontesque erigendi artes, nisi spes mea subesset, exerceretur? qs

22 dicite? quis nisi uiribus † meis actus impelleretur, ut se subderet tam procelloso, tantis periculis, malis,& horroribus pleno mari, credere obruẽdum millies fluctibus,obrutique, inter uiscera piscium sepeliendum? proinde quantis omnes afficerentur incõmodis,quãta publicè omnibus incumberent necessitas, & defectus multarũ rerum,maximè frugũ,atque merciũ,quæ ex oĩ orbe nauigandi munere trãsuehũtur,

Pecuniæ faciunt agrũ coli

Pecunia efficit nautas & piscatores & nauigatores

tur,quibus tamen ego conſulto,& ne quid mali con
tingat,occurro, ſpirans in huiuſcemodi negotiato-
res,flatũ amoris mei, capiens eos,ipſius ſuauitate,in
cutiens illis item ſtimulos, quibus adeo comitãtur,
atque animantur, ut nullo labore, nulla peregrina-
tione, nullo æſtu, & frigore, non cubandi aſperitate,
non ciborum inſipiditate, non potus illius inamœ-
nitate,non pyratarũ inſidiis, non ui ulla , non ipſo
metu mortis, quã quotidiè antè oculos aſtãtẽ uidẽt,
nec longius quidã,quã ſit nauis,ſæpè uix ſpatio triũ
digitorũ,aut duorũ,aut unius, non naufragio itera-
to, nõ ullo deniq; incõmodo & malo, ne flãma qui-
dẽ abſtereantur, dũ tñ mihi obſequi,famulari,& qc-
23 quid uolo,hortor,mãdo,perficere rectè poſſint.† Mi
ramur philoſophos de perferẽdis æquo animo huma
næ uitæ incommodis, de contemptu etiam mortis
multa ſapienter, ornate, copioſeq; ſcripſiſſe,quæ qui
dẽ ab ipſiſmet auctoribus magis dictis, q̃ factis cõfir
mata ſunt. Laudãtur multi uiri nomine conſtãtiæ,
& fortitudinis in aduerſis,quũ ego nõ inani ſtrepitu
dicẽdi, non uerborũ ulla fucata parſuaſione, ſed io-
cũdiſſimo meo aſpectu, dulciſſima mea conuerſatio-
ne, uiuaciſſima mea, ac potẽtiſſima uirtute hæc cũcta
perficiã, ut in tolerãdis aduerſis mei cauſa homines
ſint patiẽtiſſimi, cõſtantiſſimi, & fortiſſimi. Quid.n.
non mei cauſa miles in ſtatione, excubiis, acie, inſi
diis, atq; pugna aggreditur? quid nõ nauta, auriga,
curſor, eques, natatorq́; profert & obdurat? Etenim
hominibus alas addo, & Dædalus meo nomine pen
nas affixit ſibi, & Icarus, & per aera uolauerunt, & ſi
ſuperbiæ pœnas Icarus luit, & in mare præcipitatus
periit: tñ mei cauſa plurimi poſtea alati in publicũ
prodiere, de turribus per funes uolauerunt. Quare
quos uolo, ad cælum uolando eueho: alios de tartara
detrudo, omnes in ſumma patientia exerceo, iãq́;
fortunam elargior bonam & obedientem amãtibus
& rite uſurpantibus me: contrariis malam. Hoc Pe-
tronius Arbiter eleganti epigrammate expreſſit.

Pecunia operatur magnitudinẽ animi & patiẽtiã laborum.

Quisquis habet nummos secura nauiget aura,
Fortunamque suo temperet arbitrio.

24 † Quo quidem nomine ualdè homines mei adeò studiosos & patientes admiror, quod cum fortunæ templa extruxerint, mihi nondum aram sacrauerūt. Iuuenalis ait.

Nullum nummen adest, si sit prudentia sed nos,
Te fortuna deam facimus, cæloque locamus.

Cæterum ego pecunia longè potentior sum, quā fortuna, & licet Iuuenalis eo nomine mihi maledicat, utpote Satyricus non aliud professus, quàm optima carpere: tamē fatetur meā Maiestatem, cū inquit.

------Et si funesta pecunia templo,
Nondum habitas, nullasq; nummorum ereximus aras.

Longè præclarius Cælius antiquarum lectionem certitudine persuasus medeam olim fuisse uocatam asserit: quum Pluto Deus diuitiarum honoratus est non nisi mei respectu. Elæi tanta sedulitate Plutonis mei templum custodiuerunt, ut quotannis semel tātū aperiretur, nemo tamen intraret. Propter me Aristophanes inuigilauit studiis, & Plutonem Comicū introduxit. Pluto Deus qui effodituræ terræ uisceribus, non est nisi maritus meus, & tandem non degenerat, sed transformatur in me. Saturnus dicitur primo omnium inuenisse nummum & signasse. Fateor hoc, gratias ago, & semper in memoria habeo. Sed rursus meminerit, quod non ante est Deus habitus q̄ meā formā mortalibus euulgasset. Iupiter magna colitur ueneratione, sed ego pro Ioue summū in terris Imperium obtineo, imò ego in Iouem, & Iupiter rursus, in me illud patet ex hoc Petronii Arbitri.

Multa loquor: quid uis nummi: præsentibus opta,
Eueniet, clausum possidet ille Iouem.

Hoc posterius ex Eunucho Terentiana Comœdia patet, in qua Iupiter impluuius auri forma in sinum puellæ se demittit, & uoto nō solū potitur, sed Deus esse cognoscitur, & honoratur. Huc adde uersus Ouidii, quibus idem præclare demonstrat.

Iupiter admonitus nil esse potentius auro,
Corruptæ pretium uirginis ipse fuit.
Dum merces aberat, durus pater ipsa seuera,
Aerati postes, ferrea turris erat.
Sed postquam Sapiens in munera uenit adulter,
Præbuit ipsa sinus, & dare iussa dedit.

Nec Iupiter modo se trãsformat in me, & per me maiorem excellentiã acquirit, sed Ianus, Mercurius & cuncti alii Dei mihi subsunt, Martẽq; quocunque placet impello, efficio ut homines quoque dii fiant, ut Ouidii uerba huc detorqueantur.

Qua licet, affectas cœlum, quoque templa Quirinus,
Liber, & Alcides, &. modo Cęsar habent.
Eruimus terra solidum pro frugibus aurum,
Possidet inuentas sanguine miles opes.

Quare quod Horatius diuitiis attribuit, id mihi assumo, ut quæ diuitias elargior, & mater diuitiarum sum.

------Omnis enim res,
Virtus, fama, decus, di ina, humanaque pulchris
Diuitiis parent, quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, etiam Rex,
Et quicquid uolet.

Vnde non mirũ si deos deasq; facio, & si me adeo dii, deæq; gentilium ament, ut nusq; libentius, quã in me colantur: imo nõnũquã in me se trãsmutauerint. Quin ẽt dæmones, quales potissimũ sunt dii et hnicorũ, ut in suã sentẽtiã, ac uenerationẽ homines traducerẽt, cognouimus se ĩ pecuniã, hoc est, in meã figurã cõuertisse, sed quia dæmones ludificãt, nõ nisi falsam mei formã repræsentauerũt, uel adulteratã ex hibẽt, hoc tamẽ patet, quod perfecta ego & uera sum mũ imperiũ obtineo, deos, deasq; coli efficio, homines ad fortitudinem & patientiam impello, quia uirtute cælum petunt, dicitur quod dii sua labore uendunt, sed quis laboraret, nisi dulcis mei spes adesset? miles pugnaturus nihil præterquam me clamat, & inuocat, studiosus propter me lucubrationes sustinet,

mũ, protinus Charon placatus ex inimico factus est amicissimus, & Aeneam cupide transportat. Cerberus accepta ossa conticescit, obuii uiam demonstrãt ad cãpos Elysios, deducunt ad Anchisen: à quo in omnibus institutus Aeneas saluus ad suos reuertitur, atq; hæc omnia aureæ uirgæ, aurei rami auxilio. Circũspicite, & intelligite quis sit ille aureus ramus? anne ego sum? certe sum. Ego numeror, ego auulso aut expenso uno nummo succresco, uel reddor, optima sum, ex auro conflata, uel auri formam habens. Quorsum diuitius immorari manifestis? pergo ad alia. Nam sicut aureum ramum audistis tutum ad inferos, superosq; iter præstare: ita aurea Homeri chatena ad cælum usque extollit, & demittit, refertq;: aurea illa cathena, mea est, hanc ego efficio, & guberno, unde illa uirtus aureæ cathenæ mihi asseribenda est, itaque inferis dominor, superis impero, quod maximum est inter mortales id operor, nimirum doceo malos à bonis distinguere, uerumq; trado iudiciũ de unoquoque hominis corde explorãdo. Nã nulla res difficilior cognitu est quàm homo, & utrum recta illi an parua mens sit. Ostendunt aperte cætera animantia uel mitem, uel feram naturam suam, ut nemo sit, qui non intelligat lupos, leones, tigres, serpentumq; monstra omnia rapinam nobis, pericula, rabiem, & mortem intentare. Hominem uerò cõtingat persæpe immaniorẽ his etiam haberi, atque rabiosiorem, eiuscemodiq; esse, ut non modò hominibus, sed & Deo insuper optimò, atque maximo latentia sub alto corde, execrandaq; odia coquat: cuius si uultum tamen inspicias, omnem præ seferre uideatur pietatem, & innocentiam. Cuius si sermonem, incessum, habitumq; consideres, tantę appareat austeritatis, religionis, sanctimoniæ, ut dicas, iu resque Diuinũ aliquod numen e cœlo descendisse. Sit licet quantumuis difficile de hominum mentibus, animisq; iudicium, per me tamen fiet facile cõtinuò, neque opus est alias artes admouere, ubi ego adsum,

Pecunia docet discerniculum bonorum hominum et malorũ, operta animi manifestat.

neque

neque ad eruendas manifestandasque secretas uolũtates adhibere ullas pœnas tormentorum, quippe qui blando, lenique commertio, quod nec ingenio, nec ui, nec ullo terrore alius posset, ego statim cuiuscunque mores, naturam, & ingenium deprehendo, deprehensamq; manifesto. Si igitur uerè bonus atq; integer quisquam fuerit, diligit me quidem, uideq; & cohabitat libenter mecum, sed modicè tamen, ac quantum commodum, iocundumq; sibi esse intelligit. Neque propter me uim, aut iniuriam cuique infert, nihil præsumit, quod lædat ius, hononoremque alterius, mauult meo minus uti consortio, quam in ullo negotio aduersari honesto, pietati, bonisque moribus, sin contra quis prauæ sit, ac corruptæ mentis, licèt exterius simulachrum diuinitatis esse uideatur adeò tamen me amat, ut præ improbo amore ardeat, langueat, tabescat, propeq; deficiat: nihil iam præter me cogitet, nihil animo uerset, nihil præsentia, & consuetudine mea ducat beatius, ut magis etiam me utatur, & fruatur, omnem omnino, si qua erat, pristinam sanitatem, integritatem, atque sanctitatem post tergum mittat. Nihil sit tã triste, ferum, impium, quod non intrepidè, & audacter aggrediatur: nihil tam bona fide promissum, quod non frangat. Nihil tam sanctè iuratum, quod nõ uiolet, unde Mercurio, nomine periuriorum Mercator sacrificat, mei causa hunc calumnietur, illum expilet, alium opprimat penitus, & extinguat, mille quoque modis ius, iustitiamque, diuina simul atque humana omnia euertat, dum tantum copiam mei quam maximam efficere possit, propter quod scio quod mihi est longè gratior, nisi me tamen occulat, obscurisq; locis pressum obseratumq; priuet libertate discurrendi, qua a principio testatus sum tantoperè me delectari: quod plerumq; facere solẽt hi, qui aliis sanctiores uideri uolunt, captiuantes me, quàm primum accesserim, neque deterrimis tenebris, quibus me compingunt, & recondunt, exire unquam patiuntur, ne-

que

que in conſpectum alicuius prodire permittunt, exiſtimant tantum ſe uirtutis, potentiæ & fidei habere, quantum mei in ſuis arcis poſſident. Si quid boni habent, id meo nomini, meoque beneficio debent. Ita fit, ut qui optimus quidem omnium iudicio eſſe uidebatur, ubi tamen ego interuenerim, periculum faciens hominis, ſceleſtiſſimus manifeſtè appareat, quodque intus latebat peſtilentiſſimum uirus, manu mea leuiter contrectante detegatur. Ita fit, ut qualiſcunque fuerit hominum mens interius cœlata, meo ſtatim dulci ingenio manifeſtetur. Cato dicit.

perſpicito cunctis tacitus quid quiſque loquatur.
Sermo hominum mores & cœlat, & indicat idem.

Atqui ego pecunia mores hominum longè magis iudico, & declaro, quàm ullus ſermo: Nam ego Demoſthenis etiam facundiam repreſſi, & illum laborantem argentagina refeci. Sine me ſermo nullus erit, & ſi quis eſt, inutilis aut ineptus, me loquente diſertiſſimi conticeſcent. Nonne multos facundos explodi audiſtis hoc adagio: nihil ad denarium. Ego efficio, ut dicto audientes ſint homines, & ut ſibi multa perſuaderi patiantur, ſicut Horatius teſtatus eſt.

Et genus & formam regina pecunia donet.
Et benè nummatum decorat Suadela, Venuſque.

Proinde intelligite, quòd ſermo mores hominum cœlat, & indicat, quatenus ego interuenio, tũc enim ex animo loquuntur, aliàs figmenta adferunt, & inani ſtrepitu aures feriunt. Qui uerò boni ſunt, illi ita me commẽdabunt, ita loquentur, ut nihil præter honeſtatem in oratione quæſitum appareat: qui mali, hi mille mendacia ſpirabunt, fucatumq; dicendi genus, quale pſeudoprophetis olim, Delphicisque oraculis ambigua reſponſa ædentibus, & Hæreticis hodie frequentiſſimum ac proprium eſt, uſurpabunt, & prurient auribus: ſimplicitas enim ueri ſana eſt, fraus ficta loquendi, quanquam non reticebo

pauciſſimum

lacium,& Cræsi diuitiis præfertur, ipse Christus non me improbauit, ut qui omnium mortaliū optimus, maximus, probissimus, me dignatus est suo aspectu, me petiit. Ostendite mihi, inquit, numismata.& cōfirmauit. Date Cæsari quę Cesaris sunt, quæ Dei Deo. D.Petrus à pisce accepit didrachma, ut daret censū. Ita boni per me suam iustitiam & bonitatē tuētur, magisq; splendescunt in oculis hominum: mali uero etiam transfigurantur per me in bonos. Etenim M. Crassus, alioqui totus auarus & pessimus, solo meo nomine laudatur à Cicerone, & Romanis, quinimo ideo occisus, quod meo beneficio abusus est exprobrantibus Parthis nimiam tenacitatē, & cupiditatē pecuniæ insatiabilem. Pluto improbatur, sed cum me habet, & me effundere in alios potest, omnibus diis, & deabus præfertur. Philiphus Macedo à militibus suis maximo opprobrio obruebatur, sed pyraticam exercendo nactus maximam prędam, anhælātē que inopiā subleuando paululum, postquam cœpit esse liberalis, omnium principum, Regūq; uirtutes

27 superauit, & præstantior est habitus † Verum fac uel locationis, uel conductionis, uel emptionis, uel uenditionis uel hæreditatis, uel depositi, uel similis obligationis causa ulla in iudicio uersetur, quam persequatur is, qui cū magnam habuero familiaritatē, amicitiā, & sodalitatem: quantumuis is summam foueat Iustitiā, & ei omnis ratio sit aduersa, sit nulla spes ei prorsus uictoriæ, tanta tamen est uis mea, tantum uendico mihi apud omnes iuris, & iustitiæ, & auctoritatis, ut quotquot uelit adiutores, defensoresq; causæ suæ intuitu meo præparatos semper inueniat, quin & ipsum, qui iudicaturus est ab omni proposito, & animi sententia, ubi auribus eius insonuerim, oculis affulserim, diuertam, etsi Thebani iudicium effigies sine manibus truncas ante diuum altari statuebant: ego tamen illis manus reponebā, auditum reddebam, quo placebat flectebam. Anne uerum est illud ænigma,

Pecunia facit ut qui cām malā habet, eam obtineat ut bonā.

Muinegra

Mutnegra cum murua faciunt rectissima curua.

Faxo deniq; nullus fauor, nullum adminiculum, nullum animorũ uoluntas & consensus iudicum erga litigantem, erga peierantem, erga calumniantẽ desit. At parua hec uidebũtur, cõparatione eorũ, quæ maiora per me huiuscemodi homines cõsequũtur.

Multos etiam pecunia ad summas dignitates promouet.

28 † Nã si ãbitio muneris aut honoris, aut dignitatis in alicuius mentẽ ascendat, si & publici, siue priuati: habeantq; cõpetitores quãtalibet uirtute, generisq; & doctrinæ claritate præstãtes, ingenti tamẽ fauore meo quo eos omnibus gratos, acceptos, dignosq; facio, ad res optatas prospero, fæliciq; cursu, & fine perduco, augens eos omni, quem appetunt, honore, omni gloria, omniq; successu, inclinans in eos totius plebis, totiusq; senatus animos, concilians eis pariter iuuenes. & senes, nobiles, & ignobiles, doctos & indoctos, impleo denique eos omni omniũ amore, & beneuolentia, peruehens ita paulatim ad maius sui status culmen, ad maiorem indies inter populos authoritatem, ut quicquid senserint, dixerint, probauerint, tanquam prætoris edictum, uel sanctio aliqua

pecunia commendat possessorẽ suũ principibus, & Regibus.

29 Iustiniana, Pontificiàq; suscipiatur. † Si uerò hæc cura est, ut chari uiuant magnis uiris, ego hoc mirabiliter elaborare, ac perficere possum. Aeolus apud Virgilium dicit de Iunone, hanc laudans,

Tu mihi quodcunque hoc regnum, tu sceptra, Iouemq;
Concilias, tu das epulis accumbere diuum.

Sed profectò ego potentior sum, q̃ Iuno, nisi sit Iuno mea quæ monetalis dicitur, estq; pecunia ipsa huius Iunonis effigies. Illa enim ego in principiũ amicitiã eos, qui me colunt, induco quibus ita cõmendo, ita charos reddo, ut præ omnibus aditũ ad illos celebrẽ, sine omni lõgiore fatigatione, & expectatione tarda mereãtur. Habeant quantã uelint dicẽdi facultatem, & libertatẽ extollẽdi amicos, deprimẽdi inimicos im

Peccata reconcilias, offensos Principes & Reges.

30 petrandi & cõsequẽdi quæ desyderãt. † Quos si indignati, odioue aliquo moueri contingerit tantum possum cum ministris ipsorum, cum his qui conti-

nuò

nuo ipsis asſiſtunt, quos tãta allicio ſuauitate tactus mei blandi, tanto imbuo uigore meo, ut tam crebras de his hẽant cõmendationes, tales proferãt laudes, quibus reconciliati Principes demum in amorẽ eos & gratiam optimam recipiant, uerum eſt enim illud.

Munera crede mihi placant homineſque deoſque:
Placatur donis Iupiter ipſe datis
Quid faciat Sapiens; ſtultus quoque munere gaudet,
Ipſe etiam accepto munere mitis erit.

Optima, paratiſsima, ac gratiſsima ſunt munera, quæ per me fiunt, præſtant enim omnibus aliis, & ſicut diuum Reginæ incedant, quæ uero etiam ſunt lites priuatorum, eæ finiuntur interueniente meo beneficio, Philoſophus Anaximentes (niſi fallor) ui dẽs multos ſibi inſidiantes, idque propter pecuniã, hãc protinus illis obiecit, Ecce, inquit, habetis quod quæritis. Ita ipſe illis reconciliatus eſt, nullaque affectus iniuria, quis neſcit plurimos ab hoſte captos, morteque deſtinatos mea gratia ſeruari, & à duris laboribus, graui ſeruitutẽ, crudelique morte liberari. ære enim quãdoque ſalus redimitur, ut chriſtiani captiui per me redimuntur, quod quidem opus miſericordiæ, mei muneris proprium & peculiare eſt officium. *Pecunia componit iurgia litigãtium*

Et pedibus ſegnis tumida & propendulus aluo,
Hac tamen inſidias effugit arte fiber
Mordicus ipſe ſibi medicata uirillia uellit,
Atque abicit ſeſe gnarus ob illa peti.
Huius ab exemplo diſces non parcere rebus,
Et uitam ut redimas, hoſtibus æra dare.

Et ſepulturæ per me coemuntur. Abrahamus nã que argenteis ſyclis quadrigentis duplicẽ ſepulturã
31 coemit ſibi, ſuis, ac poſteritati. † Adeo magni ſum momenti ut non ſolum uiuis, ſed & mortuis proſim: omitto nanque quod Iudas Machabæus facta collatione, duodecim mille drachmas argenti miſit Hieroſolymas, ut offerretur pro peccatis mortuorum ſacrificium, benè & relligioſe de re- *Gen. 23 Peccata mortuorum interueniente pecunia*

 ſurrectione

32 surrectione cogitans.† Tandem aliquando quum ostenderim mortalium statum, uitam mortemq́;, ac mores in manibus meis constare, paucula adiiciam, & finem dicendi faciam. Nemo enim non excelsas uires meas, gloriosas facultates, atque actiones admirabitur, uidetis enim quantis præsidiis muniunt ciuitates suas, quibus circundant muris, quibus sepiunt uallis, & fossis, quã altas extruũt turres, quàm ingentes & munitas, atque inaccessibiles condunt arces ad conseruationem regni sui, ad defensionem suarum rerum, ad propellendam uim, arcendosq; hostium impetus. Verum quas nulli enses, & lanceę, nullæ adhibitę machinæ, nulla armata acies, nullum robur exercitus, nullus terror belli potest expugnare, ego sine ullo impetu, tumultu, placida tamen & leni manu mea occupabo, subiiciam, inducamq́; in eas hostem, eripiamq; de potestate propriorum dominorum, quos si uelim insuper extingui ui, ferro, ueneno, flamma deleri cum omni quoque prosapia, faciã: aut si maluero, ipsos met in manus etiam hostium tradam. Ego munitissima expugno. Hoc optimè Philippus Macedonum Rex nouerat, hinc Iugurtha Romam uenalem dixit, si modò emptorem haberet: per me urbes & rerum dominia acquiruntur, alienãtur, opprimuntur, & uariis alterationib. subiiciũtur: ego belli sum neruus, & pacis delectatio. Sed piget tristiora hæc commemorare referamus si qua sunt iocundiora. Efferatis mihi hominem quàm longo uultis senio grauatum, laboret podagris, languore stomachi, opprimatur mille morbis, capiatur autem desiderio copulandæ sibi uxoris nulla tam putrida anus, tam uilissima lotrix, tam uulgaris nutrix erit, quæ uelit se illi commiscere. Ast ergo admirabili, & præpotenti ui mea tantũ operabor ut adolescentulæ alicuius, & quidem nobilissimæ, ac formosissimæ coniugio potiatur. Neque enim secus efficiam, ubi fœmina se coniungi uiro cupiat, sit quantumcunq; ætate confecta, sit gutturosa, edentula scateant oculi continuo

& malities tollitur.
2. Mac. 12.
Pecunia expugnat ciuitates arces, & caetera.
Pecunia expugnat omnia.
Pecunia ineptũ cõnubio fœminę conciliat.
Pecunia fœminã ineptam

continuo lachrymarum fluore: ego tamẽ illi iuuenẽ utiq; forma,& genere insignem,qui minimè eã dedi gnabitur,coniugio iungam stabili, propriamq; perpetuo amore sociabo. Proferrem & aliud summæ potestatis meæ non minus admirabile momentum, sed uereor ne seueriores astantium offendam,propterea quod sit festiuius aliquanto,quã honestatis ratio patitur,quum ueritas est,& ita intẽtos in me omniũ animos conspicio, ut nihil molestum à me cuiquam dici posse intelligam, securo id qualecunque erit animo exponam. Nota est autem adolescentulorum, militum,thrasonum natura in libidinem lõgè procliuis,& præceps,quę tãta fertur auiditate,atque ardore,ut nihil existimet laboris, nihil detrimenti, aut periculi, quo uota sua exsatiare possit, cõtingat uerò quempiam incendi amore austerioris fœminæ alicuius, quæ neque uerbis,nec precibus,neque blãditiis ullis,quoquam modo permoueatur,quæ nihil penitus curet eum,quæ eos etiam, quos uiderit sui causa, uel interdiu ardentissimos æstus, uel noctu grauissima frigora, ac pluuias ferre, nihili faciens rideat,sinat eũ torqueri,anxiari,consumi,tristissima etiam quauis morte deficere. Nulla prorsus sit spes ei implendi desiderii sui. Ego tamen quotiescunque animo decreuerim,nõ dubitabo durissimæ mulieris mentem inflectere,liquefactisq; ceris molliorem reddere, id consequar callidissima arte mea, suauissimoque,quod in eam afflabo spiraculo meo,ceu fascino, tãtumque potero facundissima mea exhortatione,ut iuuenem iam diu fatigatum,non modò libẽter ad se admittat,sed insuper quocũque iusserit,tanquã magnetem ferrum,subsequatur. Commoueri uideo omnibus risum,quãuis hæc admiratione sint digniora: sicut ego iudico. Nec hæc res latuit. Ouidium hoc modo canentem.

matrimonio concilat pcis.

pecunia expugnat pudicitiã seuerissimæ etiã fæminæ.

Non ego diuitibus uenio præceptor amandi,
Nil opus est illi,qui dabit,arte mea.
Secum habet ingenium,qui cum libet, accipe,dicit

Cedimus, inuentis plus habet ille meis.

Et paulò post pleniore bucca eloquitur.

Carmina laudantur, sed munera magna petuntur,
Dum modo sit diues, barbarus ille placet.
Aurea sunt uere nunc secula; plurimus auro.
Venit honos, auro conciliatur amor.

Et hoc fatetur Prompertius, quum addit.

At nunc desertis cessant sacraria lucis,
Aurum omnes uicta iam pietate colunt.
Auro pulsa fides, auro uenalia iura,
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Quid sibi uult his locis aurum, nisi quod pro pecunia ponitur, unde dicitur.

Nummus honoratur, sine nummis nullus amatur:
Nummus ubi loquitur, Tullius ipse tacet.

Pecunia conciliat amorem, et uincit omnia.

Multa canunt miranda, at non credenda poetæ, sed hæc & uera sunt, & plusquam uera, uerum illud alibi latius
33 excusum ē, quod amor uincit oīa: †Credo equidem me plus posse, q̃ amorem, sæpiusq; illud demonstraui, nam ego amorē cōcilio, inimicitias diluo, nectare, & ambrosia amātes reficio, amorisq; pabulū, & materiā præbeo. Ouid. hoc paucis attigit sic canēs.

Cur nemo est Hecalen, nulla est quæ ceperit Irum?
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Intelligite, & hanc credite fuisse causam, cur Reges Persarum antiquissima & patria consuetudine quotannis solent Persæpolim Regiam urbem totius regni adire, & singulis mulieribus ad amicitiæ conciliationem, ad sobolis inuitamenta, & ad animos earum deuinciendos sibi singulos aureos dare, quo Rex Ochus cum esset sordidæ auaritiæ, & malus, uenire recusauit, quare malignitate erga me usum, ego egregie puniui: quin iō à Persis regnum ad Macedones transtuli, quod hi me uti nouissent, illi suo fastu me aut nimiū premerent, aut prorsus contemnerēt. Aīaduertistis Athenienses nulla rōne cogi potuisse ad cōcilia propter suum priuatum quæstum: sed postquam ego accessi libentissime uenere, & domiti sunt:

Cali-

Califtrates nanque amator, & mearum uirium expertus iudex cõftituit, ut finguli fuftragatores nummos acciperent: protinus multa millia affluere. Romæ quifquis inuictum populum uoluit uincere, ftipem fparfit, unde illud Iuuenalis. *Accipe uictori populus quod poftulat aurum*. Fuit enim antiqui moris, ut qui in Theatro præftabant munera, multitudini effufæ ad fpectaculum, quod delineretur, & expugnaretur occulte, nummos fpargerent, ftipem dicentes. Cæfares opulentius, uberiufque ad deuinciendam multitudinem hoc factitarunt: Cæfar Iulius immenfas pecunias in populum effudit. Nero tefferas frumentarias, aurum, argentum, gemmas, margaritas, naues: infulas, ueftes, tabulas pictas, mancipia, & iumenta miffilia dedit, hoc eft, me infignatam, uel cælatam, uel talibus comitatam dedit. Scipio infamiæ notam fubiffe fertur, nimirum inuidentibus aliis beatitudini eius, quod pecuniam in populum ludis publicis fparfit, uelut iftis muneribus auram popularem aucuparetur, imò confequutus eft. Scitis etiam num remanere hanc confuetudinem apud fapientiffimos reges & principes, ut quotiefcunque populum rebellem, uel barbarum fuperare non poffunt ui uel armis, quod tum ad me decurrunt tanquam facram anchoram, & me fpargunt in populum, me occultè elargiuntur, protinus uoto fuo gaudent, & uictoria potiuntur. Adeo nil abiectum, & durum, nil
34 magnum & arduum, quod ego non euinco.† Quid his amplius quæritis, & defideratis? quid his maius expectatis? olim aurum uilius uirtute & fcientia, at nunc ego cognita à prudentioribus longe antecedo uirtutem & fcientiam, & quæ indoctiffima fum, in-
35 doctis doctrinam elargior.† Reftat adhuc nil nifi ut pugnantia aduerfus naturam miracula mea ædã, aliqua fingularia de me proferam, ut mutorũ linguas dicã me abfoluiffe, ut cæcis uifum, claudis greffum. *Pecunia*
mortuis uitam me reftituiffe affirmem: quod ex me *facit mi-*
nemo unquã audiuiffe narrabit, nõ.n. mentitis lau- *ra*.

dibus capior: sed quam multi sunt, qui meo nomine se cæcos fingunt, ubi ego uenio, uisum recipiũt. Alii claudi decumbunt, stipem clamant, baiulantur humeris, sed cum ego alicunde affulgeo, & pedibus opus est, fiunt Euro ociores. Quot se mortuos fingunt, quos tamen ego uiuere coarguo? amicos discernere doceo. Vulgus amicitias utilitate, & meo nomine probat, de me me, & spem mei nemo petendus erit, ego fœlices efficio, & fœlicia, aurea, & argentea sæcula reduco. Quamobrem uos spe mea delinitos hactenus iucundissime detinui, sed hoc scio, quod copia mei præbita, statim aufugeritis, neque amplius aliquam mei æstimationem facientes tanquam fœlices effecti, aliam rursus affectaretis orationem, unde non minus quam hinc pecuniæ uobis affluerent, qua quidem de causa iniurij in me essetis, ingrati, & maligni, & uobis pericula accersiretis, quod dum nondum satis aura mea, natura mea, & genio meo uti nouistis, potius abuteremini, quàm legitimè sicut ratio fert, & libertas mea postulat, uti ac frui possetis, uobis ergo nihil nunc dono de meo thesauro: contenti eritis audisse laudes meas, sed has meminisse non minus, quàm me amasse opus erit, omnem nanque sortem expleuit, qui bene dixit & fecit. Ego alteram nunc compleui: si intellexero uos memores & gratos esse, hancque meam dictiunculam æqui bonique consulere, occulta mea operatione uobis nihil minus cogitantibus, dormientibus, otium agentibus, alea & trocho ludentibus adeo, & ut me magis admiremini, efficiam clandestino introitu meo, quàm si affatim nunc, & confertim in sinus uestros deuoluerer. His ualete & plaudite, & me sicut incœpistis, diligite, ut ualere pancraticè, plaudere genialiter, & amari heroicè possitis. Dixi.

VITVPERIVM PECVNIAE.

SVMMAE.

1 *Sicut multi dulcia, ſed tamen inſalubria præferunt ſalubribus & amaris, atque ideo ægrotant, & moriuntur: Ita quoque ſunt multi, qui præcepta quædam grata, & inutilia anteponũt præceptis duris, et utilib. unde in multa mala præcipitantur: qui uero ſanitatem amant, fugiũt dulcia, & inſalubria, ſequuntur amara, & ſalubria: & qui fœlicitatem amant, ſequuntur præcepta grauia, & utilia, quorum & hoc eſt unum: pecuniam non eſſe diligendam, & quæ uituperio omni digna eſt propter ſua mala.*

2 Pecuniæ honos uerum de rebus iudicium adimit hominibus.

3 *Optimi quique uiri ſemper pecuniam aſpernati ſunt, ſicut etiam optimæ gentes, & magni in optimis Rebuſp. uiri.*

4 *Cum pecunia cæpit eſſe in honore, tum perijt Maieſtas. Reipubli. quia honos pecuniæ, & publicè, & priuatim nocet.*

5 Lacedæmonij pecuniæ contemptores fœliciter uixerunt, Græci atque Perſæ, cæteriq; omnes poſtquam pecunias amauere, mutuis odijs, & bellis concidere. Nam cupiditas pecuniæ generat omnia mala.

6 *Sancti uiri, & qui ueram diuinitatis cognitionem habuerunt, uirtutes coluerunt, Deoque ſeruiuerunt ad æternã fœlicitatem, hi fuere contemptores pecuniæ omnes.*

7 *Chriſtiana Religio profitetur contemptum pecuniæ, ut tamen nemini deſit de neceſſarijs uitæ, & hic agitur de triplici funiculo Chriſtianorum, qui profeſſione paupertatis cohęret, & inuictus exiſtit.*

8 *Finis Agricolarum non eſt, aut utique non eſſe debet pecunia ſed acquiſitio eorum, quæ ad cibum, & potum pertinent, ac opitulatio proximi in eis, quæ ad cibationẽ corporis pertinent.*

9 *Finis militantium non est pecunia, sed defensio bonorum, & punitio malorum.*

10 *Finis Sacerdotum non est pecunia, sed salus animarum.*

11 *Christiani per ipsam iustitiam cohærent, cui contraria est cupiditas pecuniæ.*

12 *Christiani debēt esse contenti uictu, & amictu, nec fit mētio alibi, quod Christianus debet possidere pecuniam sed potius relinquere, nec diuitiis cor apponere.*

13 *Plurima mala enarrantur, quæ Christianæ religioni contingerunt propter amorem pecuniæ.*

14 *Contemptores pecuniæ sunt, qui hodie religionem Christi & pacem conseruant.*

15 *Cultores pecuniæ sunt, qui religionem Christi labefactāt, & hereses disseminant.*

16 *Pecunia aduersatur Iustitiæ, & omnia mala inuehit.*

17 *Pecuniæ cultores puniuntur omnis æternis suppliciis inferni.*

18 *Pecunia est omnino eroganda.*

19 *Pecuniæ cultus est Idolatria.*

20 *Pecunia aduersatur iustitiæ, quia ipsa iustitiam corrūpit.*

21 *pecunia homines dementes facit.*

22 *Pecunia nititur sapientiam euincere, & debellare.*

1 HAud dubito, quin mirabili modo plurimi mortalium animo afficientur, si audiuerint, & intellixerint eam rem, in qua maximam partē suæ beatitudinis collocant, esse noxiam, & causam infinitarum calamitatum: non secus, quàm si quis ægro ostenderit illam materiam medicam, uel cibum, aut potum, cuius dulcedine delinitus, inde sui morbi præsentaneum remedium expectabat, uerā esse morbi originem, & fomentum. Neque prius sanitatem promiti posse, quàm eo abstineat. Hic licebit uidere ægroti mirabiles affectus, aut cruciatū animi, quod à consuetis & naturæ suæ admodum iocundis recedere debet, & contrariū aggredi uiuendi genus, aut uitæ institutum obtinendæ sanitatis, & euitandæ mortis causa. Consueuerat uinum bibere, intelligit nunc uinum sibi esse uenenum, & letale. Euitabit igitur

igitur hoc, sed non sine animi dolore, atque eo magis quod loco uini aquam, aut succũ aliquẽ medicatum, amarum, accetosum, breuiter ingrati saporis haurire cogitur. Attamen consequendæ pristinæ sanitatis causa, animaduertimus multos infirmos huiusmodi etiam iniucunda inusitataque pocula bibere, grauiora quoque pati, nec ferrum, aut ignem formidare, si ita res ferat, qui certè prudenter sibi consultũ esse cupiunt, dum uoluptatẽ momentaneã commutant grauissimorum dolorum pœna, modo integritatẽ consequantur: quoniam uerum est quod pauca uoluptati, debentur plura saluti, quod si hæc esset eadem omnium mens: atque intelligentia, prçclarius cum plurimis ageretur, nec tam incertis tũ ualetudinis, tum generis uitæ cõditionibus iactarentur, qui dum dulcia, aut iam consueta relinquere nolunt, aut non possunt, de statu uitæ penitus periclitantur, sepè indignantur, & sæuiunt quoque, ac canino dente rodunt eos, qui salubria suadent & proponunt, qua de causa uera ac utilissima medicationis ratio excluditur, intereà non sunt tales omni auxilio, aptis remediis, salubribusque consiliis defraudandi: uerũ quo magis & obstinatia ægroti, & uis morbi urget, eo attentius contra nitendũ est, ut si ullo modo liceat, iã iã periturus possit conseruari, aut ut intelligat suum exitiũ proprio imputandũ esse peccato, nõ aliorũ curæ: nã, Inuitũ qui seruat, idẽ facit occidẽti: imò beneficiũ inuito datũ est maleficiũ. Equidẽ uos tales esse cõfido, q̃ æquo aĩo desyderetis ea cognoscere, q̃ in uestrũ cõmodũ, & salutẽ cedũt, nimirũ mauultis uerã, & solida possidere uirtutẽ & gloriã quã umbratilẽ, & fallacẽ, nec minus uerę gloriæ causa, & amore ẽt iocũdissima, & usitata uita instituta relinquere, dũmodo ea in beatiora cõmutare possitis, nihili facitis tristia, & amara quæ prima frõte occurrũt quoniã posteriora eũt suauissima, neque dulcia meruit, q̃ nõ gustauit amara. Tũ ea uos beneuolẽtia amplector, atq; adeo uestræ salutis, pro-

sperio-

ſpeciotisque uitæ ſum curioſus, & ſatagẽs, ut etiam ſi uos cōtra affectos eſſe intelligerem, haud ceſſarem uocem meam coram uobis exaltare, animi mei concepta uobis utilia exprimere, & declamare, ut tandē aliquo modo uobis prodeſſem. Itaque in animum meum induco, quod uos libenter, & ſine dolore ea me dicentem audietis, quæ alii nimirum penitus debuti carnalibus deſideriis & blandimentis, quæ blādè primò ingrediuntur, ſed nouiſſima deducunt ad infernum, grauiſſime & moleſtiſſimo animo ferrent. Quis enim talium non ridebit, & naſum contrahet, ac ſupercilium mouebit, ſi audierit pecuniam eſſe cōtemnendam, ebrietatem fugiendam, luxuriam gulāque moderandam? at ſi ſaperet, & micam ſalis haberet, haud grauate rationes primo audiret, atque inde ſuo uteretur iudicio, plurima initio diſplicent, quæ in fine optima ac utiliſſima exiſtunt. Ad uos me cōuerto quos ſtudium uirtutum tenet, & qui rationibus ducimini, breuiter aperiam, & totum meum thema abſoluam, nec rationes meas improbabitis ſcio ſi quam ſemper à uobis expectaui, attentionem & beneuolentiam præſtiteritis. Declamatio nanque à me uobis ſine omni ſpe, & cupiditate ullius ꝑtii, ullius pecuniæ, ullius muneris recitabitur, quippe re ipſa demonſtrabit pecuniæ, & munerum quæ pecuniis
2 fiunt, uituperium. †Quoniam ut D. Ambroſius libro ſecundo officiorum capite uiceſimo primo memoriæ prodidit, à multis inde huc uſq; ſœculis hoc malum humanis influxit mentibus, ut pecunia honori ſit, & animi hominum diuitiarum admiratione digni, ut nemo niſi diues honore dignus putetur, adeò certe pernitioſa eſt ipſa pecunia, ut uerum de rebus iudicium, uerasque honoris & gloriæ diſtributiones pro meritis cuiuſque faciendas adimat, aut confundat, aut iniuſte concedat, idque indignis: proinde ut cōſtet eius uerus uſus, & abuſus (cuius gratia hodie potiſſimum laudata in pretio eſt) tollatur, dicam
3 quàm potero breuiſſimè uituperium pecuniæ. † Ante

te

te omnia meminisse oportet:quod uiri boni & sancti gaudent,capiuntur,ac utuntur optimis quibusque negotiis, mala fugiunt,aspenantur,explodunt que sedulo, sed bonos uiros, & sanctos pecuniam ignorasse, aut contempsisse demonstrabo. Necesse est ergo pecuniam esse rem malam,& exitialē,& quā nos merito etiā abominari poterimus, sequuti in hoc exemplum summorum, bonorum, & sanctorū uirorum,ut enim ad mundi usque exordium rem deducamus, & inde auspicando ad præsens sœculum descendamus, hoc quod dixi, uerum esse comperiemus. Sacra quidem scriptura, cui ante omnia fides tribuenda est, nullibi declarat ab origine mūdi usq; ad diluuiū fuisse pecuniā,aut usitatā eā emptionem, & uenditionē,quæ fit interueniente pecunia:nec ullæ historiæ,quas legi plurimas,illud narrāt,aut notū faciunt, quin poetæ,qui lucri, aut gloriæ causa alioqui libenter mentiri solent, & fabulas delectādi gratia referre.propter eximiā ueritatis euidentiā fatentur prima mūdi sœcula fuisse aurea.Nō quia tum auri usus aut noticia erat,sed q̃a tantū ea præstabant posterioribus,quantū aurū cæteris antecedit metallis omnibus,& q̃a tū pax ubiq; uigebat,& in placida pace homines regebātur:deniq; quia tū minime pecuniam,metalla, metallicave curabant,sed ipsam uirtutē,hanc præferebant auro.Quemadmodum eò respiciens Horatius testatus est eleganti uersu.

Vilius argentum est aurò,uirtutibus aurum.

Itaque aurea dicuntur sæcula,quibus minimū auri erat studiū,aut solicitudo sed in quibus honestas, amor Dei,& proximi,pietas,iustitia,pudicitia,pax, ac uera sanctitas fulgebant,ne argentea quidem sæcula,nec ahenea pecuniæ usum haberunt,aut nouerūt si quid bonis auctoribus, & firmis testimoniis credimus. Ouidius primo Metamorphoseos canit, sub ætate mundi ferrea itum esse in uiscera terræ, & effossas opes, ferrum,ferroque nocentius aurum, materiam nimirū pecuniæ. Alexāder ab Alexādro an

notauit,

Oēs boni uiri et boni populi cōtēpserūt pecuniam.

notauit, quod Saturnus in Latio omnium primus æreum nummum reperisse traditur. Plinius scribit Liberũ patrẽ primum fuisse, qui instituit emere & uẽdere, unde credibile est eundem quoque nummos inuenisse, quorum rõne fiat emptio & uenditio: Neq; uero putandũ est alium fuisse Liberum patrẽ, quàm Saturnũ, nõ certe nã Saturnus à diluuio nummum inuenit, huiusq; usum docuit in Asia, & Europæ parte nobilissima, ubi latuit tutus in Italiæ Latio. Ita ante diluuium, cum essent aurea sæcula, & cum præstãtissimi, nulla fuit cura pecuniæ, nulla emptio, nulla uenditio. Neque enim Christus hoc reticuisse, quum iniquitates mortalium ante diluuiũ, & postea inundantes, ideoq; illata à Deo supplicia exprimit, hoc modo loquens de filio hominis, hoc est, de semetipso. Primum autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac, & sicut factum est in dieb. Noe: ita erit & in dieb. filii hominis: edebãt & bibebãt, uxores ducebãt, & dabãtur ad nuptias usque in diẽ, qua intrauit Noe in arcã, & uenit diluuiũ, & ꝑdidit oẽs. Similiter sicut factũ est in diebus Loth: edebãt & bibebãt, emebãt & uẽdebant, plãtabant & ædificabant, qua quidẽ in die Loth exiuit cum suis a Sodomis, pluit ignẽ, & sulphur de cælo, & omnes perdidit. Secundũ hæc erit, qua die filius hominis reuelabitur, ex his palã fit, quod ante diluuiũ non emebãt, non uendebant, nam si posteà id factitantes punitos fuisse dicit, quanam de causa de prioribus, si id fecissent, conticuissent? hãc causam utique pœnæ qui iustus est, & uerus assignasset, si quæ fuisset. Si non emptio, non uenditio, ne pecunię quidem ratio, aut usus fuit, unde patet, quod aurea ætas mundi pecuniã non habuit, quod scilicet homines tum optimi, & accuratè legem Dei, & naturæ sequentes, & peccatores quoque qui tum multi statim exoriebantur, tamen plus diuinitatis, & cælestis originis habentes, quàm posteri, pecuniam neglexerunt, cõtepserunt, noluerunt, & ne meminerunt quidem. Non defue-

runt

runt fabri, non artifices, non opifices omnis generis: sed defuerunt emptores, uenditores, mercatores, ipsæ pecuniæ, paucis dixero, nō fuere. Noe autē primus an nummum signauerit, litteræ sacrę nō dicūt: authores tam Saturno asscribunt, quē Liberum patrem diuerso tantum nomine eundem esse multi declarauerunt. Credo uni ex posteritate Noe habenti hoc nomē inuētionem illam attribuendam esse, atque id demōstrarem, si institutum pateretur. Nā uni Noe omnia, quæ Saturno ab authoribns assignātur, non cōpetere, facile est intellectu: quinimo a diluuio ipsa posteritas Noe, quæ promissioni Dei adhæsit, & minima deprauatę naturę semina retinuit, aliena fuit ab emptione, uēditione, & usu pecuniæ: Atq; mala & deterior progenies certatim emptioni, usuique pecuniæ uacauit. Ideo Deus Sodomā & Gomorrhā perdidit igne & sulphure, nimirum iniustos omnes, quales pecunia facit, sicut postea ostendam, libidinosos, uimq́ue peregrinis intentantes. Scithæ uero, quos mortalium antiquissimos historię tradunt unanimiter, & Iustinus paucis argumentis recitatis confirmat, aurum & argentum perinde aspenantur, ac cæteri mortales deprauati, appetunt. Continentia insignis illis morum quoque iustitiam dedit nihil alienum concupiscentibus: quippe, diuitiarū ibi cupido est, ubi & usus. Atque utinam reliquis mortalibus similis moderatio & abstinentia alieni foret, profecto non bellorum tanta esset continuatio, minusque ferrum & arma, quàm fata raperent. Prorsus admirabile uidetur, hoc naturam Schytis dare, quod Græci, & Latini, cultorisque uitę professores longa sapiētum, eruditorumque uirorum doctrina, præceptisque philosophorū, & doctorum consequi nequeūt, ciuilesq; mores incultæ barbariæ collatione superari, tāto plus in illis proficit uitiorū ignorātia, quanto in his cognitio uirtutis. Illi pecuniam ignorāt, uel cōtēnunt, solā obseruāt permutationē, alioquin nullū scelus furto grauius cēsent puniūtque.

Gen. 18. *&* 19.

que. Germani Scythis proximi idem institutum sequuntur. Hos Corn. Tacitus laudans sic ait. Argentum & aurum propitii an irati Dii negauerint, dubito, nec tamen affirmauerim nullam Germaniæ uenam aurũ argentumve gignera, quis. n. scrutatus est? possessione & usu haud perinde afficiuntur, est uidere apud illos argentea uasa, legatis & principibus eorum muneri data, non in alia utilitate, quam quæ humo funguntur, quanquã proximi ob usum commertiorum aurum & argentum in pretio habẽt formasque quasdam nostræ pecuniæ agnoscunt atque eligũt, interiores simplicius & antiquius pmutatione mercium utuntur. Palam est autem quòd pecuniã Scythæ, Germanique recepissent diu ante alios, si honestus eius usus fuisset, aut res necessaria, & hõnesta, tum quod non ita contẽpsissent, sed in maiore pretio habuissent, sed noluerunt suam uendere libertatem, suam iustitiam, suum ius, & æquũ, suam fidem priscam, denique suam patriam. Itaque pecuniam, aurum, & argẽtum pro uilissimis, & abominandis rebus habuerunt, ut quibus omnia præfata scelera perpetrentur. Neque Schytas solum & Germanos ideo clari auctores laudant, sed Armenios, Seres, Sarmatas quoq; & indos penitissimos, Essenos, Massylos in Africa antiquos populos, Britanos olim, quibus quidem omnibus nullus usus fuit pecuniæ, & tamen beatius dixere, quàm illi, qui nummos in copia haberent. Baleares uerò detestabãtur omnem massam auri argentique, neque ullam pecuníam ad se adferri patiebantur. Idem de Germanis, & Bambicariis, qui in Tigri sunt memoriæ, proditum est: quibus moris fuit ferri, mætalique quæcunque possent genera coemere permutando, & in pfunda terrarũ, ac abditas solitudines suffodere, ne ullius pecuniæ commertio, animorum indoles eneruaretur, ingenrique uigor periret. Homerus etiam narrat Achiuos rudi massa æris, uel ferri uinum mercari, & cum mancipiis permutare consueuisse, cuius

Indi & Ethiopes adeo uili penderũt aurũ, ut cathenas noctiorũ inde conficerent. In fine Iliad. 7.

ius auctoritate Vlpianus de contrahenda emptione, etiã sine pecunia emptionẽ fieri posse asseuerat: quinimò apud Romanos, exterasque nationes æris signati, auri, argenti, & pecuniarum longo tempore nullum usum fuisse, mercesque non interuentu pecuniæ, nec signato ære, sed rebus permutari solitas manifestum est. At illi Respub. fundabant, leges bonorum morum ordinabant, uitasque mortalium in pace regebant, uiri erant prudentes, omni uirtutum genere illustres, & antiqua nobilitate, quæ rebus præclare gestis, non opibus, aut copia pecuniæ censetur, insignes. Iulius Cæsar Belgas, & Neruios summopere celebrat, quòd externa commertia non admittant, nec patiuntur inuehi, quæ per animi eorum corrumpi, uirtutes hebetari, & robur corporis eneruari possit. Vnde colligere possumus, apud eos quoque olim nullum fuisse usum pecuniæ, ac tum in summa uixisse fœlicitate, & maiestate. Profectò optimi & primi bonorum populorum progenitores pecuniam contempsisse uidetur, quorum uestigiis posteritas ubicunque & quousque inhæsit, fœlix fuisse deprehenditur, quum uerò desciuit, protinus ineluctabilia mala inuecta sunt una ingrediente pecunia, & ad cuncta mala hominum animos impellente. Legitimus enim optimos uiros in Rep. Atheniensi, Laconica, Romana, & multis aliis quoque ita pauperes fuisse, etiam cum summæ rerum præessent, ut aut filiæ dotem præstare non possent, aut defuncti funeris stipendio carerent, nisi illud ex publico conferretur: quo tamen tempore fœlicia erant, & sancta incrementa urbium. Oportet igitur pecuniam esse pessimum quoddam instrumentum, ut quod tantopere magni præstantes, & sapientissimi uiri fugerunt, quod urbium conditores & conseruatores patriæ damnauerunt, quod tot, tamque diuersæ gentes ignorare uoluerunt, aut illatum conculcarunt, imo etiam, ut dixi in profundissima loca abiecerunt, ut quasi à rerum natura submouerent.

Romani uero nunquam satis laudibus extollere poterunt suum Curium Dentatum, qui nulla re magis Remp. iuuit, & Samnites oppressit, quàm contemptu pecuniæ, quum enim ei rapas è fictili edenti magna uis pecuniæ à legatis Samnitum offerretur, respondit inuitatis ad inconditum pastum sibi nihil opus esse auro, aut pecunia Samnitum. Thebani suę Reip. ornamentum acceptum referunt Epaminundæ, adeo insigni contemptori pecuniæ, ut maximas pecuniæ oblationes semper aspernatus sit, & tandem publici æris collatione sit elatus in sepulturam, propter domesticam paupertatem. Crates uerò Thebanus sapientiæ studio uacans pecunias suas, ne oneri essent, abiecit. Diogenes quoque haud uulgaris notæ philosophus, apud Græcos de industria paupertatem professus, pecuniæ contemptum docuit, & seruauit. Alexandro Magno offerenti maxima dona respōdit, se illis non egere, sed quibus egeret, hæc illum præstare non posse, quinimò adimere beneficium Solis. Iam longum contexerem catalogum, si omnes recenserem philosophiæ professione celebres contemptores pecuniæ, ut Antisthenem, Aristippum iubentem eas parari diuitias, quæ etiam naufragio saluæ essent, Socratem, Pelopidē, Adde huc Phocionem, & Ephialtem iustissimos, & pecuniæ negligentissimos, imò acerrimos hostes, magnos tamen & excellentes in Rep. Athenienfi uiros. Neque uerò Romani abūdantes pecuniæ, & huius studiosi res tam præclarè gesserūnt, quam cum essent tenuiori fortuna contenti, & pecuniæ contemptores. Anne Aelius Catus in fictilibus cœnans dona Aetolorum repulit, eaque postea summo iure, & longè ampliora, quam Aetoli obtulerant, magna cum gloria adeptus est? Valerius Publicola cōs. Romanus collato ex publico ære sepultus, adeo pecuniam spreuerat: imo optimi ferè uiri pecuniam despexerunt, ut M. Menenius Agrippa, C. Fabricius, Q. Aemylius, Attilius Catallinus, Attilius Regulus, Quintus Cincinnatus, Oelii Tuberones

numero ſeptendecim omnes clari in Repub. una familia contenti in parua domuncula cohabitabant. Gn. Scipio Cons. à Senatu accepit dotem ſuæ filiæ ex ærario, nimirum priuatas ipſe nullas pecunias poſſidebat. Sed hi fuere, qui Romanæ Reipu. fundamenta, & amplitudinem conſtabiliuerunt, & or tis imperium poſteritati ſuæ his moribus tradiderunt. Neque prius Romanæ Reip. maieſtas periclitata eſt, quàm tum, cùm pecunias admitteret, ho nores pecuniis uenderet, breuiter, cum pecunia cæpit cenſeri, æſtimati, & in pretio haberi, Reipu. Romanæ, decus concidit. Hoc Plinium non latuit, qui demonſtrat etiam exitium, uariamque perniciem pecuniæ, adeo ut qui primus à pecunia diuitis nomen tanquam glorioſum ſibi uendicarit, omnia hæreditatia creditoribus decoxerit. Ita pecuniæ amor priuato cuique, & ipſis Rebuſpub. nocet, atque exitio eſt. Primo blanditur, ſed poſt mordet omni ſerpente lethalius, ſed audiamus ipſum Plinium ſtatus Reipu. Romanæ peritiſſimum, & claſſis Imperatoriæ præfectũ: Non erat apud antiquos numerus ullus ultra centum milia, itaque & hodie multiplicantur hæc, ut decies centena milia, aut ſæpius dicantur hæc. Fœnus hoc fecit, nummuſque percuſſus, & ſic quoque æs alienum etiamnum appellatur. Poſtea diuites cognominati: dummodo notum ſit, eum qui primus acceperit cognomen hoc, omnia decoxiſſe ſuis creditoribus. Ex eadem gente M. Craſſus negabat locupletem eſſe, niſi qui reditu annuo legionem tueri poſſet in agris ſuis ſeſtertium, M. M. poſſedit, Quiritum poſt Syllam ditiſſimus. Nec fuit ſatis, niſi totum Parthorum eſuriſſet aurum. Obiter adiecerim hunc turpiter à Parthis occiſum, & capite truncato in opprobrium auiditatis pecuniæ conuitiis prociſſum: illũ pediculari morbo abſumptum. Atque ut nomen quidem opimi occupauerit. (Iuuat enim inſectari inexplebilem illam habendi cupidinem) multos poſteà cognouimus ſeruitute liberatos,

opulentiores, pariterque tres Claudii principatu Palantem, Calistum, & Narcissum. Atque ut hi omittantur, tanquam adhuc rerum potiantur, C. Asinio Gallo, C. Mario Censorino Coss. ad sext. Calend. Februarii C. Cæcilius Claudius Isidorus testamento suo edixit, quamuis multa ciuili bello perdidisset, tamen relinquere seruorum quatuor millia centum sedecim, iuga Boum tria millia sexcenta, reliqui pecoris duceuta quinquaginta septem milia, in numerato H--- S. D. C. Funerari se iussit H--- S. X7. congerant excedentes numerum opes, quota tamen portio erunt Ptolemæi? quem Varro tradit Prompeio res gerente circa Iudæam octena millia equitum sua pecunia tolerauisse, mil le conuiuas, totidem aureis potoriis mutantem uasa cum fericulis saginasse: quota uerò ille ipse (neque enim de regibus loquor) portio fuit Pythii Bithyni, qui platanum auream, uitemque nobilem illam Dario Regi donauit Xerxis copias, hoc est septies centena octoginta octo milia hominum excepit epulo, stipendiũ quinque mensium, & frumentum pollicitus, ut e quinq; liberis senectuti suæ in delectu unus saltem concederetur. Hunc quoque ipsum aliquis comparet Cræso Regi, qui (malum) amentia est id in uita cupere, quod aut etiam seruis contigerit, aut ne in regibus quidem inuenerit finem? populus Romanus stipem spargere cœpit Sp. Posthumio. & Marcio Coss. tanta abundantia pecuniæ erat, ut eam conferret L. Scipioni, ex qua is ludos fecit, nimirum contemptor pecuniæ: Nam quod Menenio Agrippæ sextante æris in funus contulit, honoris id necessitatisque propter paupertatem Agrippæ, non largitionis esse dixerim. Et paulò post, inuenimus legatos Chartaginensium dixisse, nullos hominum inter se benignius uiuere, quàm Romanos: eodem enim argento apud omnes cænitauisse ipsos, tum Res Romana florebat, pecuniæ ubique apud eos conculcabantur, & quasi uilissima materia, sicut re uera est, nullo

in

in pretio habebatur, ſi ad aliquē deueniſſet uel hære ditate, uel bello, uel afflatu fortunæ, is ne infamiæ notam incurreret, protinus eam erogabat, atq; hinc genera largitionum manarunt. Porro Syllanum bellum, quo tota Italia miſere uexata, læſa, dilacerata, & uaſtata eſt, ciuiliq́ue diſcordia boni mores inuerſi, annales imputare cupiditati pecuniæ. Aſia primum deuicta cum opibus & pecuniis luxuriam miſit in Italiam: eadem etiam Aſia domata multo adhuc grauius afflixit mores, inutiliorq́ue uictoria illa hæreditas Attalo rege mortuo fuit, tum enim hæc emendi Romæ in auctionibus regiis uerecundia exempta eſt, urbis anno ſexcenteſimo uiceſimo ſexto, mediis quinquaginta ſex annis erudita ciuitate, amare etiam non ſolum admirari opulentiam externam, immenſo & Achaicæ uictoriæ momento ad impellendos mores, quę & ipſa hoc interuallo. An. Vrb. ſexcenteſimo octauo parta, ſigna, & tabulas pictas inuexit, ne quid deeſſet, pariterq́ue luxuria nata eſt, & Carthago ſublata ita congruentibus fatis, ut liberet amplecti uitia, & liceret peccare, & dignatione hinc alicui ueterum C. Marius poſt Cūbricam uictoriam cantharis potaſſe Liberi patris exemplo traditur ille arator Arpinas, & manipularis Imperator. Si luberet mihi, poſſem demonſtrare unamquanque Monarchiam, quodq́ue Regnum, oēs Reſp. & familias tum demū periclitatis, ac labefactas corruiſſe, quum plurimum pecuniæ poſſiderent: tum uero augmenta aſſumpſiſſe, quum pecuniam aſpernarentur, uirtutiſque, & bonæ famæ gra-
5 tia Reipubl. inſeruirent, & ſibi uiuerent: †ſed ne longius mea propoſitione digrediar, reuoco me ad inſtitutum, & declaro, quod non ſolum eximii cultores uirtutum, & Reipubli. Romanæ inſtauratores pecuniam contempſerunt: ſed Lacedæmonii etiam diuina quadam inſtitutione, & legibus Lycurgi hunc morem antiquum colebant. Lycurgus nihil ſanxit, cuius non in ſe, ſuaque uita, documenta daret: par-

ſimoniam omnibus ſuaſit, exiſtimans laborem militiæ aſſidua frugalitatis conſuetudine faciliorem fieri, emi ſingula non pecunia, ſed permutatione merciumque compenſatione iuſſit: auri argentiq; uſum ueluti omnium ſcelerum materiam ſuſtulit, ut Iuſtinus, Plutarchus, & alii referunt, quin ferri maſſas graue, pro pecunia conceſſit, ſed quibus potius quiſque alienaretur à pecunia, quàm alliceretur, inſinuans hoc exemplo uituperium pecuniæ. O nimium fœlices Lacedæmonii, ſi Lycurgi legibus obtemperaſſent, paulatim ſpretis illis, forum amare cœperunt, emere, uendere & pecuniis uti: Vnde præclata illa & celeberrima Reſpublic. concidit, quod Cyrum Perſarum regem longè antè prædixiſſe Herodotus narrat. Perſæ enim tum necdum mercaturam receperant, nec foris uenalitiis, pecuniarumq; commertiis uti conſueuerant, quæ deuicto Cræſo Lydorum Rege ſenſim inuaſere Perſas, & deſtruxerunt. Magnus ille Cyrus & Regiæ maieſtatis apud Xenophontem exemplar audiens quæ Lacrines de Græcis proferret, rogaſſe fertur circunſtantes Græcos, quinam homines eſſent Lacedæmonii, & quàm multi numero, mox ubi hæc cognouiſſet, cōuerſum ad legatum Spartanum dixiſſe, Equidem extimui nunquam illos homines, quibus locus eſt in media urbe uacuus, ad quē collecti mutuis ipſi ſibi iuramentis imponerent, his ſi modo incolumis fuero non Ionum quidem, ſed propria incommoda ſua erunt deploranda. Hæc in uniuerſos Græcos uerba Cyrus detorſit, quod fora haberent, emptione, uenditione, commertiiſque uterentur pecuniæ. Profecto uerus uates fuit Cyrus, nam Lacedæmonii & Athenienſes, & Corinthii, Græci denique omnes, terra marique inſignes, & memorabiles æternitate dignas res geſſerunt, donec pecuniæ erāt contemptores: tum Perſis, omnibuſque Perſarum uiribus, & diuitiis ſuis domeſticis tenuibus conditionibus reſtiterant, Gallorum uiolentiam, Aſiæ, Italiæ,

liæ,& toti orbi terribilem Delphico bello fregerāt, imperium Asiæ minoris, Pergami, omniumque insularum mediterranei maris occuparant: Posteaquam pecuniam dilexerunt, & hanc aliquo pretio dignati sunt, intestinis primum litibus, iurgiis, seditionibus, ac bellis, tum externis armis subacti, libertatem commutauerunt dura seruitute. Quisquis certet, ut aliam quàm pecuniam assignet causam euersionis tam præclararum ciuitatum Græciæ, tam benè legibus fundatarum, & disciplina, continuoque philosophorum suorum studio, doctrina, & institutis correctarum, ac munitarum, opinione sua frustrabitur, & se delusum sentiet: Nam quæ proxima sunt destructioni urbium & societatis, ea proueniunt ex cupiditate pecuniæ, ut lasciuiæ, luxuriæ ebrietatis, crapulæ, dein lites, odia, proditiones, incendia, hæreses, schismata, seditiones, legum neglectus, homicidia, spoliationes, & denique bella, horrida bella, mœnium & murorum expugnationes, ædificiorum destructiones, sacrilegia, & templorum demolitiones, urbium excisiones. Hęc nanque omnia molitur, & perficit ipsa pecunia, releganda ad inferos, ut pœnis tartaricis dignos committat, maioribusque supplicis diuexet. Quamobrem mirandum non est, quod magni uiri, & magna exempla daturi, sicut iam demonstraui, adeo ipsam pecuniam non sunt detestati: quod illæ gentes & Respublic. quæ alicuius prudentiæ canæ, & canæ fidei fuerunt participes, nullo honore, nulloque pretio dignam censuerunt pecuniam, imò abiecerunt. & terræ reddiderunt, ut umbris potius, quàm uiuis, & Deo
6 uicturis negotium facesseret. † possem hic subsistere, nisi aliud longè præclarius, sanctius, & diuinius institutum in mentem uenisset, quod multis passibus, & toto cœlo anteferendum est moribus & legibus Ethnicorum: quid hoc? inquam, quid hoc? nimirum institutum Christianorū hominem, qui fœlicitatem huius, atq; æternę uitæ fine oī

mortalitate sequuntur, & promissam habent. Tales primo erant Iudæi patrem Abrahamum habentes: tum Christus, & huius discipuli, amatores, fautores, adhærentes, & sequentes eminus. Hos manifestis argumentis demonstrare possum semper contempsisse pecuniam falso nanque Noe attribuitur, quod primus pecuniam signauit: res ipsa Babylonica est, & quo tempore Babylonicam turrim ædificare cœperunt, ipsam quoque excogitauere pecuniam nõ homines boni, sed Nembrothici, nepotes detestati à patre, & maledictionibus percussi Cham. Inde dispersi à Domino super faciem cunctarum regionum uarias linguas, diuersas inuentiones tradiderunt posteritati, & simul coniectura est Iani facie æs signasse & id, quod boni filii, nepotesq; Noe ueris narrationibus, certaq; memoria sciebant, ac docebãt, fabulis illi, nouisq; figuris, figmentis, & simulachris adumbrabãt, tegebãt, inuoluebant, & condebant: etsi Noe primus fuit, qui æs signauit, & hic in Latio fuisse Saturnus putatur, nõ tamẽ ideò signauit, ut esset pecunia cui fiderẽt, & qua diuitias, honorẽ, dignitatem, & censum homines metirẽtur, sed ut signum suæ uitæ, suæq; memoriæ esset posteritati, Græcis icon, aut innimosinon dicitur. Deinde cessit in pretiũ nõ primo usu, & ordinatione Dei, piorumq; uirorum: sed ex necessitate, sicut boni & pacifici uiri arma, ac gladios nõ requirunt, nec hæc proprii usus ratione sua que prima inuentione gestant, sed ex necessitate, nimirũ, ut se cõtra insultus malorũ defendant, & ut in officio publico constituti ad bonorum defensionem puniãt malos: ita certè credo, quod iusti uiri, & amici Dei nõ inuenerũt usum primum pecuniæ nec hũc desiderauerunt, quando plurimas etiam bellicosas gentes sine pecunia fæliciter degere ostendi: sed ex necessitate eum receperunt, ut se ab iniuria impiorũ liberarẽt, & eo quo impii delectantur, tanquam pretio ipsis digno, satisfacerẽt, & ab omnibus iurgiis expedirent. Quid enim pecunia nuda est, nisi massa

Oẽs sancti & æternæ beatitudinis amãtes cõtẽnũt pecuniã, et semper detestati sunt.

cx

ex terra formata ad arbitria hominũ?iã terra p se ma la non est,aurũ per se malum nõ est,nec ullum metal lum:omnia enim quæ Deus,creauit, ualdè sunt bona, ita pecunia per se mala non est,sed respectu com muuis usus, & existimationis hominum eam præse rentium cæteris rebus, & plus diligentium denariũ, quàm Christum, quàm fratrem, quàm proximum, mala est. Quur enim excogitauerunt pecuniam, nisi ut huius interuentu fallerent proximum, spoliarent iustum, sua humana inuentione aliquid præ stantius cæteris piis, nomẽ, & dominium obtinerẽt ut iustis fuco hoc pulsis, hæreditateque priuatis noxii, & iniurii esse possent. Quamobrem uerus usus pecuniæ, qui iustus tantum notus est, haud improba tur à me, utpote qui ad iustitiæ documentum, & iustorum tutelam inseruit: sed uulgaris usus pecuniæ, & quæ uulgo in pretio habetur pecunia, omnino ui tuperatur. Nam legimus Abrahamum pecuniam ha buisse, sed ita illã parui fecisse, ut pro agro in usum se pulchri proprii obtinendo, quem gratis & dono habere posset, qui iam ei in præsentia cunctorum audientium donatus erat, maluerit probatam dare pecuniam, pretium ipsis Heth eis usitatum, quadringẽ tos siclos argenti probatæ monetæ publicę, quàm pe cuniam hãc sibi reseruare, unde postea in lites incur rere cum Hethęis posset, aut unde aliquam iniustitię notam daret ipsis infidelibus. Sic Iacob misit filios suos in Aegyptum, & dedit pecuniam, ut persoluerent frumentum, cuius pretium impii, pecuniam sta tuebant: Verum Iosephus pecuniam in sacculis singulorum reponi iussit, & cibaria adhuc in iter adie- cit præter id, quod petierant data pecunia frumentũ Animaduertentes uerò redditam pecuniam obstupuerunt, & mutuò turbati sunt. Pater quoque ipsorum duplicem pecuniam secundò referre iussit, & illam quam in saccis inuenissent, reportare, quod filii sedulo fecerunt, reuersique excusarunt se apud dispẽ satorum domus Iosephi, qui respondit *illis*: Pax uo-

biſcum, nolite timere Deus ueſter, & Deus patris ue ſtri dedit uobis theſauros in ſaccis ueſtris, nam pecu niam, quam dediſtis mihi probatam ego habeo. Hic licet uidere Ioſephum ſpreuiſſe pecuniam, ſimiliter Iacobum, & huius filios: item diſpenſatorem Ioſe-phi omnem inſuper pecuniam, quam uendendo fru mento Ioſephus colligere debuit, mandato Regis Pharaonis non ſibi ſeruauit, ſed in ærarium Regis intulit, quod ſibi ſeruare potuit, contempſit, ne ui-tiis materiã præberet. Quin ipſi Aegyptii ingrati, & Reges inſolentes facti (quum Deo uolente beneficio Ioſephi eſſent ditati) opprimere Iudaicum populum ſtuduerunt: qua de cauſa mandauit Deus illi popu-lo, ut egrederentur Aegypto, & ſpoliarent eam, nimi rum ut repeterent ſua, & quæ Aegypti eriperant, qđ indigne ferentes Aegyptii ſequuti à Deo ad interni-tionem interempti ſunt. Sic omnes pecuniæ corra-ſores pereunt, & ſic ualeant. Iudæi inde elemoſyna-rii, & pii ſuas pecunias, ſuum aurum & argentum Deo ut cui illud omne acceptum referebant, ſtatue-bant, & in ſanctuarium inferebant. Tandem abſente Moyſe petiuerũt Deos, quos ſequerentur. Aaron ex inauribus aureis uitulum conflauit, & hunc adoran dũ ſtatuit, erecto illi altari corã eo. Itaq; Deus Moy ſi indicat ſe populum illum eſſe puniturũ: ſed Moy-ſes interceſſit, uitulum illum aureum cõbuſſit, & cõ-triuit uſque ad puluerem, quem ſparſit in aquã, & de dit ex eo per potum filiis Iſrael, Deus tamen percuſ ſit populũ pro peccato uituli. Hic quæſo uitulus au-reus quid aliud eſt quã pecunia, uel moneta, quando ex hiſtoriis cognoſcimus monetis uaria indita fuiſſe nominatur noctuæ, equi, gladii, boues, ſerrati, uituli & ſimilium nomina obtinerẽt, hanc ergo pecuniam uel hoc pecus, unde pecuniæ nomen deſcendit, Moy ſes combuſſit, & auctores eius puniuit, dato in ſorbi

Ioſ.7. tionem puluere, q haud dubie corroſiuus eſt, ac ipſa uiſcera exedit. Adde huc quod propter Anathema Achã filii Iſrael ab inhabitãtibus Hay perculſi ſunt,

&

& triginta sex homines amiserũt. Erat autẽ Anathe ma, quod Achã usurpauerat pallium ducenti sicli argenti, regula aurea quinquaginta siclorum, eaque concupiscens abstulerat, Iosue statim iussit Achan lapidari, & aceruo lapidum tegi, qui etiamnum remanet, cætera omnia igne combuscit, tum demon auersus est furor Domini ab eis. Naboth quoque argentum, argentique prælium, quo digna esset uinea, 3. Re. 21
hoc est pecuniam auersatus est, & Achabo respondit: Propitius sit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi. Helisæus, uim magnam 4. Reg. 5
pecuniæ à Naaman Syro oblatam etiam ui quasi coactus, tamen accipere noluit, quia Giezi duo talenta argenti accepit, & uestes mutatorias duplices, ideò statim lepra Naaman adhæsit ei, & egressus est ab Helysæo leprosus quasi nix. Sic omnes pecuniæ collectores quid nisi leprosi fiunt? Hæreses & schismata condunt, leprosi egrediuntur ab Ecclesia sancta Christi, hi enim sunt de semine Giezi, inter quos an mercatores principem locum obtineant, ipsi iudicent, præsertim qui tantum pecuniis inhiant, & harum causa quiduis aggrediuntur. Iudas Machabæus collectas pecunias misit Hierosolymam ad eleemosynas. Christus benedictus mensas nummulatiorum bis euertit in templo summo in præsentia omnium quippe uoluit docere pecuniam esse pedibus conculcandam. Matthæum à telonio auocauit: ungnen tum uendi noluit, aspernatus pecuniam contra quã Iudas expectabat, qui quidem Iudas, & propter pecuniam Christum prodidit, & tandem seipsum suspendit propter pecuniam, perpetuamque damnationem incurrit, dictus filius perditionis. Adeo pecunia res est abominãda apostoli uerò adeò inopes quoque fuere, ut in persoluendo tributo D. Petrus à pisce sumere iuberetur nummum, quem pro censu persolueret: Inde omnia in communem usum contulerunt & unicuiq; (prout opus erat) distribuebatur, nec erat quisquam egenus inter illos, mirabile hoc, & tamen

verum, pecunias proprias nō poſſidebant, nihilominus abundabant. Anania & Saphyra de pretio defraudare uoluerunt, & ſtatim morte puniti ſunt. Simon Magus pecunia uoluit poſſidere donum Dei, & ceſſit ei in maledictionem. Quid clamat D. Petrus etiam dum miraculo operatur, & apoſtolorum ſummus eſt? Aurum & argētum non habeo, quod autem habeo hoc do tibi: ſurge in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ambula. ô uox cœleſtis, & in pectore ac ore ſemper geſtanda: ô doctrina mirabilis: imò miraculum admirandum, quo omnis laus pecuniæ adimitur, omnis uirtus pecuniæ extinguitur, omnis æſtimatio pecuniæ deteſtabilis redditur. Quis nunc amplius tam ſtupidus, qui miracula per pecuniā, uel huius ergo amplius fieri credat? quis aliquid boni tribuet pecuniæ? abiiciatur & incineretur omnis pecunia citius, quàm huius cā malum committatur. Viri ſancti & Heremitæ deſerta petiuere, ubi nullus erat nummus: quicquid nummi notam haberet, cane peius & angue fugierūt, & abominati ſunt. Chriſti.n. uocem audientes, & intelligentes, quū dixit diuiti regulo uolenti poſſidere regnum cœlorū, uade, uende, tua, & da pauperibus, obſeruauerint, nihil habentes omnia poſſederunt. Rectè D. Hieronymus inquit. Credenti totus mundus diuitiarum eſt. Auarus etiā diues obulo indiget D. Ioannes Euangeliſta Cratonem philoſophum Epheſi de contemptu mundi diſputantem ita inſtruxit, ut intelligeret non ſatis eſſe gemmas frangere & abiicere, pecunias contemnere, & nihil facere, probriſque continuis inceſſere: ſed etiam oportere ita negligere pecuniam, ut hinc proximi iuuarentur. Non enim ſatis eſt, ſi unus contemnat, & alter honoret pecuniam: ſed oportet ipſo contemptu pecuniæ proximum ſuum adiuuare, & efficere ut ſimiliter ille contemnat, atque hinc congregatio uniatur, quæ nihil minus, quàm curet pecuniam. Vnde dictum eſt: uade, uende tua, & da pauperibus, quiſquis enim ita eſt animo affectus, ut pecunias

cunias quærat,hasq; concupiſcat,hic auarus eſt, nõ pauper: auaris autem dandum eſſe non eſt præceptum, ſed his, qui pecunias non quærunt, atque ideò defectu aliquo laborare poſſunt. Si uerò habentes pecunias nunc has erogent in eos qui pauperes ſunt,nimirum in eos qui opus habẽt, & hi ſi quãdo rurſus abundent,conferant in illos defectum patientes tunc fiet utique illud, quod in Actis Apoſtolorũ eſt traditum: Et diſtribuebatur unicuiq; prout erat opus. Nec erat quiſquã inter illos egenus. Hæc autẽ ſocietas Chriſti, eſt uita Chriſtiana, & congregatio Chriſtianæ Eccleſiæ, in qua inter ſaluberrima inſtituta ac conſilia habetur ſolenne uotum paupertatis, quod excludit oẽm curam pecunię. Non igitur Craton, huiuſque diſcipuli, & ſimiles Ethnici philoſophi aliquid pręclari pręſtiterunt, quanquam laudabile eſt,quod pecuniam contempſerunt, & facto & do-
7 ctrina.† Sed Chriſtiani excellentiſſimã religionem à Deo & Domino Ieſu Chriſto traditam adepti, ſolidè fœlicitatem ſectantur, in qua certatim omnes pecuniam contemnunt, aut ſaltem contemnere debent priuato uſu, ut interea in publico ampliſſima ut pecunia promptuario,in theſauro Eccleſiæ, in diſpenſatione pontificia,ſacroq; miniſterio, quæ in pauperum uſus,& unicuique, prout opus eſt expendatur. Video aũt triplicem Chriſtianæ religionis funiculũ qui profeſſione paupertatis maximè cohæret, atque contextus paupertate, pecuniarumq; abiectione corroboratur, unus eſt orantium, alter defendentium, tertius laborantiũ, hic triplex funiculus difficulter rumpitur, imò ſi Dei & proximi dilectionem contineat, ac ita ut unuſquiſq; charitatem anteponat pecuniæ, ac ſimilib. cæteris omnibus huius ſæculi reb. unde opinio diuitiarum naſcitur, nunquam rumpitur, quid ita? quia firmiſſimus nexus. Ethnici enim putarunt, & rationibus confirmauerunt, quod uires corporis & prudentia animi iuncta ſimul, uictoriã certam præſtant, ut patet in illo Epigrammate.

Laerte

Laertæ genitum, genitum quoque Tydeos una,
Hac cera expreßit ʒenalis apta manus.
Viribus hic præstat, hic pollet acumine mentis,
Nec tamen alterius non eget alter ope.
Cum duo coniuncti ueniunt, uictoria certa est.
Solum mens hominem, dextrave destituit.

Hin cCyllenius quoq; uiribus integris, & iuuenis iungi solet cum sene Cyllenio graui, robur enim inuictũ est si firmetur sapiẽtia, sine hac cõcidit, nunc funiculus religionis habet sapiẽtiam, nimirũ orãtes: habet robur nimirum militiã fortem: habet utriusq; uinculum, quo sine multa incõmoda suboriuntur, & quod est subsidium utriusq; nimirum laborãtes, inter quos primi sunt agricolæ, qui commeatum
8 procurãt.† Nunc ostendam quod finis illorum non est pecunia, (non enim esse debet) sed opitulatio proximi, & primo honor Dei: quicunq; enim Deum orat, id orat, quod diuinum, est, & quo Deus gaudet, at Deus non gaudet pecunia, pecunia nõ est diuina, nec quisquam pecuniã in cœlum attulit, aut ea cęlũ emit, nisi qui contẽpsit, & eleemosinas inde fecit, sed Deus est sapientia æterna, gaudet sapientia, mente immortali, uirtute, eleemosina, amore diligentiũ se. Quocirca gentilis ille Persius ridet impios, & orãtes stulte Deum.

Prima ferè uota, & cunctis notißima templis,
Diuitiæ ut crescant, ut opes, ut maxima tota
Nostra sit arca foro.

Nec minus Horatius hominum inconstantiam detestatur in eo, quod dicit uerè neminem sua sorte esse contentum. atqui licet esse beatis.

Quid causæ est, merito quin illis Iuppiter ambas
Iratus buccas inflet? neque se fore posthac
Tam facilem dicat, uotis ut prębeat aurem.

Proinde haud leuiter errant, qui Deũ orant pecuniam, & similia, nam dictum est. Primo quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & cætera adiicientur
Mat. 6.d uobis, & Prouerbiorũ tricesimosexto dictũ est à Sapiente

piente in oratione: Mendicitatem, & diutias ne dede-
ris mihi, tribue tantum uictui meo necessaria, ne *Prou. 31*
forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis est
Dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem
nomen Dei mei. Sic igitur orantes Sapientiã petunt
ad honorem Dei & utilitatẽ proximi: imò proximũ
quoque in sapientia instituunt, ac docẽt, unde sunt
9 Cathecuntes & Catechumeni. † Qui autem militat,
non ideò militat ut pecuniam habeat, sed ut bonos
defendat, malos reprimat, & puniat, alioqui prædo
est, latro, fur, & iniquissimus raptor. Pecunia autem
adiicitur sicut uestis, & similia: denique qui laborat,
si pecuniæ causa laborat, impostor, mẽdax, fraudulẽ-
tus, ac nebulo, est, homo nequam, ideò enim laborat
ut sibi, ac suis sufficientia inueniat: Deo gratus sit
dando ministris Dei decimas, primitias, & oblatio-
nes: milites alat, ut corpore ualeant, & defendere la-
10 borantes possint. † Rursus professio sacerdotũ non
uersatur circa pecuniam: ita nec militum, nec laborã-
tium, tum sacerdotes uel Ecclesiastici & milites, &
laborantes ita cohærẽt iustitiæ, ut sine hac subsistere
neqneãt, sicut nec ipsa uirtus integra est sine iustitia.
11 † Nam Prudentia, Fortitudo, & Tẽperantia si careãt
Iustitia, obsunt potius quàm prosunt. Cæterũ nunc
est uerum illud quod amor pecuniæ contrarius est
iustitiæ, est enim amor pecuniæ cupiditas D. Augu-
stinus scripsit uerè: Quia radix omnium malorum est
cupiditas: & radix omnium bonorum est charitas.
simul ambæ esse nõ possunt, nisi una penitus euulsa
fuerit, altera plãtari nõ potest, sine causa conatur ali
quis ramos incidere, si radicem non contendit euel-
12 lere. † Præterea D. Hieronymus tradidit: Sic uiua-
mus quasi nihil habentes, & omnia possidentes, ui-
ctus & uestitus diuitiæ Christianorum sunt, si
habes in potestate rem tuam, uende, si non habes,
proiice tollenti tunicam, & pallium relinquendum.
Hinc nulla fit mentio pecuniæ, imò hæc excluditur.
Audite Paulum clamantem, est autem 1. Tim. 6. Quę- *1. Tim 6.*
stus

ſtus magnus pietas cum ſufficientia. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quin nec auferre quid poſſimus, habentes autẽ alimenta, & quibus tegamur, iis contenti ſimus. Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominem in interitum, & perditionem. Radix omnium malorum eſt cupiditas, quam quidã appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis, unde manifeſtum eſt, quod orantes, militantes, & laborantes quatenus uolunt eſſe Chriſtiani, non debent ſequi pecuniam, ſed hanc abiicere,
13 & in cõmunẽ uſum cõferre. † Hoc enim ſi fecerint, funiculum firmum obtinebunt: ſin minus, ibunt in interitum, ſicut contigit Iudæis, qui gloriæ & quæſtus cauſa faciebant eleemoſinas, uſuras excogitabãt, & ad nummos deſiderabant tanquã deos, ſuos, ſicut Aſiaticis, & Europeis Græcis, qui cupiditate pecuniæ ſeducti mutuis bellis, hæreſibus, ſchiſmatibus ſe debilitauerunt, & in immanis hoſtis Turcæ manus deuenerũt: ſicut nũc Latinis & Germanis imminet, è quibus Germani cupidine pecuniæ dum pontifici eius diſpenſationem eripiunt, coguntur quotãnis hoſti Chriſti tributum pecuniæ longè ampliſſimum perſoluere, & regno Vngariæ horreo, ac prõptuario Chriſtianitatis, ſimul etiam Liuonia ſpoliati ſunt. Proh dolor niſi Deus præuiderit immenſa ſua miſericordia, actum eſt penitus de Germanis, nam quò pecuniæ, eò cultores huius declinabunt, nunc autẽ pecuniæ ad Turcam mittuntur non ad Chriſtiani orbis caput, & princeps, nõ ad Chriſtum, quid igitur futurum eſt, iã quiuis colligit? Væ væ deinde uicinis. Malum hoc pro foribus eſt, iam pro foribus eſt, ac intromitti poſtulat, omnes enim magis quærunt pecuniam quàm Chriſtum, quàm paupertatem, ſic rumpitur funiculus Chriſtiani orbis celebris diuina religione propter pecuniam, quoniam in hoc funiculo, una pars quæ laborantiũ eſt primo magis quæ

rit pecuniam, quàm rerum prouentum, nec soluit orantibus quæ debet: nec militantibus: inde altera pars, ut milites nisi stipēdio certo, & pecuniæ assigna tione cauti ne manum gladio apponēt, iustum citius oppriment, quàm defendent.

14 † Restat pars tertia, quæ est, Catholica Ecclesia, hæc fluctuāt in Gallia & Germania, nam in Anglia, multisq; aliis locis naufragium fecit, hæc tertia pars quicquid adhuc uirtutum, & diuinæ cognitionis habemus, reseruat, præsertim ea, quę pecunię cōtem ptum profitetur, & obseruat, quæ mēdicitatis nomi ne nō erubescit, sed gaudet & in Christo Iesu lętatur. Huius tertię partis semper fuit ea conseruatrix Reli gionis, quæ etiam contemptrix pecuniæ, ut monachi S. Basilii, Benedictinenses, & ex his reformati, tum quatuor ordines mendicantes, lumina, & retinacula solida Christiani instituti, nam his demptis, uel dele tis, aut à suo incœpto alienatis, funiculus omnino esset ruptus. Principatum uerò obtinēt ipsi Frāciscani, ut qui omnem proprietatē, & pecuniæ commer tia penitus deuouerunt, quamdiu etiam hoc uotum obseruabunt, inuiolabiles erunt, & solidum suum funiculum præstabunt, ubi ab eo desciuerint, ruinā non sibi solum, sed toti Ecclesiæ Christi inferre uide buntur, libenter agnoscimus, & hāc gloriam ordini S. Francisci attribuimus, & uendicamus, quod sunt cōseruatores Christianæ religionis: neque ob aliud, quàm propter contemptum pecuniæ, & dilectionem Dei ac salutis proximi, quam pręponunt omnibus pecuniis. Diabolus huic ordini semper inuidet, & insidiatur pdicta de causa: mōstrosa ingenia impulit contra hunc ordinem scribere, & demum pessimos commouit incendere, diruere, uastare sedes & ædes Franciscanorum, ipsos fratres occidere, omniq; in iuria afficere, neque aliud hęreticis familiarius est, quàm hunc ordinem taxare, uituperare, & euertere: impiis iocundius, quàm fratri S. Frācisci insultare. Ecqd in Gusiaco tumultu primo derisi sunt Fratres S.

Fran-

Francisci?his maxima iniuria illata?hi tamen conser uauerunt statum Christianę Religionis in Belgior, & adhuc conseruant amici Dei, imitatores Apostolorum, uiri sancti, fulgentia lumina mundi. Neque moror, quid impii de his dicant, fingant, & splēdidè mentiantur: qui ideò non ferunt hos sanctos uiros, quòd pecuniam idolum mercatorium scilicet aspernantur, & contra hoc prædicant, quæstuiq; iniquo impiis usitato contrarii, recto tramite incedūt. Scio in me quoque uituperantem suum idolum, & hoc ex animo, ex corde, ex uiribus triplici funiculo meo facientem, ac penitus detestantē ut execrabilissimū Anathema suos dentes strigent. Sciant tamen, quod in die iudicii terribilis pecunia non excusabit, non iuuabit, non liberauit eos: sed onerabit, deprimet, æternaq; damnatione strangulabit, proximi sunt conseruatores & hunc funiculum corroborantes Heremitæ, Anachoritę, & illi monachi qui paupertatē, & pecunię contemptum amant, & de superfluo pau peres nutriunt: tum illi Ecclesiastici, qui non cistam, sed Christū quærunt, & qua in re debēt, & maximè possunt, mūdo sunt contrarii: nempe in contemptu pecuniæ. Mundani homines pecuniam quęrunt: cor ruptibiles enim corruptibilia amant, quare ecclesiastici qui immortali Deo inseruiunt & uiuunt, debēt immortalia quærere, pecuniam negligere, & paupertatem priuatam amplecti, si enim omnes qui orantē funiculum contexunt, pecuniam contempserint usu suo hoc est ita ut res ipsa est terra, terram communē habuerint, pedibus conculcauerint; & uilè fecerint, plus roboris Christianus orbis habebit: si idē milites fecerint, si deniq; laborantes, firmus erit funiculus & inuiolabilis, in contemptu enim pecuniæ maximæ res coaluerunt, & conseruatæ sunt: in honore pecuniæ illæ conciderunt. Quum Persæ, Græci, Romani, Franci, Germani contemnebant pecunias, dominabantur orbi, posteaquam honorare cœperunt pecunias, exciderunt omni imperio, & coacti sunt

aliis

aliis pendere pecuniam. Iam quot monasteria in paupertate, & defectu pecuniæ sunt erecta, quot templa, turres, aræ, campanæ, & similia facta, & adhuc nusquam quàm apud pauperes & pecuniæ contemptores uigilantius conseruantur, in copia pecuniæ ea uidemus perire, & apud eos præsertim, qui plurimas pecunias habent. ò ingens malum pecunia: quàm omnes uiri boni summis rationibus aspernātur: quam demonstraui nunc satis à uiris diuinis semper abiectam fuisse, & Christianis improbatam,
15 procul fugiendam.† Vnde qui pecuniam inuehunt, & huius pretium faciunt, ut sunt usurarij, fœneratores, financiarii actiui, argentarii, bancarii, Nummularii, Mensarii, Campsores, trapezitæ, Collybistæ, Collectarii, Simoniaci, & si qui improbi mercatores non pertinent ad hunc funiculum, si uerò admittantur, protinus funiculum Christianæ religionis dissoluunt, scelera inuehunt, hæreses inuectunt, schismata inuoluunt, bella implicant, societatem Christi nodo Gordiano arctius cohærentem dissecant, funesta igitur pecunia cum sui cultoribus explodenda est, & in profundum pelagus præcipitan-
16 da. †. Paulum subsistite, quia haud satis intellexistis pecuniam aduersari Iustitiæ, illud igitur plenius demonstrabo, rem cognitu necessariam, & utilem, sicut ipsam Iustitiam, conseruatricem humani generis, & qualiscunque societatis permansuræ. Palàm ex prædictis fit, quod pecunia funiculum dissoluit, hoc est, societatem ualidam infringit, contra quam facit Iustitia. Hæc urbes, arces, & familias facit pacatas, tranquillas, & concordia munitas contra omnem uim externam, & internam, pecunia uero urbes, arces, ædes, & omnia perturbat, monet susque deque, labefactat, & expugnat: nihil tam ualidum quod non pecunia expugnari potest, imò ipsam seuerissimarum fœminarum pudicitiam expugnat, nihil est potentius auro, hoc est, pecunia ipso Ioue teste, qui quod aliis suis

Pecunia aduersatur Iustitiæ.

fraudibus,& uiribus consequi nequiuit, id obtinui pecunia, hac superauit æratos postes, deiecit ferrea turres, uicit durũ patrem, inadeptus est copiam seue ræ fœminæ ac pudicæ. Nolo enarrare quot matrona rum pudicitiã prostituit pecunia, & adhuc quotidie quot puellas & uirgines ad intemperantiam perducat, efficiatq́ue ut nullam fidem, pietatem nullam ser uent uirginitati, Ecclesiæ, matrimonio, sibi, suisq́ue parentibus, & amicis. Si uobis libet in hanc materiam expatiari, audite Iuuenalem.

Vnde hæc monstra tamen, uel quo de fonte requiris?
præstabat castas humilis fortuna Latinas
Quondam, nec uitijs contingi parua sinebat.
Quondam, nec uitiis contingi parua sinebat.
Tecta labor, somnique breues & uellere Tusco
Vexatæ duræq́ue manus, ac proximus urbi
Annibal, & stantes collina in turre mariti.
Nunc patimur longè pacis mala, sæuior armis
Luxuria incubuit, uictumq́ue ulciscitur orbem.
Nullum crimen abest, facinusq́ue libidinis, ex quo
paupertas Romana perit, hinc fluxit ad Histros,
Et Sybaris colles, hinc & Rhodos, atque Miletos,
Atque coronatum, & petulans madidumq́ue Tarentũ.
Prima peregrinos obscæna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt sæcula luxu.
Diuitię molles, ...

Pudeat nunc eos, qui pecuniam honorant, & cupidè quęrunt, qui huius cã impigri extremos currũt ad Indos per mare, per saxa, per ignes, quid petunt aliud, quàm materiam malorum morũ, impudicitiæ, iniustitiæ, leuitatis, lasciuiæ, omnium denique uitiorum. Quid non pecuniæ causa Græci attentauerunt, quum aureum uellus peterent? ius hospitij pecuniæ causa uiolauerunt, matrimonium deturpauerunt, filiam uirginem Regis abduxerunt, & furati uellus aureum aufugerunt, sicut canit Ouid. in Metamor. 7.

Dumq́ue adeunt Regem Phryxeaq́ue uellera poscunt
Voxq́ue datur Minyis magnorum horrenda laborum.

Quæ

Quæ maior est iniustitia & perfidia, quàm contra omnem impietatem uendere patriam suam hosti? sed hoc facit pecunia: Arne nanque insulam Sithona, in qua genita erat, capta pulchritudine pecuniæ, prodidit illam Minoï hosti, unde à poetis fingit mu tata in monedulã, quæ adhuc splendore pecuniæ tenetur, & furatur undecunq; põt, ne pro meritis penderet supplicia. Vnde sic canit Ouid. in Metamorph.

Marmoreamque Paron, quàm impia prodidit Arne
Sithonis accepto, quod auara poposcerat auro
Mutata est in auem, quæ nunc quoque diligit aurum,
Nigra pepes, nigris uelata monedula pennis.

17 †Quam multa mala perpetrentur propter pecuniam, nimis longum est recensere: atque ea adeò magna, & grauia sunt, ut dignis in hac uita suppliciis expiari non possint: ideò apud inferos æternis cruciatibus destinati uexantur. Quemadmodum Virgilius sexto Aeneidos canendo docet sic.

-------Ne quære doceri
Quam pœnam, aut quæ forma uiros fortunaue mersit.
Saxum ingens uoluunt alij, radijsq; rotarum
Districti pendent. Sedet, æternumque sedebit
Infœlix Thesæus, Phlægiasque miserrimus omnes
Admonet, & magna testatur uoce per umbras:
Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.
Vendidit hic auro patriam dominumque potentem
Imposuit, fixit leges pretio, atque refixit.
Hic thalamum inuasit natæ, uetitosque hymenæos.
Ausi omnes immane nefas, auroque potiti.

Hic itaq; cruciantur Tantalus pecuniæ sitientissimus, Midas, corruptus Iudex. N. quẽ Cambyses excoriauit, & in pelle patris filiũ iudicem constituit: Crœsus Lydorum Rex in pecunia & ui auri beatitudinẽ collocans, atq; ideo reprehensus à Solone. Hic Rex Threicius, qui propter pecuniam Polydorum hospitem, & tutelæ creditũ occidit. de quo ita Virg. canit.

Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno,

Infœlix Priamus furtim mandarat alendum
Threicio Regi: cum iam diffideret armis
Dardaniæ, cingique urbem obsidione uideret,
Ille ut opes fractæ Teucrum & fortuna recessit,
Rex Agamemnonias, uictriciaque arma sequutus,
Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur. quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?

Hic pœnas auaritiæ, cupiditatis pecuniæ, & iniustitiarum propter pecunias commissarum patiuntur Euclyones, Antiphones, Cari, mercatores, usurarii, fœneratores, nũmularii, Mestre, Erysichton, Tiranni omnes, Busiris, Alcibiades, Pisistratus, Periander, Philippus Macedo spoliator Delphici oraculi, Brenno Sacrilegus cum multis millibus suorum militum. Cambyses occisor Apis. Seleucus, & huius iussu minister spoliationis templi Hierosolymitani Heliodorus, Gneus Pompeius uiolato sancto sanctorum Hierosolymis: Lucius Crassus, & ex eadem familia Marcus Crassus à Parthis occisus, & in opprobrium derisus execratione pecuniæ: Didius Iulianus, qui pecuniæ ui imperium emit: Iulianus Apostata, qui Adeò solet execrari pecuniã, ut fiscũ ideò lienẽ uocaret: Hic Iudas ꝓditor Christi propter triginta denarios: & oẽs Iudaici homines, nec Iudæi uicti, aut à doctrina Christi alieni fuissent, nisi pecunia illos seduxisset, & occæcasset, uti Suidas pulchrè docet, ubi agit de nomine Iesu, uereor ne hoc Barathrũ pœnarũ plurimos mortaliũ hauriat, & sine fine diuexet, præsertim propter pecuniã, & huius causa commissam iniustitiã, unde rectè dicitur, quod magni est animi cõtemnere pecunias, si non habeas. Audite Ciceronem in officiis sic loquentem: Nihil tam angusti, tam parui animi, quàm amare diuitias, & nihil honestius, magnificentiusque quàm pecuniam contemnere, si non habeas, sed si habeas, ad beneficentiam liberalitatẽq; conferre, quod quid est aliud? nihil nisi quod iustitia suadet, ut cuius pars maxima est liberalitas,

& bene-

& beneficentia, à qua uiri boni denominan tur, pecu niam contemnere, non quærendo eam si careas: nō honorando, aut seruando si habeas. Illud non omiserim, quod pecunia nunquā tā bono pretio, & æquo potest fieri, ut eius largitione uirtuti satisfiat. Vilius est omne aurum uirtute, non satisfacere uirtuti est magnæ iniustitiæ, ergo hoc nomine quoque pecunia aduersatur iustitiæ. Adde huc quod maior est iustitia in permutatione, quam in traditione pecuniæ pro re empta, quia pecunia nō semp est ex bona materia: non est per se usibus apta: non habet suum pondus, uel suam quantitatem: nulla in re maior est fallacia, & fraus hodie, quàm in pecunia. Taprabones incolę cultores pecuniam aspernantur pluribus his de causis, rex tamen Taprabonicus, ut pulchrè Solinus narrat, nulla de causa magis admiratus est Romanos, horumq; amicitiam libentius amplexus, quàm quod diuersas pecunias uariis uultibus insignes æquo pondere deprehendisset, nimirum adeò multū potest æquitas apud exteros & incultos, nullaque philosophia imbutos homines, sed hanc ut primi Romani mordicus obseruauere, & per eādem dominium rerum adepti sunt: ita posteriores contempsere tunt dato loco pecuniæ, nunc tanta est iniquitas, tā ta fraus, tanta adulteratio pecuniæ, ut non opes priuatorum sed etiam totius Reipubl. uires & diuitiæ euacuentur, ac ad infideles, aut hæreticos trāsportē tur. Haud temere dixi tot de causis pecuniam aduersari iustitiæ: nec otiose uos monere debeo, ut pecuniā uitetis, & uenerabile institutum ac diuinum S.
18 † Francisci piè colendum imitemini, ipsos uero fratres S. Francisci tanquam bonorum morum exemplar in honore habeatis, & adiuuetis. Recte D Augustinus de uerbis Domini scripsit: Diues inquit, & pauper duo sunt sibi contraria, & sunt sibi duo necessaria, nullus indigeret, si se inuicem supportarent, nemo laboraret si se ambo iuuarent, diues pp pauperem factus est, & pauper pp diuitem, pauperis est,

orare, & diuitis erogare, & Dei est, pro paruis magna præstare. Nunc igitur habentes pecuniam erogent eam, & iuuent non habentes, quia scriptum est, date & dabitur uobis, nec solum hoc uerum & diuinum Christi est præceptum, sed & naturale impressum omnium cordibus, quia Ethnici id nouerunt, qui in die iudicii Christianos haud dubiè accusabunt. Ecquid ita Horatius eleganter scripsit.

......Horum
Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum;
At si condoluit tentatum frigore corpus,
Aut alius casus lecto te affixit: habet qui
Assideat, fomenta paret, medicum roget, ut te
Suscitet, ac reddat natis, charisque propinquis.
Non uxor saluum te uult, non filius. Omnes.
Vicini oderunt, noti, pueri, atque puellæ.
Miraris cum tu argento post omnia ponas,
Si nemo præstet quem non merearis amorem.

Quid est autem magis mandatum Christianis, quàm ut bene faciant, nec solum amicis, sed pro inimicis quoque, ut orent pro persequẽtibus, & calumniantibus? quid dicit diuus Paulus: Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi, & apud Lucam legitur; Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas similiter faciat, uide te ergo, qui habet pecuniam & huius copiam, nonne debet hunc erogare? imò maximè. Nec silentio transeundum est, quod muti sibi plaudunt in copia nummorum sicut ille quem Horatius à populo reprehensum ubique Athenis etiam annotauit, ut quidã memoratur.

Sordibus ac diues populi contemnere uoces
Sic solitus, populus me sibilat, at mihi plaudo
Ipse domi simul, ac nummos contemplor in arca.
Tantalus à labris sitiens fugientia captat.
Flumina, quid rides? mutato nomine de te

Fabula

Fabula narratur, congestis undique saccis
Indormis inhians, & tanquam parcere sacris
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.
Nescis quid ualeat nummus quem praebeat usum?
Panis ematur, olus, uini sextarius, adde
Queis humana sibi doleat natura negatis.
An uigilare metu exanimem, noctesque diesque
Formidare malos fures, incendia, seruos,
Ne te compilent fugientes, hoc iuuat?

9 †Sed superbire in numo quid est aliud quàm Idolatria? rursus ipsa cupiditas nummi est idolatria teste Paulo in Epistola ad Ephesi. Capite quinto. Idololatrae uero non habent partem in regno Dei, quã- *ad Ep. 5*
obrem summa est iniustitia pecuniae, quae homines excludit Regno coelorum beatissimo, ad quod deus omnes uocat, nec quisquam perit nisi sua culpa, denique illud addam, quod summa est iniustitia pecu-
20 niae in una re huc saltem manifestissima. † Nimirũ qđ efficit, ut optima & iustissima, appareãt pessima & iniusta, haec iudicum animos corrumpit, mentes occaecat, & à ueritate ad falsa, à iustitia ad iniustitiã transfert, tantae est potentiae sceleratae, ut suo fulgore fascinet laetissimi senatus oculos, flectat rigorem, torqueat ius tanquam cereum nasum, unde propheta rectè dicit: In quorum manibus iniquitates, dextera eorum repleta est mulieribus. Contra quis est beatus? qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit: Quamobrem placeat audire Ecclesiasticum, qui sic pronũciauit: Qui aurum diligit, non iustificabitur, & qui insequitur consumptionem, replebitur ex ea, multi dati sunt in auri casus, & facta est in specie illius perditio illorum, lignum offensionis est aurum sacrificantium. Vae illis, qui sectantur illud, & omnis imprudens deperiret in illo. Beatus est diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurũ non abiit, nec sperauit in pecunia, nec in thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in ui- *Psa. 14.* *Eccl. 31*

ta ſua, qui probatus eſt in illo, & perfectus inuentus eſt, & erit illi in gloria æterna. Reſtant plurima argu menta, quibus demonſtrare poſſum, pecuniæ ingens uituperium, & immenſa ſcelera, niſi uos laſſos quo-
21 dammodo uideri mihi uiderer. † Paucis itaque perſtringuam, Pecunia homines dementes reddit: amor non ſolum amantes, ſed etiam amentes, amor pecuniæ delyros & ſtupidos facit, hinc multis poetæ Aſini auriculas affingunt, ut etiam tenaciſſimo pecuniæ collectori Midę, & Socii Plutonis fatui referuntur, magis quam qui Bacchi Dionyſiaca celebrant. Noui auarum cupiditate pecuniæ eo tandem deueniſſe, ut folia arborum, conchylia, lapillos rotundos & ſimilia lignorum dura ſegmenta exiſtimaret eſſe pecuniam, ac conderet marſupio, nihil tandem præter pecuniam, emptiones, uenditiones, debita, ac uſuras loquebatur: communis ſenſus cæterarum rerum illi penitus perierat, & memoria uirtutis: quamobrem pecunia cum prudentia bellum gerit, perſuadet ut & imperitiſſimi uendicent ſibi ſapientiam Salomonis, & Aſini lyram capiant, ut ignobiliſſimi ſe ueſtiant aureis & argenteis amictis, induant annulos gemmis & auro inſignes, coronent pectus torquibus aureis, ſumant arma & inſignia militaria, denique amplum alant famulitium, & bella quoque ſpirant, audent ſe principi ſuo, Regi ſuo, Sanctæ Eccleſiæ Dei, & Deo ipſi opponere, tantam quidem dementiam, & proteruiam hominum animis ingerit ipſa pecunia rerum omnium peſſima, quam furiæ infernales diſſeminaſſe uidentur, ut ſacra prophanis, cœlum terra permiſcerent. Hæc eſt illa Homeri Athe è cœlo depulſa, unde illud.

Aethereis poſtquam deiecit ſedibus Athen
Iupiter: Heu nexat quam mala noxa uiros
Euolat hæc pedibus celer, & pernicibus alis,
Intactumque nihil caſibus eſſe ſinit.
Ergo ?iæ proles Iouis hanc comitantur euntem

Sartura quicquid fecerit illa mali
Sed quia segnipedes, strabæ, lassæque senecta,
Nil nisi post longo tempore restituunt.

22 † Tantum mali potest unica pecunia funesta, ut nihil inctatum sinat, & admissa cuncta expugnet, cũ ipsa sapientia cõtendit, unde recte monuit Salomõ, canens fugere uenenum pecuniæ, dum ait. Sicut sapientia ita protegit & pecunia, est hæc pessimorum natura, ut semper æmulatione nitantur optimum superare, sic pecunia inuidet Sapientiæ, & promittit id facere, quod proprium est Sapientiæ. Anne diabolus se trans format in angelum lucis, & lupi in naturam ouis donec rapiant, & Pseudoprophetæ in formam uerorum ac bonorum prophetarum, ueniunt in uestimentis ouium, intus sunt lupi rapaces Fallũt specie uirtutis & umbra, sic pecunia est prima huius auctoritatis, merisque fallaciis, quas qui ignorat, sapientiam esse putant, ne igitur fallamini iterum uos moneo, nolite sperare in incertitudine pecuniarum nolite has concupiscere, ut quibus uix prudentes uti possunt, nisi caute ambulent, & quarum abusus est infinitus, de quo latius aliquãdo disputabo, aut hæc saltem adiecero, quia securissime ambulant, qui pecunia carent, uti Iuuenalis dixit.

Cantabit uacuus coram latrone uiator.

Nullam uobis pecuniam elargior, ut quam nec curo, nec uobis oneris, periculique alicuius instrumentum præbebo, meo itaque dicto, facto, & exemplo hanc piam admonitionem boni consulite, & pecunias more Terentiano in loco negligere discite quoniam maximus ille est quæstus, quæstus inquam ingens & ineffabilis, pietas cum sufficientia, neglectus pecuniæ, Dixi.

APPENDIX VITVPERII pecuniæ.

SVMMAE.

1 AN diabolus habeat potestatem ditandi aliquem, hoc est, subministrandi quantam quis exigat copiam pecuniæ.

2 Potẽtia diaboli magna, sed plena illusionibus, attingitur.

3 An diabolus copiam habeat materiæ eius, unde fit pecunia & uidetur quod habet, atque id est, quod docetur plurimis argumentis, unde & pecuniæ quantum uult potest elargiri, & ditare.

4 Exemplum, quod diabolus suppeditauit pecuniam quibus uoluit: nimirum à quibus colebatur.

5 Quia diaboli est proprium fallere, ergo etiam cum maxime pecuniam uidetur elargiri, fallit, nec dat pecuniam, sed falsa, ita docetur, quod diabolus non potest creare materiam pecuniæ, nec pecuniam, sed fingere falsam quandam formam potest, Deo permittente.

6 Si diabolus posset creare materiam pecuniæ, & hanc facere, ac elargiri, omnes Principes mundi, qui non sunt uerè Christiani, traderent animam suam diabolo, & facerẽt omnia in gratiam diaboli, ut haberent pecuniam, uel ipse diabolus omnes principes sibi subderet.

7 Diabolus etiam quum maxime uelit, non potest, suppeditare pecuniam cultoribus suis, docetur Exemplis.

8 Docetur quod mali pecuniam quærentes, & sic diabolo inseruientes, à diabolo in mille mala detruduntur, pecuniis carent, & semper cruciantur, contra qui pecunia carent, nec hanc quærunt, Deoq́ue seruiunt, uiuunt beatissimi.

9 Si homines considerarent ea mala, quæ propter pecuniam diabolus infert, non concupiscerent pecunias.

10 Diabolus nemini potest pecunias subministrare ueras adeò ne Thesauros eruere, uel aliunde pecuniam premere possit, nisi Deus illi permittat propter aliquod bonum.

11 Diabolus si haberet potestatem dandi pecunias ueras, quibus

bus uellet, efficeret ut Christiani nusquam terrarum possent permanere, imo ne Christiani essent, & sic praualeret Ecclesię Christi, quod impossibile est.

12 *Quanquam impii semper conati sunt Ecclesiam spoliare pecuniis, instinctu diaboli scilicet, nunquam tamen suo uoto potiti sunt, nam Deus Ecclesiæ suæ abunde omnia suppeditat, & quum minime pecuniam curant, tamen ea abundant.*

13 *Solius Dei est ditare, & creare materiam pecunię, & huius abundantiam elargiri, quatenus opus est.*

14 *Deus bonos nunquam deserit, & quum opus est pecuniis ditat.*

15 *Conciliatio locorum Sacræ scripturæ, qui pugnare uidentur, ut quod diabolus princeps mundi dicitur, & quod dicitur omnipotens, & princeps, hinc patet Deum posse ditare quem uelit illius diabolum, Sed locis explicatis patet Deum posse, dibabolum minime.*

16 *Breuis ratio, Cur diabolus per pecuniam multa mala committit, quomodo.*

1 VT Vlgo dici solet, non omne quod fulget aurũ est, ita certè multi pecuniam esse putãt, quæ pecunia non est, qua in parte maxime fallaciæ pecuniarum in mentẽ ueniunt, dum quoque has considero rapior eo, ut parũ adhuc de pecuniæ indignitate, & uitiis dixisse mihi uidear, sed respirasse paulum non displicebit, quandoquidem arduam quæstionem, & quæ integros commentarios desyderat, obiter perstringam, cuius quidem expositione maxima mala pecuniæ manifestabuntur. Est autem mea quæstio talis, quæ an ab ullo mortalium hactenus plenè sit excussa, uehementer dubito, & circa quam plurimorũ cogitationes occupari solent desyderio certitudinis quærunt enim haud pauci, an diabolus habeat potestatẽ ditãdi, aliquem, uel dandi tantũ pecuniarũ quãtum desideret aliquis, hoc maxime quærunt qui præstigias multas dæmoniacas obseruauerunt, quique scrutantur illum locum sacræ scripturæ, ubi legitur

quod

quod diabolus Sathan assumpsit Christum in altissimum montem,& ostendit illi oĩa regna mũdi,& gloriam illorum, dicens : *Si procidens adoraueris me, dabo tibi omnia*, hæc nam hic locus innuit, quasi oĩa regna mũdi, oẽs pecuniæ mundi pertineant ad diabolũ,& sint in manu diaboli,ut scilicet cui uelit, elargiri possit, præstigiæ uero ille uarias potẽtias & illusiones diaboli per pecunias demõstrant, utrinq; colligitur,quod diabolus per pecunias tentat homines,fallit multos,& plurima mala operatur,quãobrẽ pecuniam,intelligite inquã, cupiditatẽ pecuniæ, rem pessimam esse, pessimum instrumentũ, ut quo utatur diabolus,& circa quod uersetur diabolus oĩs rei malæ auctor, distinguite interea pecuniã, ut quæ uel materia bona,& à Deo creata, & ab hominibus usus cã signata est: uel quæ est ficta quædã materia, ex multis diuersi generis superfluis ac quasi fœcibus collecta,& adulterata in forma monetæ. Iã quæstio est,an Diabolus copiã utriusque huius materiæ habeat?affirmatiuè respondere põt,quod habet,nã habet omnia regna mundi : qm̃ demonstrauit Christo omnia,& ea se illi daturum promisit:iũ Christus inquit,meum regnum nõ est de hoc mundo,& rursus diabolus uocatur princeps mundi huius , denique Ioannes in Canonica Epistola scribit. Non diligite mundum, neq; ea quæ in mundo sunt. Proinde pecunia quæ una & præcipua res regnorũ mundi est, & quę summũ imperiũ gerit in terris,& cui obediũt omnia terrena,quoq; est diaboli,& diabolus est. Princeps huius qui autem princeps & rector est, is dare potest quantum uult de eis,quę sunt sua,unde consequitur quod diabolus põt dare quantum pecuniaiũ uult,& potest ditare quem uult, huc addite uaria experimenta,quibus suã potentiã diabolus declarauit:inter alia illud,qđ Brugis ipse cũ plurimis aliis re uera cognoui,enarrabo,cùm ei ciuitati essẽm à legatione & à consiliis: Quidẽ carpentarius multorũ familiaris Geta tabernas sæpius frequentabat, quàm

laborabat,

laborabat, suamq; poculis pecuniã insumebat, monitus ab uxore aliquando, & obiurgatus est acrius, expostulante illa, qđ laborare oporteret, ut sibi ipsi, ac prolibus suis uictũ & amictũ procuraret, ut lucraretur necessaria, reiterando illud in faciẽ frequẽter: tandem accerrimè uxor expostulauit, quod oẽs pecunias suas in taberna expenderet, adeo quod non haberet circa hyemem unde emeret bouem, uaccam, porcum, aut semi bouẽ, semi uaccã, semi porcumve (ut faciebant uicini sui) quo toto anno commeatũ haberet nutriendæ familiæ suæ, parataq; alimenta, uulgo prouisionem dicunt: cui ille irato animo iracundus respondit, habebo bouem, aut uaccam, uel saltẽ porcum, quamuis darem animam meam diabolo Sathanæ. Ita mense Octobri progressus uersus forum, quo tẽpore mactari solẽt boues communi initio, in media uia obuium habuit quendã bene uestitum, tanquam egregium ciuẽ, qui ei dicit, quid agis, ꝙ tam es tristis, & mœstus, is statim illi plenè totũ negotiũ exponit, & querelas uxoris, suamq; cõditionem aperit. Tum ille duodecim nummos coronatos solares, aspectu pulcherrimos dedit ei, quib. emeret bouem, uel uaccam, uel porcos si uellet, is ergo nõ cũctatus adiit, forũ bouem emit, postquam bouẽ duxisset domum, dixit uxori suæ, ecce emi nobis bouem, mactemus hunc: mactato autem boue is statim à diabolo possessus est, & annos uexatus miserè quatuor, tandem liberatus est precibus, suasu, & opera bonorum uirorum, qui consuluerunt illi, imo imperauerunt, ut candelam ceream cõsecratam deferret ad Sacellum S. Basilij (in quo extructo Theodoricus ab Alsatia portionẽ Dominici cruoris Hierosolymis allatam uenerãdam condidit) ac offerret, cõfitereturq; sua peccata, & sumeret ibidem sacram Eucharistiã. His enim ritè peractis liberatus, diu postea uixit. Nec omittendũ illud, quod contigit ante annos plus minus sedecim in oriẽtali Frisia: Quidã Chirurgus certis formis cum diabolo fecit pactũ, ut

nunquam esset pauperior septem cifris, sic uocant monetam pretii medii stuferi nostræ monetæ: postea emit: lusit, conuiuia fecit, domum omni supellectile plenam, ac commeatu habuit, accusatus de furto, de rapina, se defendit, ac sine iniuria alterius se illa possidere ostendit. Iterum deprehensus maximus aleator, otiosus, potator, conuiuator, in arte infelix, uel nullus, & accusatus ueneficii rem ipsam detexit, uocariq; suum diabolum Tuet, quo se quoque significabat, tãdem dãnatus, capitali supplicio est affectus à generoso nobiliq; Dño Nicolao de Frisiis Frisio Satrapa tũc Arcis Lerortanæ. Quinimo uidemus nonnullos otiosos, & prodigos abundare pecuniis, contra operarios & diligentes Agricolas semper egere, pecuniis destitui optimos quosque ferè, quid ad hæc dicemus? nonne diabolus uidetur largitor pecuniæ, & contra raptor? Scio quod huiusmodi plurima exempla & argumenta adduci possunt ad docendam hanc potentiam diaboli: sed opus est, ut paulo altius hoc negotium perscrutemur, ne diabolũ aliũ esse putemus quàm re ipsa est, nam huius hoc est proprium ut fallat, ut mentiatur, fingat, ut lædat, ut destruat, ut ementito honore colatur. Quare dico quod diabolus non potest etiamsi maximè uelit, pecuniam elargiri uel bonam, uel quantam aliquis desyderat: creare enim materiam diabolus non potest ex qua fit pecunia, solius enim Dei hoc est, ipse mãdauit, & creata sunt. Diabolus creata corrumpere, destruere, adulterare, transformare præsumit, nec amplius potest, quam illi à Deo permittitur, semper se Deo, & Dei operationi apponit, unde aduersarius dicitur, & frustra præualere laborat. Hoc nanq; modo continuo magis ac magis affligitur, dũ suo optato successu frustratur, & laboris fructu priuatur. Deus est omnipotens, & qui omnipotens, est Deus, si diabolus posset creare materiam bonæ pecuniæ, expendere bonam monetam, esset in has parte potens cum Deo: Nunc autem miser est, execratus, & malus.

malus. Itaque non poteſt creare pecuniæ materiam, non dare pecuniam, niſi deus illi permiſerit propter peccata mortalium punienda, uel ad tentandos probandoſque bonos, unde deprehenſum eſt pecuniam à diabolo datam plerunque eſſe falſam, nam duodecim illi coronati pro boue dali à Carpentario Brugenſi, cuius modo mentionem feci, poſtea informatione habita à bonis uiris, qui diaboli figmentum ſuſpicabantur, fuere deprehenſi pulchri uale intuitu, iuſtique ponderis, ſed tamen uiliſſimæ materiæ, pauciſſimi, ac nullius ualoris. nimirũ hoc ludibriũ, ars & ſcientia eſt diaboli, ut Prothea agat, ut ſe in Angelum lucis transformet, nunc hanc, nnnc illam emẽtiatur figuram, idque non adiuuandi, ſed decipiendi cauſa, quamobrem quid mirum ſi adulteret monetam, uel chymicam fraudulentam exerceat? ſed tamen ne hac quidem in parte ſuum integrum habet ius, ſuam poteſtatem, aut deſiderium, inexplebile nocendi cacoethes, nam ſi integram hanc facultatem habuiſſet, illi utique carpentario plures quàm duodecim dediſſet coronatos nummos: & alteri plures quàm ſeptem cifras. Quamobrem ſecundum facio tale argumentum. Quod ſi diabolus haberet poteſtatem ditandi, ſicut Deus habet: pauci reperirentur Imperatores, Reges, Duces, Comites, Barones, ac huius generis principes, imo pauci mortalium, qui non animam ſuam diabolo quotidie offerrent, darent, & ſubderẽt, ut ſufficientes ab ipſo pecunias impetrarent, ut haberent, quo ſe defenderent contra ſuos hoſtes, quo uindicarent ſuos inimicos, & ut in omnibus poſſent potiri rebus explendę concupiſcentiæ, deſiderioque carnali neceſſariis, aut utilibus, ut ſcilicet mundanis ſatiarent, quin paſſim iactitarent illud Sardanapali ditiſſimi Regis.

Ede, bibe, lude poſt mortem nulla uoluptas.

Et illud.

...Cum ſis mortalis pręſentibus exple
delitiis animum.

Nec

Nec dicerent modo, sed etiam facerent, si à diabolo pecunias habere possent, præsertim profligatissimi homines, perturbatores pacis, decoctores suarū rerum, uentriq;, gulæq; dediti ut pecora cāpi, & qui pecuniam suam animam, uitæ suæ sanguinē, neruū belli uocant. Quū uero ipse diabolus natus sit perdendis & ad damnationē perducendis hominibus, possitq; subsidio pecuniæ plurimos expugnare, qd hoc facit minimè in causa est, quia non potest dare quot uult pecunias, impotentia ditandi: ita ex parte petentium pecunias, & ex parte dantis diaboli cō uincitur, quod diabolus non habet ditandi uel con ferendi quot uelit pecunias. Nam nec illi animam dant diabolo, aut si darent, non haberent sufficientia, quod multorum exemplis patet, nec potest quātum homines poscunt mali, Sathanas suppeditare: ut Sagæ maleficæ multis modis referre possent, & ex confessione maleficorum Sathanicorum tormentis expressa multi didicerunt, cuius generis uerissimum exemplum non omittam. Apko Mellonius rusticus in agro Groningensi non procul oppidulo Dam maleficium Sathanicum didicerat, & se diaboli societati sic dederat, ut copiam pecuniæ semper & abundantiam rerum terrenarum haberet, sed quum importunius præriperet pecunias, & formosissimas puellis, quas demon in societate congregabat, uellet gaudere, occęcatus est utroq; oculo, unde, nec pecuniā dignoscere potuit, nec ab illusionibus tutus fuit, nō tn̄ sufficiētes illi dæmon pecunias subministrare potuit, nā primus fuit in Groningensi Frisia ille Apko, qui fœnus pecuniæ malo exēplo, maximoq; conuitio auxit, haud dubiæ diaboli instinctu, & auxilio, ut sic quod diabolus dare non posset, per alia media propter hominum peccata illata obtineret, tandem hic Apko à loci iudice captus, & iustis sententiis damnatus, ac exustus est non procul oppidulo Dam. Iudex uero bona nobilitate Frisica clarus Menno Houerda uocatur, cui huiusmodi plurima

ab

ab apxone relata sunt pluribus præsentibus, Sed nolo in hũc campũ expatiar: satiis patet quod nec principes, nec populares animã suã uolunt dare diabolo nisi sint penitus lumine & cognitione ueritatis destituti, sicut Mahomethani: quia sciunt, animaduertũt, & multorũ exẽplorũ relatione cognoscũt, quòd diabolus non potest pecuniæ satis deuouẽti se suppeditare, nõ potest quẽ uelit ditare. Neq; uerò alienum instituto fuerit cõmemorare illud exẽplũ, quòd uerissime narratur à Cæsario homine minime futili: quo ostẽditur quod nihil dæmõ potest, nisi à Deo pmittatur, & quod hoĩes, quibus maxime nititur spe pecuniæ ipsis dãdæ imponere, sciũt illũ nõ habere talem potestatẽ, etenim Cãpanarius in pago diocœsis Coloniensis uoti persoluendi causa comitatũ suũ addixerat cuidã fœminæ, quæ rogauerat, ut bene mane pulsaret cãpanã, quo uitãdi æstus diurni causa tẽpore frigidiore molestias itineris superarẽt, promiserat hoc Cãpanarius pridiè, noctu uenit quidã, & excitat Cãpanariũ (ut eo uocabulo utar) iubet pulsare, ille putãs fœminã esse secũ peregrinaturã surgit, uadit ad tẽplũ, interea ex Gallicinio, & lãpade tẽpli ardentæ, cognoscit adhuc multã esse noctẽ: itãq; regressurus ut fœminæ nũciaret, quod adhuc aliquãtulũ quiesceret obuiũ habuit taurũ, qui lingua exerta illũ prostrauit in terrã supinũ, mox apprehẽsum detulit in pinnaculum turris Ensenburgi castri, facta oblatione huic pecuniæ magnę, multarumq; diuitiarũ, uoluit ut in sua uerba iuraret, dicens, *Huld my*: rursus inde proposito ni id faceret metu pręcipitii ait, *Huld my*, sed Campanarius diabolum esse intelligens deceptorẽ, & præstigiatorem, adiuro te, subdit, per Deũ uiuũ, ut me sine periculo deponas, & à me discedas, non te tuaq; curo, itaque diabolus illum detulit in uillam *Germersheim*, ibiq; terræ durius illisum, sine noxa, non sine dolore magno reliquit, uicini peregrinum inuentum, & consternatum refocillauerunt, his ille & multis aliis de castro Eysenburgo,

proximisq; locis cuncta ita narrauit, tanq̃ si pedes inuisisset, quũ per ea à diabolo uectus esset, reuersus ad suos oĩbus facti admirationẽ incussit, In hãc sententiã Cæsarius narrat: Christus sciens diabolũ esse mẽdacem, nec posse etiãsi maximè uellet, pecunias, & regna mundi dare, spreuit illũ, ac durũ respõsum, ineluctabileq; fatum illi opposuit dicens: Abi hinc Sathana, scriptum est enim Dominum Deum tuũ adorabis, & huic soli seruies, qui uero putant, quod dæmon talẽ habet potestatem, & se ideò illi dedunt, ut in uno, ita in altero falluntur, nam mendax est diabolus, & pater mendacii, impostor est diabolus, & pater omnis imposturę, omnisque Hypocriseos, quid enim? nunquid Turcę & multi impii dæmoni seruiunt, & à dæmone, diuitias, pecunias, regnaque mundi petunt: tamen nunquam illis satis est, quum etiam maximè diuitias Sanctæ Ecclesię Dei eripuerint, tamen egent & plura petunt, magisque eos diabolus affligit, instigatque, ut ipsi bellis bona, pecuniasque Christianorum inuadãt. Si diabolus potentiam ditandi haberet, quur ad bella eos instigaret? si pecuniæ quantum uellet, haberet, & erogare posset, quur suos cultores tam uariis calamitatibus perderet? periculis exponeret? ardua quæque subire cogeret? sed nunc non solum suos sibi pecuniæ, diuitiarũq; sœculi causa deuotos mille tormentis in hac uita excruciat, sed post hanc uitam ęternis pœnis diuexat, hoc etiam Ethnicis philosophis & poetis notum fuit, hinc illæ fabulæ de Tantalo, de Eresichtone, de Mestre, de Arne, de Mida. Hinc Virgilius sic canit.

Gnosius hæc Rhadamantus habet durissima regna,
castigatq;, auditq; dolos, subigitque fateri,
Quæ quis apud superos furto lætatus inani,
Distulit in seram commissa piacula mortem.
Continuo sonteis ultrix accincta flagello,
Tisiphone quatit insultans, toruo sque sinistra
Intentans angues, uocat agmina sæua sororum.

Et quæ sequũtur de illis, qui patriã auro uendiderunt, qui libertatẽ, nã seruus diabolus inani fulgore pecuniæ, quos liberos uidet in seruitutem æternã allicit, & impellit, ut sic pœnarum socios habeat in solamen suæ miseriæ. Quemadmodum Horatius de ceruo perstringit, & equo: ita ego de bono Christiano & malo id declarare possum. Ceruus est enim bonus Christianus necessaria uitę suæ quærens, contentus diuitiis Christianis, quæ sunt uictus & amictus communibus elementis huius mundi cum impiis utẽs & fruẽs, atqui impii, hoc est, malus Christianus oĩa sibi uẽdicat, & ut oẽs diuitias huius mũdi obtineat, uocat sicut equus sessorem diabolum.

Sed postquam uictor uiolens discessit ab hoste,
Non equitem(hoc est diabolum)*dorso, nõ frenum depulit ore.*
Sic qui pauperiem ueritus potiore metallis,
Libertate caret, dominum uehet improbus, atque
Seruiet æternum, quia paruo nesciet uti.

Profecto qui semel se diabolo dedit, semper seruus ipsius est, nec potest, quod uult obtinere, caret pecuniis, caret libertate, caret gaudio omni, hæret in omni miseria, & omnibus suppliciis excarnificatur, perplacet audire Apolgoiæ huic haud incõueniens exẽplũ: auscultate: Operarius tenui fortuna cum familia sua contemptus, optimè uiuebat, serò, manè, meridie semper erat hilaris, cantabat, gaudebat etiã ad stuporem uicinorum, quorum unus respiciens paupertatẽ illorũ, sicq; benefacere hominibus tã alacribus cupiens, summã bonæ pecuniæ peplo inuolutã proiecit ad ianuam illius introrsum serò. Quum mane cãtãdo operarius ianuã aperiret, mox illustrato loco cõspexit peplũ albũ, illud sustulit, uiditq; pecuniã unde cogitabũdus sine cãtu regressus illã abscondit, & operari incepit, uesperi sine cantu, & ipse tristior totã familiã tristiorẽ fecit, indiesq; maior quædã anxietas accessit. Hoc aĩaduertere uicini, miratiq; causam sunt talis mutationis rogare, cõsola-

ri, uariè quærere, sed frustra, tandē uicinorū ille qui pecuniā proiecerat, ait: Nūquid deest aliquid uobis? nūquid inuenistis pecuniā, q̄ ego dedi uobis? hic paterfamilias tanq̄ ueterno expergefactus, illa, ait, pecunia est mihi cā mei doloris, silentii, & anxietatis meæ familiæ, nā antequam illam pecuniā haberem, eram lætissimus missi & una cum meis, postquā maledictā pecuniam accepi, uariæ cogitationes intrauere & occupauere animum meum, ita ut non modo corpore, sed lōge ēt magis animo laborē, nō sur go securè, nō operor hilariter, aut calidè, nō edo, biboue cū appetitu, non dormio sine curis, quæ cor meū coquunt, uersantq; fingēdo uarios metus furū, latronū, insidiatorū: pēsando in animo de modo illatæ pecuniæ, & qđ possem accusari tanq̄ eā furatus, tūm ēt remoto tali casu in quē usum expendam pecuniā, quid emā, quo modo seruē, hinc malarū cogitationū ineffabiles undæ, æstusq; animi uarii, ut nec libere loqui ueritus ne quid de pecunia, nec cātare ab illa hora potuerim: peto itaq; recipe tuā pecuniā, aut si nolis, ego ꝓiiciā. Sic pecunia reddita operarius restitutus consuetæ securitati ad admirationem aliorum cum suis gaudere, benè operari, optime edere, iocundè occinere occepit, uerè Iuuenalis ait. Cantabit uacuus, uerius adhuc.

Ploratur lachrymis amissa pecunia ueris. Rursus illud.

Et maiore domus gemitu, maiore tumultu,
Planguntur nummi quam funera.

Adeo multiplicata mala pecuniæ, ut si desit, putet aliquis se esse canē sine cauda: si adsit, putat esse Atlātici mōtis onere grauatum: si perditur, putat se esse defunctum, si se diabolo addixit pecuniæ causa, non putat, sed sentit se pauperem, seruū oppressum in cōscientia, occæcatum in uisu, stupefactum in sensu, existimat esse pecunias, quæ non sunt, concupiscit, & habere non potest. Rixatur contra diabolum, & ꝓuocatus pauper diabolus pro pecuniis dat pugnas ligatur & ligat, uexat & uexatur, undique angustiæ,

uulgò quoque dicitur, qui inseruit diabolo, remunceratur à diabolo sed quo modo, nimirum obsidetur & dilaniatur, & nisi Dei misericordia interueniat gratia Domini Iesu Christi, ad extremas gehennæ pœnas detruditur pro pecunia nihil aliud quàm ignitas prunas, ictus candentium globorum, uel tesserarum colophos, ignitorum malleorum perpetuò durantes habiturus, & ea percepturus tormenta, iisque uirgis subiectus, quæ nulla lingua humana eloqui potest. Hæc sunt quæ dat diabolus, quæ cõcupiscentia pecuniæ parat mala, hæc si Iudæi, Turcæ, usurarii, hæretici atque similis improbitatis classiarii animo reuoluerent, si intelligerent, uiderent pro suo, quod diabolo præstant, officio quid essent præmii relaturi, minus forsan pecuniæ causa insanirẽt, minusque negotii Christianis facerent, opera enim illorum diaboli sunt opera, astu diaboli suggesta, ut per ea impotẽtia diaboli fuco lateat. Iudæi non facerẽt usuras, Turcæ nõ gererẽt bella, & maria nõ tẽtarẽt, usurarii nõ pignoribus funestrisq; cõmertiis se grauarẽt: improbi mercatores nõ currerẽt p saxa, p mare, p ignes, teste Horatio, nec peierarẽt toties, si uno periurio, uno periculo, una hæresi, una animæ oppignoratione possent à diabolo sufficientes habere pecunias, adeo etiam insignis est hæc dæmonis, & crassa impotentia, ita nulla facultas pecuniæ, ut etiamsi loca sciat, ubi absconsa est pecunia, ubi naufragio eiecta in mari hæret, ubi materia eius in terris generatur, non tamen auferre inde potest, non tribuere quibus ipse maxime uelit nisi Deus permittat, sæpe enim fit ut Deo placeat erutos à diabolo Thesauros in lucẽ proferri, ad suæ maiestatis gloriã, ad bonorũ probationẽ. Sic diues urgente consciẽtia plenã pecunia sportam detulit in monasterium, ubi boni fratres morabantur, iussitque illud pauperibus fratribus distribui, Abbas in tẽplo iussit collocari sportam, cõuocatis fratribus dixit; ut quisque sibi inde aliquã summã auferet: sed nemo fratrum obulum attigit. Quare mandauit ab-

bas diuiti, ut aliis pauperibus distribueret, id quod fecit, ac eo exemplo in fide confirmatus est plurimũ opus diaboli in congerendis pecuniis omisit, uixitque pius & multas eleemosynas fecit. Iterum usurarius collecta ingenti ui pecuniæ cistam plenã ac bene munitam in tẽplo monasterii ordd. Cistert. deposuit non indicans quid esset: postea uenit quidã oraturus Deũ, is conspexit diabolũ, tanquã ignitũ hominẽ assidentẽ cistæ itaq; perterritus, & se signãs sancta Cruce, dic mihi, ait, q̃d hic agis, cui ille, Seruo thesaurũ usurarii est enim magna pecunia in illa cista, is igitur decedẽs hoc significauit. Abbati, qui iussit, protinus in plateas è tẽplo portari cistã, plurimis accurrentibus & sciscitantibus de tam ferro obducta cista & expulsa è monasterio, fama peruenit ad usurariũ, hic nouitate territus eo accurrit, re cognita & admonitus eleemosynas fecit, ac pie uixit. Sic diabolus sæpe thesauros aperit, & manifestando cũ obesse putat, prodest. Huc pertineret, quæ de inquisitione thesaurorũ Vicentius Beluacensis cõmemorat. Sæpè enim diabolus monstrat, & erogari facit thesauros: sæpè monstrat, & inquirentes obruit, uel aliis atque aliis modis opprimit unde facile licet colligere, quod ipse potens non est illorum thesaurorum, nec amplius, elargiri potest, nisi quatenus illi a Deo conceditur. Ostẽdimus in enchiridio pariũ canes quoque edoctos ad inueniendos thesauros qui ad Dominum canis de iure pertinent ut docet D. Floria. in L. statuæ ff. de usufruc. uerũ Berthachi. in suo repertorio, hunc canẽ si haberi posset omnibus aliis canibus anteponit, itaq; nõ parua uidetur extãs in cane tali, qui siue id institutiõe humana aut uerius instinctu alicuius mali spiritus faciat siue permissu de alterius inquisitionis est. Subtexã quartũ & quod ex iã dictis sequitur argumẽtũ quo illa diaboli impotẽtia manifestior declaratur, est tale. Si diabolus haberet potestatẽ erogãdi pecuniã & ditandi, actum esse de religione Christiana uideri posset: quia omnia illa media, quæ sunt

con-

conseruādæ religioni Christianæ, & retinendæ doctrinæ, ac traditionibus, omnia loca in quibus Christiani habitarent, impii occuparent, partim quia pecunia à diabolo ipsis tradita coemerēt, & rursus fraude diaboli extorta illa pecunia potiti, si quæ reliqua essent adhuc emptione sua facerent loca, tēpla, ædificia, animalia, aquas, terras, libros, clinodia, ornamēta, instrumenta, uestes, ac uictū; destituti loco, cibo, potu, doctrina, cæremoniis, uestitu, ac omnibus uitę necessariis; ubi quæso manebunt Christiani? credo ibūt in cælos, terras relinquēt. Itaq; nemo mortaliū in terris erit Christianus; neq; ergo erit christiana religio: Cæterum sacra scriptura docet quod Ecclesia Christi, est firma petra contra quam portæ inferi non præualebūt: Etsi diabolus omnes suas pecunias, & suas uires expedit: non tamē quicquam potest, nec habet tantas pecunias, nec bonas, quia malus de malo thesauro promit, mala arbor malos facit fructus. Tum constat quod mala arbor excinditur, & iniicitur in ignem, Ecclesia uero quæ bona est, bonos habet thesauros, nō terrenos, sed cælestes, bona, est, bonos facit fructus talis Religio Christiana, habet qdē pecunias, nō ut pecunias, sed ut sigilla certa seruandæ iustitiæ, colēdæ sanctæ memoriæ, reddēdæ pietatis, testādæ gratitudinis, sic habet cætera tāquā non habeat ad gloriā Dei. Nā habet eā tanquā probationē cognoscēdæ suæ infirmitatis & declarādæ humilitatis atq; obediētiæ erga Deū & S. Ecclesiam Catholicā. Proinde hæc religio Christiana durat & durabit in æternitatē rerū copiā pecunię habet & habebit, nec insultus diabolici nocebūt, nō pecuniis, nō thesauris, nō cibo, nō potu spoliabūt, affligēt quidē, qd fateor. Sed quo magis insidiātur dæmones & impii tāquā leones in speluncis suis, in abdytis, tanto citius Deus conteret brachiū malignorū & peccatorū eoq; fulgentior emerget ecclesia, eo nitidior fulgebit, & pulchrior, omnesq; ad suam formam alliciet, eò quoque potentior euadet, donec triumphans triumphā

tem glorificet Benedictū in sæculorum sæcula Dominum Iesum Christū, in cuius uirtute & splendore regnat, qui sol est iustitiæ, & oriēs splēdor æternæ lucis. Quamobrem hoc argumēto patet, ꝙ diabolus nō hēt potestatem uitandi aliquē, nec pōt quantū uelit pecuniarū cōferre, etiamsi oēs thesauros sciat, & illorū ēt multos possideat, sed quatenus ab æterno permittitur illi. Quod certè infallibile est argumentū certitudinis Christianę religionis, & fœlicitatis. Apertum consyderanti est, quanta ui mundani homines & diabolo deuoti, ut idolatræ omnes conati sunt Ecclesiam Dei in prima Adami progenie uastare, & ereptis pecuniis spoliare quoq; religione, dum inciperent esse malleatores, & fabri omnis metalli, nec potuerunt etiamsi procreationi se nimis incumberent, ut uel sic multitudine præualerent, nam Deus diluuio puniuit impios, & paucitati uidelicet pio Noe, huiusque familiæ Benedictionē dedit, rursus iniqui homines, & instrumenta diaboli à Cham progeniti Benedictionis contemptores uēdicantes sibi dominium, & pecunias ut in Membrolico tempore confusione linguarum & dispersione puniti sunt, tū alii incendio, ut Gomorrhæi, & Sodomitæ, ita ut Abrahā, & posteritas Loth possessionibus gauderent. Postea insidiantes populi Israelitici rebus mulctati sunt caritate & pestilētia in Asia: tum Aegyptii plagis decem & submersione omnis potestatis Regiæ Pharaonicæ, inde Ammonitę, Gabaonitæ ac similes cesserūt bellis uicti, quo autem plures hostes insurrexerūt in populū Israel, eo ille pecuniosior redditus est: quibus nitebatur diabolus eripere, hic inuitus plures opes & pecunias affluere uidebat, nec inhibere poterat. Insolentior tamē populus rerū copia factus, suo pōdere nutitās una parte ad Deum, & altera ad diabolum, tanquā ad blandientem, & sibi uendicantem illam qua affluebat, copiam, desciuit: quāuis hæc longè maior esset, & ut sæcularibus iudiciis subiiciebatur, potētior, indies-

que uiribus augeretur, tandem tamen cessit illi, etenim illa à Christo Dei filio adiuta præualuit, non solum paulatim opes Iudææ, Syriæ, Aegypti: sed etiã Romanas, & inde maximas totius orbis iusto & pacato euangelio apostolorum, ac discipulorum Sanctorum pontificum & Ecclesiasticorum acquisiuit, inconcussaque hodierno die permanet, uidetur oculis insipientium & hæreticorum imminui: interea longè maior amplificatur, & ad nouas usque Insulas, ad alterũ terrarum orbem penetrat, & quoti die infidelium, ac Mahumetistarum bona Christi occupantium conscientias uerberat, & remordet: quoniam nõ saturantur, nec concupiscentias ex satiãt, & à diabolo mutuis bellis, homicidiis, adulteriis, exactionibus, ac tyrannica seruitute repleti sæuiũt inter se. Quia nec dum diabolus pro omni cultu & Christianorum immolatione ab ipsis sibi facta sufficientẽ procurare põt pecuniã, hinc est, quod Christianum cogũt Imperatorem ad tributa. Ergo Christianus Imperator, & Religio Christi plus debet adhuc habere pecuniæ quàm Turcarum Imperator & Turcæ habeant, quia Christiani dare possunt illis, & illi etiamsi omnia tributa accipiant, tamen egent, & plura petunt. *Quo plus sunt potæ plus sitiuntur aquæ*. Vnde patet quod diabolus non habet potestatem ditandi, aut alicui quantum placet pecuniæ: nec potest eripere ut aliis det nisi deus illi permittat. Alioqui Christianis iam diu extorsisset & illi emunxisset omnem pecuniam quod nũquam fecit, ut ex prædictis patet, non enim fuit egenus inter illos. Quanquam D. Petrus dixit, aurum & argentum non habeo: tamen ipsa Ecclesia habuit, nec D. Petro defuit tempore necessitatis. Rursus dico, si diabolus esset compos distributionis pecuniæ, actum esset de religione Christiana: quia plurimi se non Christo, aut Christianæ parti, sed infidelibus, & diabolo, diabolicisque ministeriis emanciparent, ac Christia-

nos occiderent quocunque in loco ac tempore hos
13 inuenirent. † Addam quartum argumentum ex sacra scriptura desumptum, quæ habet sic. Gloria, inquit, propheta Dauid, & diuitiæ in domo eius. Ipse quem uult humiliat, & exaltat, ipse oculos superborum humiles facit, ipse ut respexit humilitatem ancillæ suæ, ita adhuc respicit, & exultationem ac benedictionem addit, & rursus. Timete Dominũ omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum. Diuites eguerunt & esurierunt, inquirentes Dominum non minuentur omni bono. Si ergo pecunia bona est, Deus hanc dabit abundè, sin minus, quis, quæso bonus mala & pestifera sibi expetit? Deus est suscitans à terra inopem, & de stercore erigẽs pauperem: ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. Iterum Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & uniuersi qui habitant in eo. Ergo & materiæ nummorum, & pecuniæ, ipsius Domini sunt utique, utpotè orbis terrarum partes. Deus est enim cuius dextera est ignea lex: in sinistra uerò eius diuitiæ & gloria. Nunquid piscis D. Petro exhibuit census staterem mandante Christo, ut caperet, & daret? ecquid Christus dimisit discipulos suos quoquo uersus sine pera, sine pecuniis, & tamẽ nihil defuit illis. Fabulæ fingunt, quod ad contactum Midæ omnia mutabantur in aurum, ut eius uoto Deus responderet, profectò Deus omnipotens quæcunq; uult potest in optimum aurum commutare, in argentum scilicet igne examinatum probatum terræ, purgatum septuplum. Ipse parcet pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet, ex usuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabilẽ nomen eorum coram illo, & uiuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper, tota die benedicent, ex quibus locis satis patet, quòd Deus est auctor & creator pecuniæ, & habet ac dare potest, non autem diabolus, nec quis alius, ut qui sine illo nihil
14 facere possit. † Necesse est ergo, ut qui uere ditescere

uolunt,

Marginal notes: Prou. 3. — Psal. 33 — Ps. 112. — Deut. 33 — Luc. 22. — Psal. 71

uolunt, qui abundè pecunias desiderant ut sint iusti; ut boni, sicut ipse bonus est Deus, uel saltem pro uiribus tales esse studeant, nam non dat nisi bonis in copia ad gloriam: malis autem dari permittit, ut conuertantur, & ut suam benedictionem agnoscant propheta itaque testatur: Iunior fui, etenim senui, & non uidi iustum derelictum, nec semen eius quærere panem. Narrat Iouianus Pontanus de fœmina Christiana capta ad littus Regni Neapolitani, & deducta in Africam, ac uenundata pro serua infidelibus, quod interea in seruitio solitis temporibus a carnibus abstineret, & certas obseruaret cæremonias, nunquam deficiens tamen in opere, accidit quod domina ad desperationem medicorum ægrotaret: itaque conuocata omni familia dicit huic christianæ seruæ: ora pro me tuum Dominum Deum, quem animaduertite sæpius colere diligenter: Hæc statim oratione ad christum benedictum conuersa rogat pro sanitate suæ Dominę, mox Domina curata fuit. hęc mota hoc beneficio, seruæ libertatem dat, & multa ui auri, argentique oneratam naui in Italiam ad suos remittit. Ecquid Naman Elisæos obtulit maxima munera? ecquid Reges Tharsis, Sabæ, Arabiæ, aurum & munera attulerunt Solomoni, Deo ita uolente? Ecquid Magis ab oriente attulerunt christo aurum, thus, & myrrham stella duce. Si miracula attingerem, quibus hanc Dei potentiam demonstrarem, nullus esset finis. Is creat aurum, & corrumpit, ac reformat. Hac de causa Ecclesia Dei nullum defectum patietur, uexabitur, sed non superabitur, quia Deus est potens largitor bonorum: diabolus impotens; itaque Regnum Dei firmum & æternum, religio Christiana immobilis, columna & firmamentum æternum. Regnum diaboli mundanum, transitorium, temporale, breuis æui, hinc oramus Deum, ut sic nos ducat per temporalia, ne amittamus æterna.

Psal. 36

Iouianus Pōtanus

15 † Restat cōtrouersia digna discussione, quæ oritur ex locis sacræ scripturæ iam in mediū adductis, & qui pugnare

pugnare uidentur inter se prima fronte illos considerantibus, nam diabolus princeps mundi dicitur, quare imperare uoluit Christo benedicto, ut lapides fierent panes: quasi lapides essent sui, & panes sui, tā quam necsine se Christus panes habere posset, rursus ostendit illi omnia regna mundi: dixit se ea quoque daturum esse. Contra Deus est omnipotens: Dei est terra & plenitudo eius, & habitantes in ea. Deus omnia subiecit sub pedibus filij hominum, oues & boues &c. Hinc patet Deum solùm posse dare pecuniæ quantum uelit, quantum aliquis iustè exigat ab eo: Illinc diabolum. Quid ergo dicemus: quorsum nos uertemus? nimirum ad ipsam sacram scripturam, quæ uerissima est, & quærentibus aperit ueritatem, hæc demonstrat, quod Deus pater omnipotens est factor cœli & terræ, uisibilium & inuisibiliū: diabolus aduersarius tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Ordinatione Dei omnia bene persistunt, diabolus confusione omnia studet corrumpere. Ita duo sunt inter se de uictoria concertantes Deus & diabolus: ille bonus, hic malus, ille uictor, hic inuidus uictoriæ, & antagonista. Mundus ipse quatenus materia formata à Deo est, lux, tenebræ, cœli, terræ, aquæ, ignis, animalia omnia bona sunt à Deo creata. Deus enim Benedixit: & pueri Israelitici clamant etiam in fornace ignis ardētis illęsi: Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & superexaltate eum in fœculum fœculi: Hæc itaque omnia ut & homo cuius pedibus subiecit oues, boues &c. media constituta sunt inter Deum & diabolum, quatenus Deo adherent bona sunt, contra mala. Deo adhærentia corriguntur & durant: diabolo adhærentia in deterius ruunt, affliguntur. Rursus Deus utitur creatis ad bonum, diabolus ad malum & interitum. Quicquid in eis & cum eis facit Deus iustum & æquum est: quicquid diabolus, iniquum & iniustum. Deus est super omnia in cœlo & in terra: diabolus est in inferno, & ad res inferni & ad res

creat as

creatas in interitum euntes attentus, ita Diabolus est Deo inferior, nihil sine illius permissu facere potest in creatis: quæ quidem creata quum media essent, propter peccata humana, propter concupiscentias simul cum homine tamen à Deo desciuerunt cedentia tentationi diaboli; itaque in potestatem diaboli uenerunt: & sic diabolus factus est princeps mundi huius corporalis, corruptibilis, transeuntis, nec tamen Deum exclusit, aut potentior factus est Deo, sed tantum insidiator, tentator, raptorque eorum, quæ propter peccata, propter cupiditatem humanam (quæ radix est omnium malorum) interitum concipiebat, & ne omne genus humanum raperet, resque omnes creatas, obstitit promissio & bonitas Dei, contra quam quidem oborta peccata mortalium eò usque rursus progressa sunt, ut hanc prope hominum animis exemissent, & diabolo locum fecissent: sed obstitit iterum sola Diuina prouidentia, & apparuit Benignitas ac humanitas Saluatoris Dei nostri, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed per misericordiam suam, qua seruauit nos per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti in nobis, quem in nos effudit abundantissimè, per Iesum Christum saluatorem nostrum, ut iustificati in gratia ipsius, hæredes simus in speuitæ æternæ. Firmus hic sermo, inquit diuus Paulus ad Titum. *ad Ti. 3* Christus itaque uera Dei patris iustitia existens, ac sciens quid iuris haberet diabolus, quid non, uolensque iniustitiam diaboli declarare, peccatum sustulit, & uires diaboli fregit, at quatenus peccatum rediit, uel remansit, iustitia Dei & Christi, diabolum excludere uoluit. Deus enim iudex iustus, fortis, patiens & cætera, sed quum mundus hic plenus sit peccatis hominum, ideo diabolus princeps est mundi huius, quamobrem Diuus Paulus monet Ephesios, & illis scribendo oés Christianos, ut assumant panopliam Dei, ut possint stare *Ephe. 6.*

 contra

contra insidias diaboli. Nam non est nobis bellum contra sanguinem & carnem, sed contra principes & potestates, contra Dominos mundi tenebrarum sœculi huius, contra spiritualia nequitiæ in supercœlestibus. Similiter D. Ioãnes in Canonica: Si quis inquit, diligit mundũ, in hoc non est dilectio patris mei, quoniam quicquid est in mundo, non est nisi concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum. At superbia uitæ huius non est ex patre, sed ex mundo hoc tum mundus hic trãsit, & omnis cõcupiscentia eius, faciens autem uolũtatem Dei manet in ęternum†. Iam uero hæc concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, hæc gloria uitæ huius, si nõ est ex Deo patre, ergo est ex diabolo. Sic itaque diabolus princeps est mũdi huius, mũdi inquam, non ut creaturæ bonæ Dei, nõ ut materiæ creatæ à Deo, sed ut concupiscibilis formæ, delectabilis, adblandientis, & corruptibilis speciei. Sic diabolus est princeps pecuniæ non pecuniæ ueræ, sed formæ concupiscibilis, auaritiæ, prodigalitatis, & illorum malorum, quæ fiunt per pecuniam. Quare Deus potest largiri pecuniæ quantum uelit: diabolus nequaquam, sed princeps est omniũ eorum malorum, quæ fiunt, uel fieri possunt per pecuniam. Sæpe malam dat pecuniam, ut tanto magis sua mala, suum scilicet regnum amplificet. Porro intelligamus duos Reges certatim de regni sui gloria contendentes, unũ Iustitię Christũ alterum peccati diabolum. Animaduertens diabolus ad hoc uenisse Christũ, ut regnũ suũ tolleret sibi eriperet homines, trãsferetq; in ipsius regnum, uoluit periclitari & debuit, utrum potentius esset imperio Christi: Itaque ostendit Christo omnia regna mũdi, & hęc ipsi promisit, si se adoraret. Recte dicitur, quod ostendit omnia regna mundi: non enim diabolus omnia Regna mũdi ostẽdit, ut quæ bona essent, fuissent, uel forent, exempli causa, non ostendit bona Regni Assyriorum Persarum, Grǽcorũ, Iudęorũ, Romanorum, neque enim per se malus, bona pati

1. Ioã. 2.

aut proferre in bonum finē pōt, sed etiamsi media bona afferat, tamen omnia illa respectu mali fiunt ab ipso. Ita diabolus malus non potuit per se bonā & à Deo ordinatā policitam in Regnis administrationem monstrare, aut si permissu Dei potuisset, noluit tamen. Quid ergo? ostendit regna mundi, regna concupiscentiæ carnalis, omnia mala, quæ habent regna mūdi huius, hæc omnia in tanta copia offudit Christo, & horum omnem gloriam exhibuit ea amplitudine, ut uictoriæ cupidus sibi aliquid de uictoria promitteret. Itaq; ostendit omnia opera luxurię, gulæ, carnis, mundi; & ea opera mala eamq; gloriam, ut lingua humana effari non possit. *Nō mini si linguæ centum sint oraq; centum, ferrea uox, omnes scelerum cōprendere formas, omnia gloriolæ, precurrere nomina possē.* Omnia nanque mala in regno Schytarum, Iudæorū, Assyriorum, Persarum, Græcorum, Iudæorum, Romanorum, unquam concurrentia tanquam in Theatro exhibuit, bono nanque Christo non nisi bona nota sunt, nec nisi bona uult. At homines diabolici, mundusq; à diabolo gubernatus, summa, diabolus bono illi hæc mala obtrudit, & his à bonitate demoliri nitit. Mōstrauit illi potantes, ludentes alea, luxuriantes, triumphantes cum Idolis suis principis & homines huius sœculi, quæq; filii huius sœculi gloriam mundi uocant, & ut tentaret Christum, ineffabilibus malis, malorumq;, quæ uulgo improbi bona putant, cornucopiæ oculos Christi perstrinxit, Christū onerauit, & opprimere putauit equum id nequiuit, per alios homines malos humanæ naturæ Christi optimæ, quantum mali potuit, inflixit. Cæterum pro eo, quod ostendit sua regna, suam militiam, quā operatur in creaturis Dei, suam iniquitatē & imposturas, quin responsi diabolus tulit? uictoriam ne reportauit? nullo modo uictoriam, sed responso uno repulsam perfectissimā passus est, & uictus, non ipsis subiectus Christus, non Christiani, sed ipse subiectus Christo, subiectus ueris Christianis, & uicta mors

quoque,

unde quotidie petunt, panem quotidianum da nobis hodie. Et qui sciunt, quòd petenti abunde dabit, nec improperabit, malum seruiendo diabolo in omnium egestatem & damnationem perpetuam præcipitari: quid enim boni præstitit unquam diabolus seductor, & calumniator, Contra, Deus omnia bona, dat, nec caret, uulgo dicitur uerè.

Omnia dat Dominus, nec habet inde minus.

Benignus est, & misericors, uult nos omnes hanc gratiam agnoscere. Ideo Christus reiectis omnibus, puncto temporis hoc est, in presenti temporum cursu, quæ ad æternitatem relata puncti instar sunt, ostensis diuitiis, quæ quoque momentaneæ sunt respectu diuitiarum Dei, uiam etiam diabolo monstrat ueram, ut aurea bona obtineat, & inquit, Deum adorabis, & huic soli seruies. Tu uis saluus fieri? tu uis abundare bonis? tu uis regna uera possidere? ergo non tu es adorandus, sicut mihi dicis, & te seducis, ac me seducere niteris: sed Dominus Deus est adorandus, qui est omnium Dn̄s, qui pōt saluum te facere, bona elargiri, regnū æternū, regnum cœlorum, regnū iustitiæ tribuere, quia Christo notum erat diaboli ingenium, ideò præfatus erat: Discede. Nam etiamsi diabolus audiret ueram uiam iustificandi, tamen iusto iudicio Dei, illam non amplecti uolebat, ad Christum accedere ut saluus fieret, nolebat, dixi tamen Christus, ut tanto iustiorem suam pœnam esse sciat, & simul omnes, qui illum sequerentur: pariter u t constet, quod Christus sitit salutē mortaliū, quod uult dare pecuniā & potest, sed pecuniā bonam, non pecuniā malam, qualis illa, cuius causa se Iudas suspēdit quę pretium sanguinis appretiati fuit. Itaq; uult regnum Iustitiæ Christus, & hoc affectantibus dabit coronā gloriæ immarcessibilis, pecunias in hac uita sufficiētes, & omnia necessaria, Scriptū est, Quærite regnū Dei & iustitiā eius, cætera adiicientur uobis, Quid potest adiicere diabolus?

bolus? ne pilum pilo capitis: ne folium arbori, ne pas ſerculum quidem ex aere deiicere, niſi Deo placuerit, adeò nulla eſt diaboli poteſtas in minimis quibuſq; in excrementis etiã longè uilioribus pecunia. Quid ergo faciet in pecunia? nihil, niſi quod Deus permittit illum operari in filios diffidentiæ, & iræ uaſa. Ab aliis iubetur diſcedere dicto Chriſti: qui uult & poteſt rex eſſe bonorum, & in hos nihil iuris diabolo permittit. Quamobrẽ credo facilè intelligi nũc, quomodo Deus eſt uerus largitor pecuniæ: diabolus ut Pſeupropheta ita Pſeudolargitor pecuniæ, nullamq; potentiã habet niſi illi à Deo permittatur, ſed quod

16 per pecuniam tam multa mala committit. † Et inuehit diabolus, ſit propter diffidentiam mortalium, & propter cupiditates, quæ radices ſunt omnium malorum, quia ueritati non credunt, à falſitate decipiuntur, ut Aſinus capiſtro ab agaſone. Ita mali cupiditate pecuniæ à diabolo circumducũtur, uexantur, & obſidentur, nec præſtigijs mile illuſi ſentiunt: accipiunt materiam, putant eſſe pecuniam, uident, põderant, ſentiunt, & tamen omnibus examinibus credentes decipiuntur. Hæc eſt miſeria concupiſcentiũ pecuniã, & fraus diaboli, ac improba adiuuandi uis. Quare uiro bono longè conſultius eſt, nullam attingere pecuniam, quàm ut cupiditatem eius incidat, & hinc in ludibria diaboli, multi enim uolẽtes diuites fieri inciderũt ĩ laqueos diaboli, ut inquit, S. Paulus. Rectè faciunt obſeruantes inſtitutũ Sancti Frãciſci, etiamſi mundus contrà inſaniat, hi enim malunt carere periculoſo bono, & lubrica ſcilicet pecunia, cuius cauſã longè peſſima eueniũt: prima placent, ultima nocent, prima facies ſplendet: intus diabolus latitans frendit: Si qui habeant, ſint tanquam nõ habentes, & non habentes tanquam habentes: in Deo enim omnia habent. Nunquid credẽti totus mũdus diuitiarum eſt. Auarus diues etiam obulo indiget, ſed ne immenſum ſpatio ingrediar æquor: nunc hic tempus equum ſpumantia ſoluere colla.

RE-

REMISSIVE

Loci de pecunia tum ad laudem, tum ad uituperium eius pertinentes, desumpti ex Veteri & Nouo testamento quotquot huc faciunt omnes iuxta ordinem sacrorum librorum.

14.a.b. Ioan. 22.a.
Luc. 7.a. 6.a.
9.a. 12.a.
10.f. Act. 8.d.
15.b.c. 19.d.
18.e. Apoc. 6.b.
19.d.

DE DEMOCRATIA NVMI, QVAE in manifestam Monarchiam, & hanc plusquam Tyrannicam, erumpit, Auctore Ennio Elchione Frisio.

NIl terris melius, uulgo nil malus in orbe
Censetur numo, multipotente nimis.
Lutian. Omnes ad sacrum concurrunt undique numum,
Tanquam sit miseris anchora sacra uiris.
Hunc zephyri populus celebrat, ueneratur, adorat;
Numo apud Eoos conditur ara Deo.
Turba sub Arctoo Borealis sæuit ob æra:
Turgidus est numis, turgidus auster aquis.
Persius. Barbarus horribilis numos conquærere sitit
Continuis curis nocte dieque studet.
Et qui ciuilis, qui uult urbanus haberi
Humana numos colligit arte sibi.
Pli. libr. 2, ca. 27 Iam Coruus numos rapit, atque Monedula numos
Et numos Elephas dicitur eligere,
Dat piscis numum Petro, sic tellus & unda
Suppeditat numos, quos repetitque uorax.
Ad numi quæstum totus conuertitur orbis,
Imperium numi est, imperiumque hominum.
Mundus sequitur numum Vt Turcæ numos Germania pendere cœpit,
Ad Turcam mundus cæcus amensque ruit.
Monarchia mũdi debe- Respice, si placeat lector, quoscunque monarchas:
Auspicium numi Regia sceptra trahit.
Cum penes arbitrium populi stetit æris aceruus,

Integra res populi & publica salua fuit.
Ad paucos postq uam deuenit copia numi
Mox oligarchia res occupat aucta uagas:
Si uero tantum tribuatis muneris uni
O numi, ut uestri hic numina magna gerat:
Vos estis fratres Domini, tamen & domini Rex
Possessor uestri, Rex coronatus erit:
Si quis uim numo faciat, si emunxerit illum,
Protinus is plebis uoce tirannus erit,
Semper fausta dedit missus primordia numus,
Faustior incœpta sit quoque finis ope.
Fœlici numi censu cita carmina crescunt.
Deposuit lætas fertile carmen opes.
Legitimus pulso conuentus manat ab ære,
Quum uacua est numo nulla crumena sonat.
Vt cantet uacuus coram latrone uiator,
Te quærens socium tu quoque nume facis.
Quis moræ ad lunam trepidabit arundinis umbram
Copia carpendi si datur ulla tui,
Spes numi ueniat si fulget cura dolosi,
Carmina cantabunt gracculus, anser, anas,
Luxerit & numus, posita formidine pœnæ
Cantabit Dominus psaltria nuda malis.
Gratia quod desit nobis, quod blanda uoluptas,
Defectu numi, conqueror esse probi.
Hic missus faciet iocundos currere uersus.
Et dabit eloquio uerba, modosque meo.
Doctores hederam, Phœbus coniungere laurum
Gaudebunt faciles si aurea mica datur.
Numum Pluto colit, recipit Saturnius æra:
Et numum naui prætulit ille senæ
Iuppiter admonitus nil esse potentius auro,
corruptæ pretium uirginis ipse fuit.
Dum merces aberat, durus pater, ipsa seuera,
Aerati postes, ferrea turris erat:
Sed postquam sapiens in numos uenit adulter,
Præbuit ipsa sinus, & dare iussa, dedit.

tur numis. *Aristoteles po. 6* Iuuenalis Sa. 5 Horat. 1 *Epist. 1.* *Arist. in œconom.* *Numus facit poetam.*

Quid mirū? nam dij deq; numos amant. *Ouidius amorū. 3. Eleg. 7. Vide* Horatiū *ad Mecænat. 3. ode. 16. de pecunia.* *Ouid. 3. de Arte.*

Numi, crede mihi: placant hominesq; deosq;,
Et numis capitur Iuppiter ipse suis.
Quid faciat sapiens? stultus quoque munere gaudet:
Ipse etiam numi munere mitis erit.
Phœbus amat numum: Martis sunt prælia numi:
Et Pallas numos ingeniosa petit.
Martia. Epigr. 1 Epig. 44 *Hoc epigramma docet, facilem modo præbeat auem,*
Quisque adest lector, talia uerba refert:
O mihi curarum pretium non uile mearum:
Flacce Antenorei spes & alumne laris.
Pierios differt cantusq; chorosq; sororum:
Aes dabit ex istis nulla puella tibi.
Quid petis à Phœbo? numos habet arca Mineruæ:
Hæc sapit, hæc omnes fœnerat una deos.
Quid possint hederæ Bacchi dare? Palladis arbor
Inclinat uarias pondere nigra comas.
Præter aquas Helicon, & serta, lyrasq; deorum,
Nil habet, & magnum semper inane Sophos.
Quid tibi cum Cirrha? quid cum Parmessidos unda?
Romanum proprius, diuitiusq; forum est.
Illis æra sonant: at circum pulpita nostra
Et steriles Cathedras basia sola crepant.
Iunoni est, Venerique pecunia tessera blanda:
Hac sine & exclusus flebile cantat amans.
Obsint blanditiæ, nec quicquam iurgia possunt:
Et propter numos Mercurius uigilat.
Mercurius Romæ uoluit præstantia templa
Festaque cum sacro nomine clara suo.
Ouidius lib. fastorũ quinto *Clarè nepos Atlantis ades, quem montibus olim*
Edidit Arcadijs Pleias una Ioui.
Pacis, & armorum superis imisque deorum
Arbiter, alato qui pede carpis iter:
Carpis iter propter numos, sic arbiter æris
Omnia commisces, omnia pace domat.
Læte lyre pulsu, nitida quoque læte palæstra:
Quod didicit cultè lingua docente loqui,
Templa tibi posuere patres spectantia Circum,

Idibus ex illo est hæc tibi sacra dies.
Te quicunque suas profitentur uendere merces,
Thure dato tribuas, ut sibi lucra rogant.
Est aqua Mercurij portæ uicina Capenæ
Si iuuat expertis credere, numen habet.
Huc uenit incinctus tunica mercator, & urna
Purus suffusa, quam ferat, haurit aquam.
Vda fit hinc laurus, lauro sparguntur ab uda
Omnia quæ dominos sunt habitura nouos.
Spargit & ipse suos lauro rorante capillos:
Et peragit, solita dicere uoce preces:
Ablue præteriti periuria temporis, inquit,
Ablue præterita perfida uerba die.
Siue ego te feci testem falsove ditaui
Non audituri numina uana Iouis,
Siue Deum prudens alium, diuamve fefelli;
Abstulerint celere improba uerba nothi,
Et pereant ueniente die periuria nobis:
Nec curent superi si qua loquutus ero:
Da modo lucra mihi, da facto gaudia lucro:
Et face ut emptori uerba dedisse iuuet.
Talia Mercurius poscenter ridet ab alto:
Se memor Ortygias surripuisse boues.
Qui propter numos dixit periuria mille,
Exilioque animas quod sine fine dedit.
Quin Stygius Remex numos scrutatur in umbris,
Sic uenti dominusque Ennosigeus hebes.
Numus diuitibus uerit præceptor amandi.
Hic facit ut nulla sit opus arte uiris:
Secum habet ingenium, qui nummos accipe dicit,
Cedunt huic terrice, uirgineæque deæ.
Est deus hunc mensa, Musa est dignata cubili:
Talem admiratur fœmineusque chorus.
Pittacus, Empedocles, & tristia dogmata Stoæ
Pseusippus, Thimon, Parmenidesque, plato,
Hippocrates medicus, Diocles, doctusque Galenus,
Naturam uersant rerum, hominumque uices.

Insomnes peragunt illi noctesque diesque.
Hi propter numos stercora fœda uident.
Bartolus & Baldus nimium uerbosus, & Ason,
Et quærit numum Iustinianus ouans.
Presbyter in templum spe numi lætior intrat:
Qui nisi præbetur, guttura rauca sonant.
Exornat templum numus, curatque sepulcra,
Quo sine paulatim corruet ara Dei.
Respondet sacro numo modulamina sacra
Iudiciumque sui copia facta refert.
Corrumpit iustos numus, puteal que flagellat.
Efficit ut Iudex noxia uota sinat.
Mancipat hic Reges, Regum diadema gubernat:
Perficit ut Cæsar mox habeare Deus.
Curia uel numo cedit, dat numus honores,
Inde grauis Iudex, inde seuerus Eques.
In pretio numus stat summo, & imperat orbi:
Numus amicitias, sceptra, Iouemque regit.
Numus mundani est sacri sancta anchora regni, Faustus Andrelinus.
Vrbes expugnat, fortia castra domat.
Vnica cunctarum Regina pecunia rerum, Horatius
In terris summum pro Ioue nomen habet.
Et genus & formam regina pecunia habet.
Regales epulas, regia secta parat.
Dant numi uxorem cum dote, fidemq; & amicos
Præstat Cecropios inhabitare lares.
Ac bene numatum decorat suadela Venusque:
Numatum seruant Mars & Apollo uirum.
Et genus & uirtus sine numo uilior alga est. Alciatus Emblē.
Nullus honos quem non numus adornet, erit.
Tranat aquas residens pretioso in uellere Phryxus,
Et flauam impauidus per mare scandit ouem
Ecquid id est? uir sensu hebeti, sed diuite gaza Petrōius
Coniugium & seruos arbitrio moderans.
Quisquis habet numos, secura nauiget aura:
Fortunam arbitrio temperet ille suo.
Isidis effigiem tardus gestabat Asellus

In pando dorso mystica dona deæ.
Obuius ergo deam quisquis reurenter adorat, **In Epig.**
Atque genu flexus brachia plexa facit.
Isidis effigies numus, quem portat Asellus,
Et propter numum cultus Asellus erit.
Regali residens meretrix pulcherrima sella
Purpureo insignem gestat honore peplum. **In Epig.**
Omnibus & numos pleno in cratere renudat
Hanc mecum cubitans ebria turba colit.
Sic Babylona notat quæ gentes illice numo
Et numi cultu ludit, inescat, agit.
Turcica Relligio numorum numine constat:
Cætera sunt stolidis friuola ficta modis.
Vincere qui leges, gesti, qui robora Turcæ,
Numorum exuuies exprime, uicto erit.
Rex Arabum Christo si lectum penderit aurum,
Omnes ad Christi dogmata certa fluent.
Pulchrius ignifluo nil est sub sole creatum
Vulgus ait, numo nil meliusque putat, **Numum**
Si rutilans oculis tangit præcordia numus, **prodest.**
Securam Domino præstat ad astra uiam.
Illustrant tenebras splendenti fulgure numi,
Et radiis homines præstigijsque mouent.
Affectis præbent oculis collyria læta
Lucentes numi, mydriasimque leuant.
Auricomi capitum possunt sedare dolorem,
Numi plus medicis pharmaca grata ferunt.
Alliciunt fulsci stridenti murmure numi
Mortales cunctos in sua uota citos.
Fæcundi uinctam numi dissoluere linguam,
Possunt obstreperis cuncta replere sonis.
Præsentes numi quem non fecere disertum?
Si numus loquitur, Tullius ipse tacet.
Impius infando miles corrumpitur ære,
Et tantis opibus vox tacet una tibi.
Quid prosunt sacræ pretiosa silentia linguæ?
Incipient numi pro Cicerone loqui,

Sedem conced ent uenienti murmure numo:
Assurgent illi fœmina uirque toro.
Dulcis & ad uocem numi Philomela strepentem
Cantabit uarios exhilarata modos.
Illius excelsus tinnitus corrigit aures
Surdorum, maniam connumerando iuuat.
Vespasianus opes numi laudauit odore:
Rheuma potest numi pellere dulcis odor.
Quid uiolæ? flores Narcissi, Caltha, rosæque?
Plus spirat numi Stæchade Thereque odor.
Contactu numus poterit se dare chiragram,
Et quicquid manibus sueuit obesse foris.
Me Plato (numus ait) uoluit deiicere sede,
Ipse sed exilio talia damna luit.
Nulla urbs est fœlix, in qua non imperat ingens
Copia dilecti, copia facta mei.
Depello morbos membris, domibusque ruinam:
Hostibus expulsis oppida culpa paro.
Numus ego condo generosos Stemmate fasces,
Numi inopes Stygiis obruo sæuus aquis
Irus erit Crœsus, Crœsus mox degener Irus.
Rusticus Heroum stemma decusque ferret.
Vt Consul, Rhetor, Rhetor de consule fiat,
Me duce legitimus spurius esse datur.
Nudatos armo, armatos in prælia trudo:
Euehe sublimi uilia corda loco.
Imito uictrices in uiscera uertere dextras:
Monstro ut delitias uulnera sæua putent.
Hincque triumphanti splendentia munera trado
Me duce quod uictor læ us ab hoste redit.
Omnia uincit amor, fas est sic dicere numos,
Numi multiplices sunt in amore duces.
Vincat amor multum, plures credo uincere numum:
Constat enim numos conciliare deos.
Ipse monetalis numus sæuissima amittit
Fulmina, & iratos exuperatque deos.
Obryzis clausa expugnatur ianua numis:

Iuuenalis ait, lucri bonus odor. Vide Epig.
Numus exaltat.
Numus o͠ia uincit

Sancta

Sancta pudic itię pectora uicta patent.
Herculeo numus nodo, clauaque, sagitta
Fortior est omni, inuictaque signa gerit.
Arma uirumque ualet telo prosternere numus
Quid numo armatos æquiualere potest?
Omnia fert numus, secum rapit omnia numus:
Qualis erit numus, talia sæcla uigent. *Qualis numus talia tempora.*
Aureus en numus fert aurea tempora mundi:
Ferreus a ferro lustra cruenta notat.
Dicitur argenti persistere mitius æuum.
Quod si argenteus est numus in orbe ualens,
Aeratosque dies numus dabit ęneus usu.
Plumbeus aeratos indicat esse dies.
Respice nunc uulgo decurrat quale metallum,
Spurium & accisum, nec nisi in fraude nocens?
Omnia perturbant mixti uariante metallo:
Confusi numi turbida sęcla trahunt.
Copia numorum testatur tempora larga
Vbertate bona prępualuisse dies.
Sed cum deficiunt, designant nubila sæcla,
Pauperiemq́; grauem, ceu fera fata uolunt.
Vnius inuadat si faustus scrinia numus,
Pro ratione animi stamine fata reget.
Si lętus Princeps, lętissima tempora current
Sin contra, miseria tabe peribit inops.
Vrbes & terras, terrarum climata quæuis
Insigni numus nomine pressa tenet. *Qualis numus Talis locus.*
Nam qualis uumus uersat commertia uulgi,
Talis erit tractus, talia festa manent:
Virgineas tellus uirgo dedit ipsa monetas,
Funestos numos perdita terra meret.
Illam omnes syluam quærunt, ubi uirga metallo *Plinius.*
Aurea lucescit, Ramus amœnus olet.
Vrbs quæcunque manet studiis asperrima numi,
Diues opum, antiqua est ęra uetusta tenens.
Hoc diuum templum magno celebratur honore,
Quod ueteris numi copia certa replet,

Inquo

Quamuis inops nudam mox trahat ille manum
Lusuri numos: ut uincant ponere curant,
Mox uictos animos luthea bilis agit.
Sic numus ludum, ludus certamina & iram
Gignit, & infesta bella scelesta nece.
Luditur ob numos, certatur, bella geruntur
Numorum causa Mars uiolenter agit:
Quas numus lites fecit? quos concitat ignes?
Et prædas raptat, classica sæua canit.
Omnia quum sursum uoluuntur, quumque deorsum
Sedantur numi murmure terribili,
Impulsus miles numi dulcedine pugnat:
Nec quis quàm numus uincere fortis erit.
Si uictis idem fortunæ est munere saluus,
Victores uictis terga luenda dabunt.
Qui numos perdit, per dit uictricia signa.
Illis amissis turpis inopsque iacet.
Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare perque ignes æra beata petens:
Atque animam pretio uendit mercator egenus:
Mox reficit quassas fluctibus ille rates.
Inuenies alium qui uasti flumina mundi,
Nauigat, ut numos ad sua tecta ferat.
O ciues plangenda pecunia quæritur ergo
Præcipites uili ut deprecatis ope?
Nunc numeros discunt ut constet num unica drachmæ
Vt læto ueniat stips repetita pede.
Imbuit hæc animos ærugo & cura peculi
Acceptique astis mentio sola placet.
Astrorum pe it ille uias, zonasque patentes
Impleat ut numis marsupiumque suum.
Ille Genethliacam prædicit fata per artem
Numo perdoctus somnia uera citat.
Euocat hic manes crystallis, captus amore
Numi latrantem, tartareumque canem.
Quis plenum discit, uocis modulamine cantum?
Ni spes fit numi, quum ue metalla sonant?

Nihil agitur, nisi sit ad quæstum numi.

Luditur propter numos.

Pugnatur propter numos.

Vincitur propter numos.

Mercatura fit propter numos.

Arithmeticam discit propter numos.

Astronomia discitur propter numos.

Astrologia discitur propter numos.

Metiri

Metiri terras, spatio distinguere corpus
Linea quid possit, numus in ære facit,
Discere Grammaticen, Logicam, doctamq; Poesim
Rhetoricen, & quicquid Chronica commemorant.
Scire uolunt omnes mercedem soluere debent,
Vt simili fœlix messe redundet ager.
Humanos tradit, numus uegetatq; labores,
Pierijs studijs præmia digna refert.
Est numus uehemens multorum causa malorum:
Sæpius est sancti maxima causa boni.
Numus iura docet fulgens, Praximq; medendi:
Mortales castos imbuit arte sacra.
Mortali uitæ nil est sublimius omen,
Numo qui lassos mox laborare facit.
Ingenium format quascunque apprendere Praxeis,
Mechanicam cogit reddere lucis opus.
Concoquit hic aurum potabile philosophorum,
Dat lapidem uenę ductus amore sacræ.
Hic cupidus rapido confundit in igne metallum,
Vt nummum inueniat quo modo cuncta regit.
Hic urit succos stillantibus undique nasis
Et propter numum germen in igne cremat.
Quin immensa raui crepant mendacia Alypiæ,
Vt nummos capiant, arte, fideque rudes.
Sed cælum terris commiscent, & mare cælo:
Alchimici miseri quando triente carent,
Difficiles artes numorum mystica iactant,
Furtiua in loculum drachmata donec eant.
Ampullas resonant, & sesquipedalia uerba:
Sic Reges cauti fallere sępe solent.
Fraudibus acquirunt numos, animamq; reuendunt,
Vt numos habeant semper egenusque tamen.
Ecce fugax emptum argentum quoque muneri numi,
Insani ob numos stringere posse student.
Mille dolis numum mercatur, & ignibus urit
Augeat ut numos ditior ære nouo.
Sed quæstu cassus mox spe delusus hianti

Diuinatio discitur ppter numos. Musica discitur propter numos. Geometria discitur ppter numos. Artes rationales discuntur propter numos. Ius Ciuile, Medicina, Theologia discuntur propter numos. Artes mechanicę discuntur propter numum. Philosophi ppter numos. Monetarij ppter numos. Aromatarii, distil

Surripit incautas erro dolosus opes. latores
Iam mercantur equos vero cognomine dicti propter
Hippoplani: ut numos arte doloque ferant. numos.
Maxima si desit numi spes accipiendi,
Nemo mercator comperiendus erit. Alyptæ.
Signati causa numi nouus æditur orbis Alchimici.
Qui mox instructa classe petendus erit.
Herculis & multos cursu superare columnas, Errones.
Auroram & Gangem numus adire facit. Hippoplani
Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glaciale
Oceanum quoties numulus imperitat. Mercatores
Est qui Romanam uelox discurrit ad urbem,
Absentem numum quo reparare queat. Peregrinantes.
Infesto Pelago uentis luctantibus audax
Nauta rates agitat, littora quaque petit. Cursores
Naufragii ridet est salua pecunia: pœnas, Nautę.
Mox reparat naues audaciorque meat.
Icarici fati narratum despuit actum,
Intrepidus uentis turgida uela plicat.
Hic Baccho teneras coniungit in ordine uites, Vindemiator.
Vt repleat dulci concaua uasa mero.
Quæ mox diuendit, loculos ut farciat ære, Vrator.
Fonte bibit limpham, non sua uina domi. Sator.
Quin propter numum tellurem uersat aratro Messor.
Rusticus, & templis uota precesque facit. Eques.
Hoc pretiosa potest, potuitque pecunia terris, Pastor.
Vt numi causa semina condat humo. Auriga.
Pallentem propter numum subsidere cæli Venator.
Frigenti, calido, aut messor æquesque manet.
Et cruce depicti spe numi pascua tractat
Agricola, & biiuges instimulatq; boues.
Ob numum rigidis tentat posternere syluis piscator.
Venator ceruos, capreolasque leues.
Ignauum segnis compellit ad æquora numus Anceps.
Piscibus ut laqueos, retia tendat aui.
Quam sit quisque libens uigilansq; exercitat artem, Artifex.
Si modo sit numi spes patefacta sibi.

Turpe

Et lucro uentris commoda consequitur
Hic simulat scurram, fatuum, stultumque facetum,
Si numo potitur magnus Appollo canit.
Ast alius numi tractat commertia numis — *Argentarius.*
Insanit, numeros multiplicando suos.
Huic numi crescit cum numo morbus habendi:
Numi amor intensus maxima quæque petit.
Crescit amor numi, crescunt cum fœnore numi, — *Fœnerator.*
Indulget labes, rodit hydropsque iecur.
Quis quæso patitur signatos carcere numos
Ad numerum cogi, ceu pius usus amat?
Sunt qui non possunt cruciatis ponere metam
Numis dum uitæ spes manet ulla suæ.
Et recutitus iners nostro qui fœnore gaudet — *Vsurarius.*
In numi iurat uerba recepta sui.
Hic miseram plebem couertit in æra dolosa,
Tanquam Erisichton ædax, in sua membra furit.
Vsuris numi fraternum quassat amorem,
Et bibit humani sanguinis ænophoros.
Præsulis Albaui, tum Martyris ossa Rufini
Impius ut capiat uertere cuncta parat. — *Seditiosi.*
Hæretici quæcunque sibi sacra dogmata fingunt:
Sub titulis fidei lucra caduca ferunt. — *Hæretici*
Omnibus est numus sectis scopus, atque patronus,
Huius ad imperium stantque caduntque fata.
Garriat hæreticus, scripturæ scrinia prodat,
Omnia cum facias clausula numus erit:
Circuncisam lactat cæsa pecunia turbam
Lactucas similes sic sibi labra legunt. — *Iudæi.*
Mahumeticam rigido qui seruant numine sectam
Numorum quæstum certa piacla colunt. — *Mahumet.*
Degeneri quoque circuncisa pecunia grata est,
Sunt hoc Iudæi degeneresque pares. — *Impii*
Si numus loquitur pleno se proluit haustu — *Christiani.*
Ebrius & uino uiscera tenla crepent.
Sobrius imperio numi loca dona Lyæi, — *Ebrij.*
Siccat & exatiat quæ uacuata numis. — *Gulosi.*

Quanquam sit laqueo collum nodatus abactor
  Pendendus, numi fur tamen esse cupit.
Ob denariolum mactantur corpora passim:
  Et temerant homines uiscera carne sua:
Humanæque manus humana in corpora ferrum
  Stringunt, occultis insidijsque necant.
Lurida cognatis miscentur pharmaca amici,
  Boletos lethi munera nota ferunt.
A numo stimulata suos sæuissima natos,
  Cur Medea necas, sanctaque iura leuas?
Ob numos fratrem soror ira hanc percita mater,
  Vir necat uxorem, lex uiolenta uirum.
Prodidit hic numis patriam, dominumque potentem,
  Imposuit leges, quas posuitque, scidit.
Infidum Dominum speculantem scrinia numi,
  Securi occidit parua puella suum.
Diuisit medium liberta, & sola securi,
  Tyndarydasque ferunt hanc superasse manu.
Et modo Bruxellæ, Chirurgus fuste cecidit,
  Vxorem ad Stygias sicque remisit aquas.
Litis causa fuit numus, discordia præceps,
  Numo conuolitans, funeraque atra mouens.
Quot propter numum tetro sunt carcere clausi?
  Quot numis debent tristia fata uiri?
Semper & infœlix alieni debitor æris,
  Duraque seruili pectore uincula gerit.
Ad Ditem mandat nigro denarius, arcu,
  Plures quam Parcæ, ruptaq; fila coli.
Torrida sacrilegum testantur flumina Brennum,
  Dum petit intonsi Pythia regna Dei.
At mons Laurigero concussus uertice, duras,
  Gallica Parnassi sparsit in arma niues.
Et Siculus spoliat Græcorum templa tyrannus,
  Deportans numos suppliciumque luit.
Quisq; rapit numos, hospes nunc hospitis æra,
  Per uim, per funus, subdola fata struens.

Et scelus accepto Thracis Polynestoris auro,
Nutrit in hospitio num Polydore pio.
Prodiga non curans pereuntem fœmina censum,
Quæ non numorum nomine spectra facit?
Et tanquam uacua rediuiuis pullulet arca,
Numus & è cumulo copia magna fluat:
Sic pendit numos, rursus cupidissima poscit,
Imminet exilio fœmina dira uiri.
Ecquid ut auratos gereres Eryphila lacertos,
Dilapsis nusquam est Amphiarius aquis.
Est quæ se mœchis uendat, fallatque maritum:
Aureus in gremium Iuppiter ipse uenit.
Est quoque priuigno præbens adipata uenena,
Pontia nec natis parcere sæua potest.
Impatiens consortis numus & hostis amici,
Quem propter fratrum regna ruisse patet.
Non generi, soceri, fratrum non gratia restat,
Dissidium quoties numulus intulerit.
Sic Palamedis opus fallit, deceptor Vlysses:
Pompeium Cæsar Marte furente fugat.
Proloquar, atque utinam rerum sim falsus aruspex,
Frangitur & numis urbs populosa suis.
Certa loquor, sed nulla fides, neque enim Ilia quondã,
Verax Pergameis Menas habenda malis.
Sola Parim Phrygiæ fatum componere: sola,
Fallacem patriæ serpere dixit equum.
Solaque cognouit fallacis tegmina numi,
Numus æqui specie mœnia firma fodit.
Ille furor patriæ fuit, utilis ille parenti:
Experta est ueros, irrita lingua Deos.
Iason cum Græcis petit aurea uellera Phryxi.
Colchidos excidium cognita præda fuit.
Romanus Syria, Solymorum destruit urbem.
Emungens numos, mox quoque Roma ruit.
Imponunt propriis noua uectigalia terris
Reges, quum numum quærere cura iubet.
Sæpe suo populo turbæque tributa coacti

Violatores maritorum:

Adulteri Mœchi.

puerorũ occisores

Hostilitas & hostes.

Vastatores Vrbium.

 Extorquent

Extorquent Domini neu grauiora ferant.
Si opus est numo, turbantur sacra prophanis
In fiscum d nec splendida massa cudat.
Hanc miles clamat, hanc pauper poscit ad ædem,
Stentorea tragica murmura uoce boat.
Est qui pauperiem uerbis sestertia quærit,
Difficili Domino seruus asellus erit.
Libertate caret, cunctis potiore metallis
Improbus imperium perferet ille uiri.
Seruiet æternum qui numi ludicra quærit.
Insanus furiis pectora serua locat.
Sunt qui spontaneam & seruilem degere uitam,
Optant, sed numi speque doloque boni;
Qui libertatis studiosi symbola iactant
Cusa moneta illis pileus ensis inest.
Dum populus priscæ se libertatis amore
Vindicat, & leges, iura, fidemque nouat.
Quid rogo molitur, nisi certas condere technas?
Quarum præsidio dulce numisma ferat.
Vt libere numos capiat, neu debita soluat
Aera uiro aut templo, aut religione sacris,
Neu reditus Domino, neu uectigalia Regi,
Quæ debet tribuat, liber ad arma uocat.
Summa petunt fures, Ruffali denique pressi.
In Regis fiscum ceu male parta ferunt.
Magna Palatinos quos instruit aula clinentas,
Numorum fertur nectere compedibus.
Qui doctor iuris consultus gestit haberi.
Pro numis leges annumerare cupit.
Ceu nasum ceræ, sic leges flectere nouit
Sed numi cultu sic coronare studet.
Defectu numi legum transcendere iussa
Multi conantur furta, rapina uiget.
Cur quoque desertis cessant Sacraria templis?
Numini illi uicta quod pietate colunt.
Et maiore domus gemitu, maiore tumultu,
Planguntur numi, ac funera clara uiri:

Serui. Vide Lucianũ de seruientib.

Causidici aulæ.

Aulici.
Nihilo.
Iureconsulti aulici.

Sacerdotes aulici.

Ploratur lachrymis amissa pecunia ueris,
Nulla querela potest æquiualere satis.
Diues si quis habens numos non erogat illos,
Sicsus conuitiis Tantalus alter erit.
Vxor non saluum, non filius amplius optat,
Aegroto tali nullus amicus adest.
In talem populus sparget mox scommata falsa,
Et tali technis insidiisque nocet.
Sordidus & parcus, tandemque uocatur auarus:
Fabula mox Cyrce comica ficta fuit.
Hunc uigliare metu cogent, noctesque, diesque,
Frmidare malos, uerbera, furta, faces.
Et ne compilent fugientes scrinia serui,
Neu scurræ rapiant condita pondo sibi:
Magnum iter ingressi nunquam pede conficit ille,
Nec lætus sociis, conuiuiisue manet.
Hæc propter numos patitur cui contigit ille,
Si desit, longè fert grauiora miser.
Quis rogo præstabit qualem mereatur honorem?
Horrida quis gratis uisceea ueste leget? — Pauperes carentes numis.
Ipse li et uenias musis comitatus Homere,
Si numis careas, ibis Homere foras.
Si ualuam pulsat, si postulat hospitis ædes,
Nudus & exclusus flebile mutet inops.
Vicini oderunt, noti, pueri atque puellæ,
De quo non numos participare ualent.
Cur nemo est Hecalèm, nemo est quæ diligat Irum?
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.
Non speciosa uelit tali se iungere uirgo,
Officium famulus deneget ipse suum.
Hoc habet infelix paupertas durius in se,
Ridiculos homines efficit, atque abigit,
In numi incensu puluino surgat equestri:
Sufficit haud tegi traditur, exigitur.
Lenonum pueris quocunque in fornice natis,
Quod numos portant, dicitur, hic sedeant.
Praue Penelopes Diues quoque filius alta,

Respectu numi scamna tenere potest.
Vir bonus & sapiens, si numis indigus astat,
Cum strepitu & plausu cogitur ire foras.
Si cæsus tentat prætori prodere facti
Auctorem uerbis, uerbera plura feret.
Siue habeas numum, aut careas numo, tamen inde
Magna pericla manent, ergone dira lues?
Quid cupido numi poterit conducere numus?
Quod capit & sudat, esurit, alget, arat.
Quid maius præstat; pretiosus munere numus?
Stultum ridendum spectabilemque facit.
Compulit & Iudam numi grandissima sitis,
Vt Christum turbæ proderet horribili:
Num propter numum miscentur sana uenenis?
Vestitumque boni nec sinit esse uiri:
Scommatibus profunditur alma Ecclesia Christi,
Numorum causa secta superba uiget:
Qui numos sperant mitti sibi, credit amico,
Somnian ters. Somniat & numos, quæque tabella rogat.
Sæpe latens auceps coruum deludit hiantem,
Fallẽtes & falsi Fallentem fallit numus, inanis opis.
Est qui de fulua loculos implere moneta,
Intertimẽ tes se. Non cessat, loculo donec humatus erit.
Strangulat haud paucos suspensa pecunia collo,
Apoplexia. Vel perit extemplo nigra metalla gerens.
Ligneus est multis loculus, præ corde paratus,
Melancholia. Absenti ut nemo sit tumulus domino.
Est alii solus tota denarius arca,
Exules. Quique sit & culo tritior Arcadico.
Diuites & alii habentes numos et expendẽ tes cruciantur multis decausis
Non tamen hunc pistor, non aufert munere caupo,
Sed uerum Domini surripit exilium.
Quisquis habet numos, dextraque expenderit ampla.
Hunc mox excipient facta sinistra uirum.
Ille dabit paucos, plures offenderit ergo,
Vt qui de præda nil sibi conciliant.
Et quibus ille dedit, si cessit reddere plura,
Hostis erit capitis crimina magna meret.
Illi dicetur quod Ruffo carmine scripsit.

Sed

Sed uero Marcus scribere sic solitus:
Cum me capiabas mittebas munera Ruffe,
Postquam cepisti, das mihi Ruffe nihil:
Vt captum teneas nunc tu quoque munera mitte,
De cauea fugiat ne male pastus aper.
Ni dederis, carpent, oderint cane peius, & angue,
Noui illum, famuli, perfidiæque dabunt.
Si numo redimat quod uili sufficit aluo,
Vtque tegat corpus ueste domoque suum:
Gratus quis referat, squallentem nominat herum,
Et deceptorem præco forensis eum.
Sin lautus degat, sin prodigat æra libenter,
Se deplumandum præbeat ipse suis.
Diripiens cuncti, tondens, pellemque reuellent,
Et nouus Actæon qui postquam sparserit æra.
In prædam canibus se dedit ipse suis,
Ridendus populis ilia pigra trahet.
Immensos risus cornicula stulta mouebit
Nuda suis plumis, dilaniata cute.
Filius exemplum nobis sit prodigus ille,
Qui tandem porcis æquiparatus erat.
Et Nero qui Cæsar fortis, magnusque Tyrannus,
Defectis numis se necat ipse manu.
Quem primo uani magicas perdiscere curas
Fecerunt, numos eripiuntque simul.
His habitis, nudum tradunt cerdonibus illum,
Cædit auctores, imperitque noui.
Didius Imperium numis sibi comparat amplis,
Sed propter numos colla putanda dedit.
Debentur numis cum tanta nefanda pericla,
Quis pius hos cupiat, quis sibi poscet eos?
Christicolæ certe tellus prius ipsa dehiscat,
Quam propter numos desinat esse bonus.
Et Deus omnipotens huc tradit fulmine ad umbras,
Qui propter numos iura fidemque premit.
Pallentes umbras Erebo, regnumque cruentum,
Captator numi perfidus omnis adit.
Publica lex quondam dedit illi præmia summa:

Et statuas posuit perpetuumque decus:
Qui patriæ occidit crudeles cæde tyrannos,
Et seruitutis grandia uincla fidit.
Laus illi æterna, & uiridis florensq́; corona,
Erectæ statuæ, templaque magna uiro.
Qui docuit rigidi contemnere numina nerui,
Et sine nunc numis uiuere posse Deo.
Hic Christus, liber, sapiens, Rex denique Regum est,
Tum alma Ecclesia eius, quiq́; iugum hoc sequitur
Vera moneta manet, nec tempore deserit ullum
Diuinus Christ s, suppeditatque satis.
Neu quis inane colat numen, neu speret in ære,
Pendamus Christo cusa metalla pio:
Pontifici & Regi debetur numus ad usum,
Communis Gazæ, præsidijq́de sacri.
Priuati numos ham is piscautur apertis.
In proprium uertunt publica dona suum.
Pender e uectigal numorum ponere partem,
Iussi mox Turcam Sauromatasue petunt.
Sic spoliant Christi populum, maledictaque spargunt,
In Sacros Dominos, pontificesque pios.
Sed quod non Christus capit, hoc rapit impius hostis:
Pellit & in fiscum Marte doloque necat.
Imminet exilio nostro dulcedine numi,
Allectus Christi sic uorat ille gregem.
Quin potius populus Christi mercetur ab Indis,
Et Turcis numos, ut ferat illa Deo.
Tum doleat Turcæ, Iudæi, quòdque propolæ,
Nos spoliant numis, quos nocuisse decet.
Qui postquam terris incendia, bellaque, sectas,
Sparserunt, fugiunt, fætor in ora uolat.
Hi laudant numum, portantque numismata ad orcum,
Persuadent populo nil forr prosperius.
Hinc est quod uulgo tam præstans creditur unus,
Numus & in terris sit Deus alter agens.
Ad summam numus rex est, summusq́; Monarcha,
Vmbrarum, & terræ, sic Pelagique Deus.

Empyrico

Empyrico dirum fulmem deducit olympo,
Præsumens numus, sydera summa quatit.
Sic tonitru quondam Sulmoneus ipse mouebit,
Atque Iouis fulmen dum meditando ruit.
Si mixtum corpus cœlum conscendere posset,
Iam Ioue depulso numus ad astra foret.
Ad quæcunque uenit denarius oppida & hospes,
Intrat, regnanti nulla negata fides.
Regalem perhibent Regum diadema ferentem,
Et Regni numus sceptra Iouemque facit.
Nescio cur dicant, quod cæca pecunia regnat,
Quando oculos feriat luce nitente malos.
Splendidus obscura pulsa caligine numus,
Si micat abiectis regia dona refert.
Orbiculus numus fert orbis munera quæuis,
Continet in sese quicquid in orbe uiget.
Pactoli dat numus opes, largitur Hydaspis,
Quicquid & effundit diuitis unda Tagi.
Tribuit Alanum formica quod egerit aurum,
Gangica, & Arctous quod quoque Gryphus amat.
Numus præstabit rubrum quod colligit aurum,
Rhenus, fæcundam, & quam tenet Ister aquam.
Quas Rhodanus gemmas, fuluum quod proruit aurum,
Et quæcunque latet ille metalla dabit.
Exiguus quamuis uilisque, & terrea res sit,
Aethereos ignes continet ille tamen.
Quicquid habent Stygiæ latebræ gemmasq; micantes,
Ex alto effodiens in statione locat.
Rursus demi ror tenuis quod Bractea tale,
Possit imperium, quale Tyrannus amat.
Exitialis enim est numus, pœnasque rependit,
Quando suis septis liber inesse nequit.
Pallidus insidiis metuit quoque pallor amores,
Fatalis uincit, fila columque cremat.
Nobilis est generis, perlustria stemmata reddit,
Malorum celebrat facta uocesque lubens.
Est cruce signatus, depellit dæmonis iram,

Inferni

Inferni regni tela cruenta tenet.
Numus conuertit, disiungit, spernere diuos
Audet, & infringit iustitiæque bonum.
Regnanti numi sunt secula, plurimus ill i
Venit bonos rutilans, ipse triumphat ouans,
Numo uicta fides, numo uenalia iura,
Numum lex sequitur, & sine lege pudor.
Contra idem iustum seruat, iustumque probabit,
Causa iustitiæ numus amicus adest.
Causidicus doctus clamat sub iudice auaro,
Hic habet, & numos esse reo retulit.
Detractus numus, causam facit esse malignam,
Quamuis honestati sit bene fulta suæ.
Si ueniat ridens leges dabit ille secundas,
Et quicquid fiat diluet eximie.
Hic nimium recreat, Rhadamanti iurgia tollit.
Eximit urceolo nomina grata sibi.
Vel quoque mortales sinuosis implicat ausis:
Et tristes lites tristior ipse mouet.
Et modo noxas inuidiosa pecunia grandes,
Et modo mortali bella tremenda mouet.
Vt fracti coeant in fœdera rursus amici,
Syclas præclaro robore solus agit.
Componit lites quas fecit fœdera iungit.
Connubio sarcit mutua damna nouo.
Sic generis, sobolis, uitæque est inclytus auctor,
Humanum fatum numus in ære tenens.
Et gratam inuicto speciosa pecunia uincto
Pacem confirmat, per sua uota datam.
Tum pulchros recreat formosa pecunia natos,
Formosæ cedit pulchra Diana parens.
Clamosa inducit rixosus iurgia numus:
Clarior ut prædæ uictor abire queat.
Vt numus numum pellit, sectatur & infert,
Hinc homo sic hominem quod Stipis acta docent.
Nam sub Saturno uix quis regnante manebat,
Cuius non animo dulcia lucra forent.

Hēt inquit Causidicus, alii putāt quod cām iustam habet: sed iudex intelligit quod numos hēt, & nō iustam: nisi assint numi Iustitiæ, hæc sepulta erit.

Tempore

Tempore creuit amor qui nunc est summus habendi,
Vix ultra quo iam progrediatur habet.
Pluris opes nunc sunt, quàm prisci temporis annis,
Dum populus pauper, dum noua Roma fuit.
Dum casa Martigenam capiebat parua Quirinum,
Et dabat exiguum fluminis ulua torum.
Iupiter angusta uix totus stabat in æde,
Inque Iouis dextra fictile fulmen erat.
Frondibus ornabant quæ nunc Capitolia gemmis,
Pascebatque suas ipse Senator oues:
Nec pudor in stipula placidam cepisse quietem,
Nec fœnum capiti supposuisse fuit.
Iura dabat populis, posito modo Prætor aratro.
Et leuis argenti lamina crimen erat.
At postquam fortuna loci caput extulit huius,
Et tetigit summo uertice Roma Deos:
Creuerunt & opes, & opum furiosa Cupido,
Et cum possideant plurima, plura petunt.
Quærere ut absumant, absumpta requirere certant,
Atque ipsæ uitiis sunt alimenta uices:
Sic quibus intimuit suffusa uenter ab unda,
Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ,
In pretio pretium nunc est, dat census honores,
Census amicitias, pauper ubique iacet.
In numo numus nunc est, dat numus honores,
Numus amicitias, quo sine nemo placet.
Aera dabant olim: melius nunc omen in auro est,
Victaque concessit prisca moneta nouæ.
Nos quoque templa iuuant, quamuis antiqua probamus,
Aurea Maiestas conuenit ipsa Deo.
Laudamus ueteres, sed nostris utimur annis,
Mors tamen est eque dignus uterque coli.
Auspicium felix stipis est hæc causa manetque,
Et populi iuuerint æra uetusta manus.
Imperiosa iugo hinc regina pecunia prostat,
Fenus & usuras quæ sine fine facit.
Quæritur immensis pretiosa pecunia technis,

Pro quei venali est cor animæque decus.
Proftet ut in quæstu se vendit debita coniunx.
Vtque puella viris, hoc quoque numus agit.
Numus prodit agros, villas & mœnia pandit,
Vendit res sacras, & monumenta pia.
Numus emit vestes Sarrano Murice tinctas.
Dat gemmas digitis, auribus ind t eas.
Margaritas quibus exornat quoque pallia regum.
Vellera dilapsa candidiora niue.
Numus emit torques, bullas, splendentia ferra,
Et capiti præbet gemmea serta sacro.
Omnia numus emit quæ dat natura, vel artes,
Affectus varios seruitiumque hominum.
Ille locat solers, conducit, pignorat, ædit,
Contractu excutiens asso iauit opes.
Instrumenta operum, remos, classisque rudentes.
Dedali comperiens, organa mille struit.
Atque etiam lentis Cyclopes fulmina massis,
Improperære facit brachia dura mouet.
Tingere sulphureis stridentia frontibus æra,
Vertere de syluis, scindere ligna fabros.
Mollia confirmat, tractans perdurat in æra,
Rursus & infringit robora cuncta manu.
Aedificat, quadratque, rotat, prosternit, & aptat.
Mœnia, templa, domos, oppida, castra, focos.
Extruit excelsas turres, artesque perennes,
Conseruat, miras parturietque vices.
Nec scio cur multis funesta pecunia dicta est,
Nec sit pro magno cur venerata Deo.
Non habet in templis, custodit sed tamen illa,
Vitalis numus funera condit humo.
Regna, palatinasq; arces opulenta moneta,
Seruat, & illustri conditione nouat.
Murda domi splendet, nitida est & culta supellex.
Maiestas numis debita summa manet.
Dalmaticos habitus ostroque auroque micantes,
Byssum, atque ornatus diuariatque nouos.

Numus vidit.

Numus emit.

Numus laborat.

Numus innouat, & cōtra.

Prima peregrinos obscæna pecunia mores,
Intulit, & luxu tempora sancta replet.
Moribus obscenis dat culta pecunia cultum:
Rursus & extinctis viuere membra viris.
Postquam de puro conflata est massa metallo,
Forma tum numus moriger emicuit:
Fortia stridenti commouit pectora pulsu,
Plusque tuba stridens trusit in arma viros,
Numi sacra fames, quid non mortalia cogis
Corda? coruscans tu fanda nefanda facis.
Tu sacer & magno Dominus venerandus amore,
Et neruus belli diceris esse bonus.
Hinc pugnet numus, certet sapientia ab inde:
Sed victor numus, signa superba feret:
Persuadet numus quiduis, aurique coegit
Colchidis a Græcis vellera tonsa peti.
Ferrea virga potest numus sine crimine dici,
Nanque adamantino mitigat ære caput.
Hanc petit Aeneas Stygios subiturus Auerni.
Lacus, & admirans Cerberus ora silet.
Numus est solidus sanans labentia corda,
Iungitur hic nudæ proximus vsque cuti.
Et nitidus clausa male sanis conditur arca,
Clarior est tritis, sed tamen ille modis.
Omnes hic morbos de corpore pellit amaros;
Et facit, vt viuant, qui periere semel.
Languores tollit, dulcissima pharmaca præstat:
Et cunctis medicis anteriora facit.
Regius vt misero decedat corpore terror,
Crescentemq; hydropen aureus ille fugat.
Tristia iocundi demulcent pectora numi,
Et dulces loculos associare valent.
Purpureas animas dextro Ioue numus ad auras
Promouet, atque Erebi tristia regna trahit.
Insurgunt diri feruenti corde dolores,
Qui numum sentit non sibi propitium.
Et meditans trepidat surgentes pectore curas.

Numus mores facit.

Numus numũ armat.

Numus sanat morbos corporis.

Numus sanat morbos animi.

Iam tenebras mortis mente subire parat.
Non grauiora putat contingere pondera morbi,
Quàm noscens numum non onerare manum.
Numi possessor robusto cursitat osse,
Nauigat in portu, certaq; fræna tenet.
Gaudet letaturq;, exultat regis amicus,
Qui miles numi strenuus atque potens.
Semper ouare potest tali sub rege beatus:
Et merito causas unde triumphet, habet.
Non pudor aut probitas, sed uirtus nulla placebit,
Ni numi iubeant, gratia nulla ualet.
Hic Veneris cestum faciunt, has gratia zonas,
Hæc Nymphæ cupiunt cymbala prima sibi:
Paupertas multis dura est, hoc nomine solo,
Quod numo careat, numus amore beat.
Illum igitur cuncti amplexu constringere captant,
Ceu natura nihil finxit amabilius.
Corporis ut sanguis succusq; est causa tuendi,
Sic uitæ est numus spiritus atque cruor.
Cum placet ille potest rursusque occidere corpus,
Quod pauci credunt res, tam n ipsa docet.
Numus occidere potest. *Sæpe etenim in paruo conduntur toxica numo,*
Causa ueneficii non recitanda mihi.
Quæ modo libauit leprosus pocula pauper,
Tanquam uipereum pellimus ista malum.
Qur numos manibus leprosi sæpe diuque,
Infectos dubitas, marsupioque tenes?
Quique uenenatas horres contingere plantas,
Pæstiferum numi uirus habere cupis.
Omnia tabifici superant contagia numi,
Corporis atque animæ uulnera sæua facit.
Mille modis aliis numus quoque mittit ad Orcum,
Quos mea detrectat ludere Musa modo.
Maxima pars hominum decepta cupidine numi,
Casibus aduersis magna pericla subit.
Nam dum Bruxele stridendo hæc fistula cantat,
Præpositus pene Spel laqueo periit.

Qui

Qui rerum ignarus sordenti natus ab ortu,
Officio numos diuitiasque rapit.
Vnde uiam gradiens numorum ardore malignam,
Transgressor legum morte patrata luit:
Morte adeo nigra, quæ coruos uicerit atros,
Imputet hoc numus dum nimis ampla petit.
Numus raptores, fures suspendit, & urit,
Latrones, sectas, sacrilegasque manus.
Defendit, damnat, profundo è carcere seruat,
Detrudit rursus, noxia fata parat.
Sic mentes ducit, aures moderatur & ora,
Vt laus credatur fallere posse dolo.
Neu tamen in numum uidear peccare loquendo,
Conticeo, noceat neu mihi parte sua.
Quis adeo falsus manibus denarius errat.
Quin defensores inueniat Dominos.
Qui numum spernit, qui numi munera ridet,
Hunc numus ludit, ridiculumque facit.
Insipidum, fatuum, stultum, fantasmate plenum,
Et uita indignum, degeneremque uocat.
Sed quia nil curo corrupti murmura numi,
Auribus & surdis talia uerba fero.
Hæc tantum tetigi cum libertate modesta,
Plura loquuturus, si mihi probra mouet.
Cedo tamen numo, nec sum iam sæuus in illum,
Quin precer ære suo uel mea dicta probet.
Scommata tunc iaciat, naso suspendat adunco,
Pisant & à tergo, quælibet ille patret.
Si modo me saluum nitidumque iuuabit & ornet,
Officio nunquam destituendus erit.
Iudicium hoc populi solus contemnere nolo,
Quod quisquis spernit, cuirog; gratus erit?
Quæ tamen in nobis mens sit de moribus illis,
Numus ait, noli dicere mysteria,
Quid faciam? cæcat mentes, sensusque prophanat,
Terræ regnator commouet alta poli.
Nam omnes ante gazas numus celsissimus extat,

Diuitiis cunctis dona priora tenet.
Numus habet primas, in mensa primus & ipse,
Cernitur in templo, quæritur inque foro.
Hunc currus primum, primum quoque prima triremis,
Ducit spectandum, seruitioque colit.
Numus amare facit, famulos cum fœdere iungit,
Numus Gallinæ lac dare dulce potest.
Allia, serpillumque herbas præstabit olentes,
Cinnama datque coquo, delitiasque gulæ.
Hortos numus alit, medicas uirtutibus herbas,
Dat pulchrum & toto quicquid in orbe uiret.
Omne iter usque polos patet ingredientibus altos,
Numis Tartareę ianua aperta Stygis,
Omnia sunt noto patefacta uehicula numo,
Omnis equus, nauis, porta, domusque patet.
Scyllæam rabiem numus penitusque sonantes
Exuperat scopulos, saxaque dura cauat:
Et uolat ut uolucris tenuem quando aera sulcat,
Oppida præcipiti transmeat ille manu.
Multorum famam secum deportat ad Indos,
Et clarum terris nomen in astra refert:
Ad nutum numi famem nunc temperat incus,
Quæ sonat & clamat candida quæque nigra.
Quæ numi plenum largumque asscribit amicis,
Laudibus heroum concelebratque piis.
Sanctorum numero, diuumque accumbere mensis,
Narrat & immensis follibus usque sonat,
Indocta affinget doctissima pectora Scythæ,
Deformi pulchram corporis effigiem.
Si spes est lucri terrestre probabitur esse
Numen, & a uitiis libera corda malis.
Contra de parco spargetur pessima fama,
Si numus mandat, fama uolabit atra.
Hæc uelut est ueræ certissima nuntia uitæ,
De iusto faciet dæmonij famulum,
Detrahet & nigris delebit candida dictis,
Blasphemiis scindet, prouida facta boni:

Auget nunc semper numi præsentia famam,
Defectum radiis diluat ille suis.
Sed nos ingenti passu saltauimus amplum,
Iam spacium, liceat sede tenere pedem.
Qui tamen exactè uim numi discere gestit,
Plenius & breuiter pauca legenda ferat.
Sit uanis, meretricibus, insipidisque, atque puellis,
Numus lasciuus quæ bona cerne dabit?
Qui pueri discunt artes ludosque frequentant,
Mercantur, stolidè pro feriisque luunt.
Compta puella tenens numos lasciuit ineptè,
Luxuriatque animo, ludicra mille parat.
Cætera iam lassi, differre iubemur in annos
Venturos, præsens succine finis ait.
Prædictis quatuor modo cum sit copia numi,
Quid mundi & numi Regna superba queror?
Nunc sat de numo sit decantasse potenti,
Quanquam non humiles gaudet adire domos,
Quanquam nec nostro depellat pectore curas,
Quas inter meditans, illius acta ligo.
Hæc tamen expresso cecini triuialiter ære,
Quæ scripsit nullo pondere pressa manus.

FINIS.

Bruxelle Anno Salutis. 1569. Feb. 23.

LIBELLVS DE PERFECTA PERE-
grinatione hominis Christiani ex hac ui
ta, una cum succincta Exe-
gesi Decalogi.

ADIECTIS TITVLIS CONTEN-
torum, siue materię eorum quæ tractan
tur in unoquoque capite.

Præsens pagina ordinem contento-
rum indicabit.

EPIGRAMMA DE MORTE ad Lectorem cur de ea scriptum edidit auctor.

Mors lento tenues passu quæ pasceris auras,
Et uiridis uitæ munera grata rapis:
Flebilibus deflent mortales sæpè camænis
Funera & exequias, Imperiumque tuum:
Sed tua preuertit cantando numina Cygnus,
Dum sentit membris robora lapsa suis.
Tu studii requies, cunctorum meta laborum,
Aeternæ uitæ tempora sancta refers.
Ad te suspirant meditantes tædia uitæ,
Qui curis nimiis tempora cana tenent.
Nec quid habes iuris musas uexare perennes,
In quarum castris maxima signa tuli.
Hactenus explicui sanctarum arbitria legum:
Iustitiæ docui quæ pia iura forent.
Adde quod immensis causarum etiam obrutus undis,
Iam grauior senio regia castra sequor.
Dum curæ rapiunt alio, dum murmura Musæ,
Impendes capiti mors inopina meo.
Quocunque ingredior sequeris uestigia lustrans,
Incautum quæris fallere cæca senem.
Sed tua mors contra quæro diuincere tela,
Quo moriendo mihi, uita perennis eat.
Vnde tua ante obitum modulantur iura Poetæ,
Dum gelido somno membra quieta parant.
Prudentesque uiri mortis monumenta laborant,
Vt feriat cautos noxia tæda minus.
Humanæ quantum dissoluis robora carnis,
Et formæ pulchrum tu popularis opus.
Diuinæ tantum florescant numina mentis,
Cælestesque choros læta subire queant.
Iam Damhouderi quamuis pars magna suspersit,
Et sparsum toto nomen in orbe manet:
Attamen ut tuto mortis superare pericla,

Possim, & ut in portu naufraga uela feram,
Hoc opus aggressus per mortis cęrula uada,
Cælestem ad superos scandare trado uiam.
Vtque cliens Christi deuicta morte triumphet,
Mens immortalis & rediuiua caro,

AD LECTOREM.

DVm floruerat ætas, & anni uiriles adhuc caluerant, nihil tum præclarius, tũ Deo gratius esse duxi, quàm de repu. iuuãda bene mereri. Quare tũc temporis in hoc unum incubui, ut patriæ, cui bonam uitæ partem debeo, pro ingenii mediocritatę prodesse potuissem: Quod certe consiliis, tum priuatis, tum publicis partim in præclaro Magistratu Brugensi, (cui 18. perpetuos annos meam consecrauerã operam) partim in Imperatoriis, ac Regiis negotiis Aulæ Belgicæ hactenus 19. annos non minus fideliter quàm studiose præstare curaui. Deinde ubi inter hęc ardua negotia nõnihil ocii irrepserat, id succisiuis horulis ad aliquot ciuilis praxis tractatus colligendos impendere uolui: ne uel hac in parte aut mihi, aut publicæ utilitati deesse uiderer: Collegi nãque ac in publicum usum edidi: primo Subhastationis compendiosam exegesim: quam ubi multis non displicere cognouerã, animũ recepi ut & Pupillorũ patrocinium Latinã, ac Gallicè. Postea uerò Praxim criminalẽ edere tentauerim. Tandem ubi hos libellos ad exteras quoque nationes peruagatos, sæpiusque Latinè Gallicè, Allemanicè, ac Teutonicè recusos esse intellexissem, perrexi, & Praxim ciuilem aggredi, quam in ducenta sexaginta nouẽ capita commodissimè dispositã tandem in gratiã Ducissæ Parmẽsis edidi, Tum his adiicere uolui Similia iuris, quæ in enchiridion quoddã contracta, iurium cãdidatis, non doctis (quod & de aliis quoq; intellectum esse cupio) extremis hisce annis meis edidi. Postq̃ uerò multis Mays me grauatum, corporisq; uires in graue-

grauescentes persentiscerem, canosq; prorumpentes conspicerem: statui tandem per ætatis incommoda me nullis amplius scriptis ędēdis diuexare uelle, sed potius tēpori, ac mature, manū è tabula reducere, ne (ut equus ille Horatianus) *peccem ad extremum, nunquā ridendus & ilia ducam*. Quia tamē mens humana nunquam est ociosa, quicquid amplius datū fuit tēporis, id omne non de iure dicendo, sed de fœliciter moriendo impendere, & tanquam uitæ uela collectu rus ad mortis meditationem (in cuius portum me paulatim illabi, atque influere sensi) conferre uolui, ut in eo certā uitæ stationem figerem. Ideoq; omnia quę uel assidua meditatione, uel priuato studio, uel lectione quotidiana ad hanc stationem conducere uidebantur, in hunc tractatulum unum ad pietatem Christianis hominis iuuādam collata digessi, in quo Christianus lector clare conspiciet, quæ ad fœliciter hinc emigrandum expedire poterunt. Interim (spero) mihi dabit ueniam theologus, si ego homo politicus, in alienam messem meam usurpem falcem, quum diuina, ac salutaria proponere populo Dei nulli non putem à Deo esse concessam, modo id sobrie, modeste, ac cū sola scripturæ canonicę auctoritate id præstet, quę omnibus ac singulis ubertim scaturit, nulliq; præcludi, multo minus obturari, debeat. Quod nobis certo documento esse debent exempla euāgelica, de muliere Samaritana, quæ christo quæstionem etiam theologicam proposuit, non propositura, nisi prius de controuersiis theologicis utcunque imbuta fuisset. Docuit etiam citra offendiculum, imo cum gratia D. Ioānes Baptista, docuerunt & in Synagogis amplissimi tempore Christi citra Pharisæorum offendiculum: Imo docuit, & in templo ipse Christus Saluator noster anno ætatis duodecimo cū applausu, ac stupore omniū sacerdotum: & absque ullo consensu aut auctoritate sacerdotum isq; non ut Christus aut Dei filius habitus, sed solum ut filius fabri æstimatus. Non igitur

à me alienũ esse putabo, si ipse quoque ad cõmunem salutem hunc tractatulum pro fœlici emigratione in uulgus edidero. Sed hanc materiam tractaturus, in qua & uiri docti magnopere desudarunt: dum negotii grauitatem ex una parte conspexi, ex altera parte uerò ingenioli mei uires, quid ferre possent, mensus sum, ea me ab huius institutionis incœptu merito deterruerunt: Attamen perpendens quàm sit istius materiæ assidua consideratio Christiano homini ad non peccandum utilis, adeo ut Sapiens ille moneat quemuis, Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Imò considerans quàm sit mortis meditatio plane necessaria, ob id quod mors ipsa sit uitæ nostræ terminus & inuétabilis ultima linea rerũ quam nemo euadere potest, animum tandem recepi ut quam ad hanc materiam cõducere uidebantur succisiuis horulis in schedulas aliquot colligerem, easq; postea recogitas in certũ ordinem disponerẽ, uulgoq; candidè impartirẽ, quod pro uirili portiuncula in hoc tractaculo præstare curaui: quem mẽbris & capitibus in hunc modum distinxi.

MORS QVID.

1 † Principio itaque sciendum est, quid sit mors, priusquam de ea multa differamus. Verum ipsa (quod sit res non positiua, sed priuatiua) non recte definiri aut cognosci satis potest, nisi per notitiam rei sibi priuatiue oppositæ: Cum itaq; uita morti sic priuatiue opponatur, necessario etiam mortem definimus esse uitæ priuationem, aut uitæ carentiam, & mori nihil aliud esse quàm priuati uita, aut desinere uiuere. Vnde quia uiuere est actionibus uitalibus apertè perfungi, ita & mori est iisdem actionibus uitalibus
2 destitui. †. Et sicut illum censemus uiuere in quo uitales actus conspicimus, ita & illum mortuum iudicamus, in quo nulli uitales actus apparent.

VNDE MORS.

3 † Mors itaque quum tantum ſit uitæ priuatio, ipſa recedente uita ſolum nomen habet, eſſentiam ueræ rei non habet, quum res non ſit ſolũmodo rei priuatio, ut rei defectus, ut tenebræ, fames, ſterilitas, ſilentium, etc. quæ rerum priuationem nihil niſi ina nia nomina eſſe, nullamq́; eſſentiã habere inueniun tur. Ideoq́; nec Deus mortis auctor, aut creator mortis dici poteſt. Quicquid enim Deus fecit id ſpecies
4 eſt, & eſſentiam habet, ob id quod ſit. † Dicitur enim eſſentia ab eo quod ſit: quod quamuis ſoli Deo perfectiſſime, & proprie competat. Iuxta illud Exod. 3. Qui eſt, miſit me ad uos, etc. De creaturis tamen nihilominus dici poteſt, quæ quãuis nõ ſint, ut Deus, qui ſine principio eſt exiſtens, ſunt tamen ob id quod initium accipiẽtes eſſe aliquãdo cœperit quod ſint.

MORS DVPLEX.

† Vt homo ex duabus conſtat partibus ex corpore
5 uidelicet, & ex anima, ita & utraque partium ſuam habet & uitam, ſuamq́; habet & mortem. Vnde & duplex eſt uita, ſ. uita corporis, & uita animæ. Et duplex mors, ſcilicet mors corporis, & mors animæ.

VITA CORPORIS.

6 † Vita corporis eſt animæ in corpore preſentia, quam corpus animat, quæ corpori uitam donat, quam uitales operationes in corpore exercet, quæ ſunt, inſpirare, expirare, reſpirare, uigilare, dormire, edere, bibere, excernere, & in ſanis ambulare, loqui, audire, ſapere, olfacere, corpus uegetare, & ſimiles aliæ, quæ nobis cum animalibus brutis ſunt cõmunes, ideo ſi ſolas has operationes uitales in hoĩe cõſpiciamus. Nõ eſt quod eũ hominẽ hominis uitam uiuere

dicamus, qui ſolam ita animalem uitam uiuit, uel qui iuxta has ſolas operationes animaliter potius ui uat, quàm humaniter. Cum enim homo ratione, intellectu, uoluntate, ac dominandi potētia præditus, & ad imaginem Dei factus ſit; & ſi iuxta rationis, intellectus, uoluntatis, ac interni hominis præſcriptū non uiuat, nō uere humaniter, ſed ſolum animaliter uiuere ſecundum dictas uitales operationes uiuere putandus erit, imò & hæc ipſa uita noſtra, qualis qualis eſt, uerius mors, quam uita dicenda eſt. Viuē do enim (ut ait Seneca) quotidie morimur, quia quo tidie nobis aliqua pars uitæ demitur. Quid enim aliud ſingulis horis, ac momētis agitur, quàm quod aſſiduis morſibus uita iſthæc mortalis deteratur; & mors continuò peragatur, donec tota conſumetur, ac compleatur? dum ex eo momento qui eſſe, ac uiue re incipimus, continuo curſu ad mortē properemus. Imò uerius cōtinuis momētis morimur quotidie, quia in aſſiduo moriendi actu ſumus, & ad mortis terminum aſſiduè currimus, donec ipſum comprehē dimus. Tunc autem eam comprehendimus, quando mortis terminus hic finitur, hoc eſt, quādo ad huius uitæ perueniemus exitum, & facti immortales uerā uitam poſt hanc mortem inchoamus. Vnde & hic uiuentes ſimul etiam morientes dici poſſumus.

MORS CORPORIS.

1 †Sicut itaque corporis uitam diximus eſſe animæ uiuificātis præſentiam, ita ex poſito: Mors corporis eſt animæ à corpore abſentia. Tum enim corpus ani male moritur, quādo anima ſua destituitur, hoc eſt, quando uiuificantis potētię uis recedit, & caro occi dit, & in terrā, de qua aſſumpta eſt, redit, amiſſis ſenſi bus, & uitalibus operationibus cōſuetis: quos nō ex
2 ſe, ſed ab anima habuit. † Anima enim dū corpori infunditur, corpori uitā, ut ſol diei lucē attribuit. Dū uero recedit tunc mortem efficit, quę utrāq; hoīs

partem

partem suæ reddit origini. Corpus quod ex quatuor elemētis cōpactum est, & corruptibile existit terræ reddit, Animā uero quæ ex nullo elementorū, sed ex nihilo facta est, à Deo hanc iterum suo creatori, aut ad Beatitudinē, aut ad damnationē reddit. Hac autē morte corporis nobis nihil est certius, mortis uerò hora, loco, ac qualitate nihil est incertius. Nescimus enim quādo, ubi, aut quomodo moriētur, quia mors nos semper, & ubiq; expectat. Ideoq; & nos eandē, si saperemus, & aduentum Domini in morte semper & ubiq; expectare deberemus, & essemus parati, ut dū corpus ad terrā, unde assumptū est, reuertetur, spiritus redeat ad Dominū, qui dedit illum, iuxta illam ipsius Christi pręmonitionem: Vigilate, quia nescitis diem neq; horā Matt. 25. & ideo & uos estote parati, quia nescitis qua hora filius hominis uētu rus est Matt. 24. Item Dies Domini sicut fur in mor te ueniet. Cum enim dixerint pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interius. 1. Thess. 5. a. Por rò ut homines huius mortis perpetuo essent memores, ueteres hominem definierunt esse animal rationale mortale. † Illud hominē à bestiis separat: istud ab angelis, & diuinis. Quum aūt hæc mors corporis sit omnibus ex æquo communis, deinde quum sit per se indifferens, nempe ex se nec bonā, nec mala (nisi quatenus est peccati stipendium) (sicuti & infrà dicetur) cōstat non eam esse metuendam, nisi malis, uti & infrà dicetur. Est enim bonis bona, & solis malis mala. Mala enim inquit Augustinus mors nō est putanda, quam uita bona præcessit, nō enim malā mortem facit, nisi peccatum quod mortem præcedit. Quare non est multum curandum nobis morituris, quid nobis accidat, ut moriamur, sed potius curādū, quò morituri hinc abire cogamur. Mors enim pauperis Lazari īter lingētiū canū linguas multò fuerat fęlicior morte epulonis diuitiis, gēmis, purpuris, & bisso amicti, quia illi mors nil obfuit, sed ad uitā trāstulit ęternā: Huic mors exitialis fuit, & inferno sepe

Mat. 24.
1. Thess. 5.

liendum demerfit. Hinc eſt, quod Chriſtus dixit. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Sed potius timere eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehēnā Ma. 10. c. Et beati qui piè in Domino moriuntur. Hi enim quamuis moriantur corpore, uiuere tamen dicūtur, ſicut Abraham, Iſaac, Iacob, Prophetæ, & ſancti martyres, qui quamuis mortui ſint, Deo tamen uiuunt. Vnde & Deus non mortuorum, ſed uiuentium Deus dicitur, quod hi q in Domino ſunt mortui, nō mortui, ſed uiui cēſeantur, iuxta illud: Placebo Domino in regione uiuorum Pſal. 114. Impii uerò dum moriuntur, & corpore & anima moriuntur, corpore per ſeparationem animæ à corpore, Anima per abſentiā gratiæ diuinæ, qua ipſorum animæ pœnas luent, donec corpora ſimul cum corporibus reuiuiſcentibus pœnis adiudicabuntur æternis, & mortem ſubibunt ſecundam. Sed quoniam hæc corporis tum uita, tū mors nobis ad ſenſum nunc notiores ſunt, quàm ut longioribus logis ad docendum pertractentur, idcirco uitam, & mortem animæ diligentius conſideremus oportet, quæ nobis cum brutis non exiſtunt cōmunes, ut ſola uitalis ſeu animalis uita, ac mors humani corporis.

Mat. 1.

Apo. 14.

Pſ. 114.

VITA ANIMAE.

1 Sicuti corporis uita eſt animæ in corpore præſenti, ita & uita animæ eſt Dei in anima per ſuam gratiam præſentia. Cum enim Deus per ſe ſit uita, imò fons uitæ, atque adeo ipſa uita æterna, is profectò ſolus dat animæ uitam ſuam, & uitales ipſius operationes in ea ſolus exerit, quæ ſunt in Deum ſyncerè credere, Deum ex tota anima amare, in Deum firmiter ſperare, Deum purè colere, & prox. mū propter Deū in omnibus neceſſitatibus uti ſeipſum amare, de omnibus bene mereri, mitem eſſe in uerbis, miſericordē eſſe erga afflictos, tum uerbis, tum moribus eſſe pro-

bum,

bum,& corde mundum,esurire,& sitire ueram iustitiam,ueramque uirtutem;patientem esse in rebus aduersis, cunctaque incommoda,tam externa,quàm interna ueluti crucem à Deo impositã, uelutiq; à Deo illata flagella patienter propter Deum perferre, bona præcari illis à quibus uim, & persecutiones perpetiũtur:& ita de similibus, quæ uirtutes nõ omnibus pariter insunt, neque cuiuis homini ex æquo contingunt,sed solummodo electis ex uoluntate Dei,& ad mensuram donationis Christi, qui sancti amoris firmissimo nexu Deo indesinẽter adhærent, ex Deo uiuunt,& ex Deo succum suum uitalem exugũnt, nõ secus quã palmites succum suum ex uite hauriũt,& ex eo uitis succo uiuunt:iuxta illud Pauli: Qui Deo adhæret unus spiritus est.Et christus apud Ioan.15. Ego sum uitis, uos estis palmites, qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum : quia sine me nihil potestis facere.Quisquis igitur has uirtutes dictas habet, & sese ad hunc mundum ex succo diuini spiritus internè ali persentit,is profectò animam suã Deo uiuere credat. Is quoque indesinẽter Christi carnem spiritualiter mãducat, & assidua Christi sanguinis potatione spiritualiter reficitur. In Deo manet, & Deus in eo. In Deo uiuit, & Deus in eo,uti ipsemet testatur per Ioan.6.Qui manducat meam carnẽ, & bibit meum sanguinem,in me manet,& ego in eo. Quod & Augustinus confirmat super prædictum locum dicens sic. Hoc est ergo manducare illam escam & illum bibere potum, in Christo manere,& illũ manentẽ in se habere,ac per hoc qui nõ manet in Christo,& in quo non manet Christus proculdubio nec manducat spiritualiter carnem eius nec bibit sanguinem eius,licet carnaliter,& uisibiliter præmat denti bus sacramentum corporis, & sanguinis Christi, sed magis tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducat,& bibit,quia immundus præsumpsit ad Christi accedere sacramenta : quæ aliquis non dignè sumit, nisi qui mũdus est,de quibus dicitur: Beati mũ-

1.Co.14

Ioan.15

Ioan. 6.

do corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Contra uero, qui nullo diuini spiritus succo imbutus, nullos diuinos deoq; dignos fructus parit, sed potius succo amaro, atque mundano infectus, Solos edit fructus amaros, carnales, mundanos, atque principe huius mundi Satana dignos. Is non credat sese uiuere Deo sed mundo, diabolo, peccato, & carni suæ se uiuere certo sciat, & quisquis sic in carne seminat, is de carne suam non uitam, sed corruptionem metet, & animæ suæ mortem, & interitum contrahet.

MORS CORPORIS.

1 † Vt nunc duplicem uitam esse ostendimus, ita duplicem etiam esse mortem, uel certe triplicem notandum est. Est enim.

Mors { Animæ {
- Corporis, quæ omnibus æqua est.
- in corpore mortali.
- post mortem corporis.
- Post extremum iudicium.
- Peccati, uel mors animæ spiritualis

MORS ANIMAE.

2 † Mors enim animæ est Dei, siue diuinæ gratiæ ab anima absentia: quæ contingit quoties anima peccati macula coinquinatur. Nihil enim animam nostrã à Deo separat quam peccati labes. Idcirco & hoc solum peccatum nos à deo separat, & animam nostrã perimit. Iuxta illud Ezech. 18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et sapient. 16. Homo per malitiã occidit animam suã. Hac morte mortui sunt de quibus Christus in Euangelio: Sine ut mortui sepeliãt mortuos suos, hoc est? Sine ut qui anima sunt mortui, sepeliant suos, qui sunt mortui corpore. Hoc itaque dicto duos expressit mortuos, scilicet mortuos corpore, & mortuos anima. De hac quoque morte,

Eze. 18.
Sapi. 16.

mortuis

mortuis idem Christus dixit. Venit hora,& nunc est
quando mortui audient uocem filii Dei:& qui audie
rint uiuent Matth. 8. hoc est: Venit hora,& nunc est *Matt. 8.*
quod illi qui mortui fuerũt in anima per incredulita
tẽ,& per peccata,nunc per auditũ uerbi Dei per fidẽ
in Deum, perque ueram à peccatis resipiscentiam re-
uiuiscent,ac Deo ueraciter uiuere incipiãt. Loquitur
enim hic de prima resurrectione ac reuiuiscen tia spi
rituali à peccato, non de ultima resurrectione animę
cum corpore ad extremum iudicium. De hac itẽ ani-
mæ morte loquitur Paulus. 1. Ti. 5. a. b. dum uiduas *1. Ti. 5.*
in delitiis uiuẽtes,corpore quidem uiuentes, anima *a. b.*
uero, & Deo esse mortuas indicat. Quare quisquis
per nefarium suum creatorem deserit (deserit autem
quando peccatum perpetrat) is haud dubiè animam
suam interimit. Cuius mors certo certius colligitur
quando anima nostra succo diuini spiritus nõ irriga
tur quod ex solis operibus cuiuis facilè innotescit, si
cuti arbor ex suis cognoscitur fructibus: Arbor. n.
bona bonos fructus parit, arbor uerò mala malos fru
ctus ædit. Sic quoque homo bonus bonos exerit fru
ctus, quales supra cõmemoraui. Homo uero malus
malos fructus gignit, peccatis sese addicit, uitiosa q̃
que cõmittit,& seruiẽdo mundo, rebusq; mũdanis
& per hoc Satanæ sese emancipans, inimicus Dei
constituitur, diuinamq; gratiam à se repellit, ac ani
mæ suæ mortẽ cõciliat, quam merito in seipso quis-
que facilè persentire poterit si animæ suæ uires atten
tius perspectare sategerit, nempe an hæ integræ per-
stiterint an corruptæ, an prorsus ad fructus uitales
Deoq; dignos nõ solum sternes sed potius emortuæ
1 extiterint. † Vis itaque mortem animæ clarius co-
gnoscere, sume exemplum à morte corporis. Qui. n.
mortuus est corpore, is nec uiuit, nec audit, nec sen-
tit, neque ullas uitæ operationes ostẽdit, quippe qui
uitæ autrice anima prorsus destitutus est. Ita & is
qui lumen ueritatis Euangelicæ non uidet, sed id ui
dere recusat, is animo plane cæcus est. Quem uerbũ

ueritatis audire, aut legere piget, & tædet, imo q̃ ad uerba ueritatis Euãgelicæ obſurdeſcit, is animo ſurdus eſt, & auditum in corde habet emortuum. Qui ad uerba Euangelii nauſeabundus non admittit, aut admiſſum non concoquit, ſed ilico euomit. quid dicam de iis qui illud aut clam, aut aperte oppugnant, & euerſum curant, profecto hi ſtomachũ animæ habent, aut ſuæ ſalutis faſtidioſum, aut prorſus uitali alendi uirtute deſtitutum, ac coram Deo mortuum, qui ab ea anima ſuam diuinam efficatiam ſuſtulit. cuius denique anima nullos ædit pietatis chriſtianę fructus, nec Deum uere, ac ſyncere cognoſcit, neque per internum intellectum cognoſcere curat: qui eundem ex tota anima non diligit, qui proximo ſuo nõ benefacit, nec uti ſeipſum amat, ſed ipſum uti non cõmembrẽ in neceſſitatibus non ſubleuat, aut quod nequius eſt, aut opprimit, aut oppreſſum curat, aut de eius oppreſſione gaudet, quis quæſo dicturus eſt hunc diuini ſpiritus ſucco eſſe delibutum, Deoq́; uiuere. Ego profecto intrepide dixero, ab illius anima diuinam abeſſe præſentiam, illiusque animam Deo prorſus eſſe mortuam, ex qua tot mortis internæ pãdantur ſpecimina. Et quamuis iuxta hominem animalem loquatur, uideat, audiat, ſentiat, & ſano corpore incedat (quæ cum animantibus brutis, ac ferris ipſi ſunt communia, & ob quæ animalem duntaxat uitam uiuit, non ſpiritualem) anima tamen ipſius, Deo uere eſt mortua, cum in eo non humanas, ſed ſolas brutales operationes in eo conſpicias.

1 † Deinde quamuis is idem ſe Deo credere, fideque Chriſtiana per hiſtoricam fidem Deo uiuere, ac per externas ceremonias ſe eſſe uerum Chriſtianum teſtetur, ac inſignem dei cultorem ſe eſſe exiſtimet, nullos tamen uerè fidei fructus erga Deum, ac proximũ edat, is profecto in corpore animali mortuam tegit animam, & Deo mortuus eſt cenſendus. Sicuti cenſemus arborem fructiferam eſſe mortuam, quæ facta ſterilis, foliſque amicta ornataque frondibus, con-

ſuetos

ſuetos fructus edere neſcit. Vt enim arbor ex fructibus, ita & fidelis homo ex operibus fidei cognoſci-
2 tur.† Fides ſaluifica in adultis nunquam, eſt otioſa, ſed ſemper fructifera: adeo ut ſi in homine adulto ueræ fidei fructus non peruideas, huius fidem ad ſalutem caſſam, infrugiferam, ac reſte diuo Iacobo mortuam merito eſſe cenſeas, ac deinde ſi ab eo ſaluifica iſthæc fides abſit, etiam abeſt & Deus, huius uiuificæ fidei largitor, & auctor, & per cõſequens abeſt & animæ uita, quæ per fidei operationes ubilibet locorum & erga quoſuis, maxime erga domeſticos fidei ſuam uirtutem ac uitam exerit.

MORS ANIMAE A CORpore exutæ.

Mors autem animæ à corpote ſeparatæ, bifariam conſideratur, ſcilicet ante extremum iudiciũ & poſt extremum iudicium.

ANTE IVDICIVM.

Anima in peccato mortua, & diuina priuata gratia ante uniuerſale iudicium non eſt in ſomno (uti nonnulli autumãt) neque in quiete, ſed ſola ſine corpore in pęnis, & tormentis, donec per uniuerſale iudicium cum corpore pęnis addicetur æternis. Iſthæc auté mors peccatorum, quũ ſit omnium peſſima, uti ueraciter nobis commõſtrat chriſtus ſeruator noſter
5 Lucæ 16. de Lazaro, & Epulone diuite. †Quorũ illũ *Luc. 6.*
in refrigerio, hunc uero in cruciatu eſſe pronunciauit. Et diues ipſe clamauit: Pater Abraham mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquã & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma & quamuis iſthæc mors peccatorũ ſit omnium peſſima, homines tamen plerunque magis timent mortem temporalem, aut mortem corporis, quæ eſt ſeparatio animæ à corpore, quam mortem animæ, quæ ſepa-

ſeparatio eſt à Deo. Verum plerũq; fit, ut hi dũ mortem corporis nimis anxiè metuunt, in mortem animę incautius incidant, ſi diuina præcepta negligãt, & illecebris carnis, ac diaboli attentius obediant. Nam ut Chriſtus eſt animæ uita, & diabolus animæ mors eſt, non quod re uera mors ſit, ſed quod (ut in primis parentibus) ſuggeſtionibus noxiis, hominibus mortẽ inferat. Vnde & qui peccatũ facit, ex diabolo eſt, & diaboli ſeruus, & mancipiũ eſſe dicitur, cui ſeruitium præbet, & obſequium. Et qui ſic in peccatis aut uiuũt adhuc, aut in peccatis ſunt mortui, hi uerißime deflendi ſunt, non qui piè in Domino obdormierunt. Deflendi ſunt infideles: & hi Chriſtiani, qui uita infidelibus ne pilo quidẽ ſunt meliores, nam quamuis ſignaculum fidei in baptiſmo exterius acceperunt (de adultis loquor) interius tamen nullã peccati mortificationẽ experiũtur, nullis fidei operibus ſeſe exornãt, unde neq; ſpiritu renati agnoſcũtur, ſed ueluti arbores ſteriles à Deo ſuccidũtur, & in regnum dei intrare non poſſunt. Deploremus eos qui in diuitiis ſunt mortui, & nihil conſolationis ex iis diuitiis, ſuis animabus per ſubuentionem proximorum, & eleemoſynarũ largitionẽ conciliarunt, quin potius eas ad luxum, ad mundi gloriam, uel potius ad tyrannidẽ, & ad oppreſſionem humiliũ ſolũmodo uſi ſunt. Talium enim mors, quia infideliũ morti, feris nõ eſt admodum abſimilis, multũ eſt periculoſa, ideoq; largius deploranda, & præter hoc nobis ipſis iſtorũ lamentatio nobis magnũ calcar addet, ut diligentius caueamus, ne in eadem peccata incautius incidamus.

POST IVDICIVM.

In extremo uero iudicio eadem anima in peccato mortua per uniuerſale iudicium, quod tunc omnibus apertum, & cognitũ erit, ſimul cum corpore ad mortẽ condemnabitur æternam, & pœnis adiudicabitur

cabitur nunquam morituris. Hanc mortem, uocāt
mortem ſecundam, ſiue ſempiternam, uel mortē con
dēnationis, uel reſurrectionē iudicii: nempe quādo
in die iudicii Chriſtus iudex uiuorum, & mortuorū
conſtitutus, pronunciabit illis horribilem illam ſen-
1 tentiā. †Ite maledicti in ignem æternū, qui paratus Mat. 25.
2 eſt diabolo, & angelis eius, Mat. 25. †Quare hæc ani-
mæ mors omnium eſt peſſima, nēpe quæ morte fini-
ri nō poteſt: quæq; nō fit ſeparatione animæ à cor-
pore, ſed qua anima ſimul cū corpore ad pænā cōdē-
nabitur æternam, & in ignē inextinguibilē. In quo
igne nec anima ſola tum uiuere poterit, quæ ſe à
Deo uita ſua alienauit, nec corpus ſolū quod in æter
nis doloribus ſubiacet, ſed ambo ſimul ſemper uiuūt
& nunquam moriuntur: & ſine fine moriētes moriū
tur unquam. Verum hæc ſecunda animæ mors non
eſt omnibus æque cōmunis, ſed tantum reprobis,
nō aūt electis, qui ſecūdum propoſitum uocati ſunt
ſctī quos añ mūdi cōſtitutionē præſciuit, & præde
ſtinauit cōformes fieri imaginis filii Dei, ut ſit ipſe
Chriſtus primogenitus in multis fratribus, quos
per mediatorē Chriſtū a morte ſecunda liberauit.

MORS PECCATI VEL MORS ANImæ ſpiritual.

3 Mortē aīæ ſpiritualē hic uoco mortem peccati, hoc eſt, qua aīa ſpiritualiter peccato moritur. Peccato āt moritur qñ peccatis nullo modo obedit, ſed ipſa peccata in ſe per gratiā dei mortificat, carnēq; ſuā, hoc eſt, carnales concupiſcentias noſtras in ſeſe quodam modo crucifigit. Hæc autem mors peccati in anima contingit.

4 Dupliciter { In Baptiſmo: quādo peccatum originale in paruulis, & omne peccatum in adultis per gratiam dei deletur, & uetus homo non crucifigitur, hoc eſt, mortificatur. Hæc mors à ſolo deo confertur, & ad beatitudinem ſpe-

Psa. 31. ctat, iuxta illud. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Pſal. 31.

In eo qui reſipiſcit, & cum gratia Dei carnem ſuam, & concupiſcentias ſuas mortificat, & quodammodo crucifigit.

Gala. 2. Hac itaque morte animæ ſpirituali morimur affectibus, & mũdo, & mundus nobis, de qua Paulus dicit: Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mũdo. gala. 2. & ſi aũt mortui eſtis cũ Chriſto, quid adhuc uelu-
Collo. 3.
ti uiuentes de hoc mundo decernitis. Coll. 2. & mor-
Colo. 3. a
tificate mẽbra ueſtra quæ ſunt ſuper terrã fornicatio-
Gala. 6.
nẽ, immunditiam, &c. Coloſ. 3. a. Et qui ſunt Chriſti hi carnem ſuam crucifixerunt (.i. mortificauerũt) cum uitiis, & concupiſcentiis ſuis. Gal. 6. Quæ attamen mors animæ ſpiritualis, aut mors peccati propriè non eſt mors dicenda, ſed uerius uita, & ſic peccato mori eſt cũ Deo reſurgere, Chriſtum induere, Chriſto incorporari, Chriſtoq; ſalubriter uiuere te-
Gala. 3.
ſte Paulo: Quicunq; baptizati eſtis, Chriſtum indui-
ſtis. Gal. 3. d. & ſi mortui ſumus (ſ. peccato) cũ Chri-
Rom. 6.
ſto credimus, quia ſimul ẽt uiuemus cum Chriſto Rom. 6. b. Hanc peccati mortem qualis ſit nobis clariſſimis exemplis expreſſit Auguſt. tom. 4. folio,
1 1059. †Quid eſt peccato mori, niſi opera maligna in nobis dãnare, & hoc miſerabile ſæculum fugere? Vt ſicut homo mortuus in ſepulchro nulli detrahit, nemini uiolentus exiſtit, neminem calumniatur, neminem opprimit, nullius inuidet bonis, nullius inſultat malis carnis luxuriæ non ſeruit, non bibẽdo ſitim in ſe magis ac magis accendit, odiorum flãma non exardeſcit, non adulatur diuitibus, ac potentibus (quod multi nũc huius ſæculi faciunt) rerũ curioſarũ non rapitur æſtibus, nulla rerũ mundanarũ cura tanguntur, nullo auro, argento, gemmis, ac ſplendidis ueſtibus amictus intumeſcit, nõ delectatur ſalutationibus in foro, nõ fatigatur iniuriis, nõ inflã-

matur superbia, non ambit huius sæculi dignitates, inani nõ inflatur gloria, nõ inflãmatur auro, armillis, & reliquis mũdi põposis delitiis, & falsis diuitiis, nõ exagitatur insana furoris rabie, nõ gaudet superbis equis, amoribus fœminarũ nõ æstuat, histrionũque risibus nõ delectatur, huius sęculi cõtẽtionibus nõ perturbatur, nullis mũdanis gaudiis, siue potius noxiis mũdi illectamentis permouetur, neminẽ opprimere studet, & sic de reliquis: ita quoq; homo mũdo, carne, ac peccato mortuus, nullis similibus uitiis afficitur, aut coinquinatur, sed ea omnia cum dei adiutorio in se mortificat, & nouũ hominũ induit, qui secundũ deũ creatus est in iustitia, & ueritate sanctitatis. Gal. 5. nolẽs amplius secundũ carnẽ uiuere, sed secundũ spiritũ, & dictamẽ interioris hominis, qui diuini spiritus ductu regitur, quia mouetur illo Pauli. Si secundum carnẽ uixeritis, moriemini. Ephes. 4. Deinde mouetur & his uerbis Domini. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire regnũ Dei Io. 3. & nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum, & Pharisæorum non intrabitis in regnum cœlorum. Mat. 5. c. & non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnũ cœlorum, sed qui facit uoluntatẽ patris mei, qui in cælis est, Mat. 7. Rursus, Quacunq; hora peccator ingemuerit, & conuersus fuerit, uita uiuet. Ezec. 33.

Gal. 5. *Ephe. 4.* *Ioan. 3.* *Mat. 5.* *Matt. 7.* *Ezec. 33*

DIFFERENTIAE.

1 †Ex iam habitis clarè constat quõo inter se differat mors corporis, & mors animę. Primò, ꝙ mors corporis fit oĩbus Adę posteris cõmunis. Mors aĩæ nõ oĩbus cõpetit, sed tantam nõ renatis, & peccatis mortalius obnoxiis. Secũdo mox corporis corpus interimit, & enecat. Mors aĩæ aĩam (quæ immortalis est interimere nõ põt, sed ipsius rectã, ac syncerã habitudinẽ solũmodo tollit, ipsamq; sua luce diuina priuat. Tertiò, Mors corporis nõ minus reluctãtibus, ac in

uitis quàm uolentibus & ultroneis accidit. Animæ uerò mors post baptismum, non nisi uolentibus, ac sponte peccatis consentientibus accidit. Quarto, Mors corporis, ut dictum est, est indifferens, ideoque nulli est ignominiosa, nisi quæ ob maleficia infligitur, nulliq; gloriosa euenit nisi ob uirtutes. Mors ãt animæ, ut quæ sola uitiorum labe, & solis maleficiis cõtingit apud quosuis, & semper uitiosa, & ignominiosa cẽsetur, si ea maleficia sint mũdo occulta certè ipsi Deo (cui nihil est occultũ) nõ minus ignominiosa quã execrabilis existit. Quinto, Corpus mortuũ naturæ iure ad uitã redire, aut reuiuiscere nõ põt, dico iure naturæ, quia per potentiã Dei reuiuiscent ad extremũ iudiciũ, & simul cũ aĩa immortalitatẽ uitæ, uel infernalis, uel gloriosæ induet. Anima uerò peccatis mortua quã diu corpori cõiũcta manet, beneficio diuinæ gratiæ ad uitam spiritualem redit, quando pulsatis procul sceleribus per resipiscentiam diuinæ gratiæ denuo restituitur. Sexto, Mors anima destituti talis est, ut hac morte mortuus ad extremũ iudiciũ (ut iã diximus resurgẽs reuiuiscat, & immortalitatẽ uitæ induat. Mors uero animæ à corpore saluæ talis est ut nullã aĩam ita mortuã, & à corpore solutã unq̃ ad uitã diuinæ gratiæ, ne post extremũ q̃dẽ iudiciũ redire pmittat. Septimò, Mors aĩæ, quæ peccatis cõtrahitur, tũ sibi, tũ corpori mortẽ atq; interitũ inflixit: nõ cõtra, uti clarius ex subiectis cõstabit.

MORS VNDE NATA.

Oĩbus est in cõfesso, & sacra testãtur Biblia, hanc ineuitabilem moriendi necessitatem imo utranq; mortem tã corporis, quàm animæ nobis oĩbus esse prognatã, nõ ex natura, aut ab auctore Deo, sed ex præuaricatione primi parẽtis nostri Adæ. Deus. n. mortis auctor esse nõ põt, qui mortẽ nõ fecit: quia cãm mortis. s. peccatũ nõ fecit. Sed ut uera uita est ex deo, qui est fons uitæ, & uitę summa: ita & mors ex peccati est nequitia, nõ ex Deo, Deus. n. mortẽ non fecit

peccare nõ põt, nec lætatur in perditione uiuorum. Sap.2.c.quia cum ipse sit uera essentia, oĩbus dat esse, & esse facit, nulliq; esse eripit. creauit. n. Deus ut essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarũ. Vnde ergo mors? sequitur. Impii manibus & uerbis accersiuerunt illã, & æstimãtes illam esse amicã deflu xerũt, hic audis ꝙ mortem appetẽdo homines deflu xerit, & in mortem inciderit, æstimantes illã esse amicam, cum esset inimica. Nõ est itaq; mors cõditio naturæ, aut naturalis, sed potius pœna peccati, quæ peccatum consequitur & propter peccatum infligitur. Ideoq; quia mors in oẽs pertrãsiit, sicuti omnes mori conspicimus, ex eo etiam necessario colligitur, ꝙ in omnes homines peccatum prius pertrãsierit, omnesq; in peccato esse conceptos, ac natos, atq; ob id morti ẽt esse obnoxios: quã ex solo peccato ortam esse cognouimus. Sap. 2.e Sap. 2. Prou.18

1 †Quod itaque mors, & uita a Deo esse dicantur: Id sic teste August. to.1.de Gen. contra Manich.lib.1.cap.9. to.1.lib.de libero arbitrio. c.1. Item to. 1.li.Retract.18 c.21.& 26.to.4.in li. quæst. ex ueteri test.q.34.intelligendum est, quòd uita sit à Deo donante, mors uero a Deo uindicãte. Nam ut æquus iudex pœnam & supplicium irrogat reo pro peccato, & tamen eiusdem supplicii ipsius iustitia nõ est causa, sed criminis meritum causa est, ita & dei iustitia per retributionem peccatori Adæ atque ipsius posteris omnibus iustam mortem tanquam præmonitum, & peccato debitum supplicium punniendo irrogauit. Cuius supplicii uel mortis causa ipse non fuit, sed peccatum mortis causa fuit, & mors pœna peccati, adeo ut ipsa mors etiam peccatum dicatur, non quòd homo moriendo peccet, sed quia ex peccato factum est ut moriatur.

2 † Ad huncquo modum dicere possumus ꝙ quamuis oĩa teste Paulo, sint ex Deo, diabolus tñ à Deo non est: neq; Deus diabolũ fecit, sed ipse seipsum fecit. Non. n. is natura diabolus est, sed peccando diabolus est effectus. Act.17.c

3 † Sunt qui putãt peccatũ Adæ solã aĩæ mortẽ meruisse, nõ autẽ

mortem corporis, quodq; Adam pp corpus animale ut cætera animantia tantum corporaliter mori debuisset, & per eam mortem sic ad sanctorũ requiem transiuisse? Verum huic errori aduersatur Paulus: Corpus, inquit, mortuum est, propter peccatũ, spiritus autem uiuit propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, propter inhabitantem spiritum eius in uobis, &c. Ex quibus uerbis patet quòd mors corporis tam sit propter peccatum, quam mors animæ.

STATVS HOMINIS ANTE LAPSVM.

4 †Fuit enim Adam à Deo conditus immortalis, mente rectus ac syncerus, liber ad oẽ bonum, cum Deo familiaritet colloquẽs, iustus, in statu innocẽtiæ constitutus, incorruptus, nullis uitæ necessitatibus, incommodis, aut miseriis obnoxius, ratione, intellectu, ac dominio in omnia reliqua inferiora creata Deo similis, & ad imaginem Dei creatu.

STATVS HOMINIS POST LAPSVM.

1 †Verum mox, ubi Adam nulla necessitate ductus libera uoluntate diuinum contempsit præceptum, & uxoris Euæ, atque serpentia malesuadis acquieuit, & obsecutus est uerbis, mox his omnibus bonis, & ornamentis tum sese, tum uxorem priuauit, paradiso exclusit, & regni cœlestis exortes fecit, & pro immortalitate uitæ, (ad q̃ conditus fuit,) sese in miserãdam tum corporis, tum animæ mortem coniecit: Rectitudinem originalis iustitiæ in ueram commutauit hypocrisim, & cor prauum, & ad omne malum propensum acquisiuit, se seruum peccati constituit, Iram Dei, & ad æternam gehennam promeruit, omnis generis miseriis molestiis, & tandem corruptioni

ni se subiecit, ac mortem denique non minus æternam, q̃ corporalem sibi contraxit. Imo non solum sibi, ac uxori suæ transgressoribus hæc mala omnia
2 promeruit: † sed omnibus suis posteris, & ex se ad finem usq; mundi generandis hæc oīa eadem, hoc est omnes hasce infœlicitates, & naturę suæ corruptelas, ueluti ex infecta radice propagauit, & transmisit. Ita ut ne infans quidē unius diei ab hac corruptionis, & peccati contagio, à morte, ab ira Dei, à diuina condēnatione, & à reliquis Adæ corruptæ naturæ molestijs unquam extiterit liber. Quod & testatur di
3 uinus ille propheta Dauid, cū ait. † Ecce enim in ini quitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Psal. 51. Et Paul. Per unum hominē peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatū mors, ita & in omnes homines mors pertransiit, in quo oēs peccauerunt. Et unius delicto multi (quia omnes) mortui sunt. Item per unius delictum in omnes homines in condemnationem (mors transiit) quia regnauit peccatum in mortem Ro. 5. & In Adā omnes moriuntur 1. Cor. 15. & mors pertransiit in omnes. Item eramus natura filii iræ, sicut & cęteri. Eph. 2. dicit (natura) nō creatione, sed propagatione per peccatum Adæ. Ex quibus locis patet, ꝙ peccatū Adæ cū ipso actum non transiit, nec interiit, quodq; nō solū Adæ, & Euæ (qui peccarunt) adhæserit, sed ꝙ permansit & humanā ipsius naturā sic, uitiauit, corripuit, & infecit, ut eiusdem corruptionis contagiū imbiberint quotquot ex Adam postea sunt progeniti. Nam sicut omnis caro ex Adam descendens pecca ti contagione infecta permansit: ita & mortis senten tię, corruptioni, & omnis generis molestiis ac miseriis subiacet: non secus quam tota massa ex modico fermento corrumpitur: aut sicut amaræ uitis succus ex amara radice in oēs suos palmites distribuitur.
1 De hac infectione generis humani dixit Deus. † Cūcta cogitatio cordis humani à pueritia in malū prona est. Gen. 8. & Paulus, Animalis homo nō percipit

Psal. 51
Rom. 5.
1. Cor. 15
Ephe. 2.
Genes. 8.
1. Cor. 2.

ea quæ Dei sunt. 1. Cor. 2. Et uideo aliã legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuã tem me in lege peccati, quæ est in membris meis Ro. 7. d. in fine. Sapientia, uel affectus carnis inimicitia est aduersus Deũ, & legi nõ subiicitur, nec enim potest Ro. 8. Itẽ, Prauum est cor hominis, & inscrutabile. Hier. 17. & uti iã ante diximus. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, &c. Consequitur ergo, quod si Adã nunquã peccasset, ipse in statu innocẽtiæ uixisset rectus, innocens, iustus, & sine pudore, uti infantes uiuũt innoxii, usus fuisset diuino colloquio cũ recta, & illibata conscientia, sine hypocrisi, animo recto, integro, omnisq; boni, & æqui amãte. Nulli peccatorũ aut Satanæ uiolẽtiæ fuisset obnoxius: sed uerã libertatẽ ad omne bonũ retinuisset, q̃ peccãdo amisit, & seipsum, & posteros suos oẽs peccati seruos cõstituit Sicut & Au. in Enchiri. ad Laurẽtiũ. c. 10. ait: libero arbitrio malè utẽs homo, & se perdidit, & ip-
2 sum. s. liberũ arbitriũ.† Rursus libera uolũtas protoplasti, ante culpã fuit sana, non corrupta: & facere potuit quæ uoluit. Ad uelle enim & nolle liberum arbitrium cõtulit: quod & Ecclesi. cõfirmat, dicẽs: Deus ab initio fecit hominẽ, & reliquit illũ in manu consilii sui, &c. Ecclesi. 15. (ubi aperte uides, ab initio, ut
Ec. 15. illã libertatem nõ referamus ad nostrã nũc corruptã naturã) sed dũ eo incautus malè usus fuit, dũ sponte serpẽti suadẽti cõsensum præbuit, dũ præceptũ præteriit, amisso possibilitatis bono solũ potitus est arbitriũ ad uelle uulneratũ. Atq; cũ hoc uulnere cuncti libero claudicamus arbitrio, ut ex nobis naturaliter, quod bonũ est, implere non possumus. Possibilitate enim liberi arbitrii per inobedientiã Adam cum suis posteris priuatus est, & per uelle malũ bonum posse perdidit: qui per bonum posse potuit uincere malũ uelle: ideoq; hunc peccato captiuũ Deus uoluntati deprauatæ dimisit, ut eidem hæc esset pęna in non faciẽdo quod uelit, qui semper si Deo obediẽs fuisset, sufficere potuisset ad omne bonum quod uoluisset.

Nisi gratia adiutrix accedat.

Dein-

1 Deinde† serpenti diabolo (cui obedire maluit, quàm Deo) factus est captiuus, & peccati seruus. A quo .n. qs superatur, huic & seruus addicitur. teste D. Petro 2.c.2. & ut habet D. Ioã. 8. Omnis qui peccatũ facit, seruus est peccati, An nescitis quoniam cui exhibetis uos seruos ad obediẽdũ, serui estis eius cui obeditis, siue peccat ad mortẽ, siue obeditionis ad iustitiã: Et cũ serui fuistis peccati liberi fuistis iustitię, hoc est liberati, ac iustitia uacui. Rom. 6.c. d. Per se itaque homo lapsus est, quia uoluit: sed per se à lapsu ꝑ propriam uoluntatem resurgere non ualuit, nisi manu domini clementissima erectus fuisset, quomodo eius pietati placuit, sicuti dicitur: Alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos, & non est uolentis, neque currentis, sed Dei miserentis. Rom. 9. Sine me nihil potestis facere. Ioan. 15. Non potest homo à se facere quicquam Ioã. 19. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis. 2. Timoth. 2. Sic & Aug. tom. 7. Nisi dominus Petrum respexisset nũquam pœnitentia motus amare fleuisset, &c. Per peccatum itaque possibilitatem liberi arbitrii perdidit,
2 non nomen, & rationem. † Est enim omnibus hominibus liberum arbitrium (modo iudicio rationis polleat) sed non tale per quod sit ideonum, quæ ad Deũ pertinent, sine Deo aut inchoare, aut peragere, sed tãtum in operibus uitæ præsentis tã bonis, quam malis. Deinde si homo propria uoluntate, ac possibilitate se erigere potuisset non opus fuisset, ut Christus moriendo hominis mortem confecisset, ac à contracta morte redemisset. Sed quia id homo non potuit, Christus propitiatio nostra in mundũ peccatis nostris abluendis uenit, & ut mortẽ nostrã destrueret & absorberet, mortuus est, uti ex sequentibus patebit.

Ioan. 8.
2. Pet. 2.
Rom. 6.
Rom. 9.
Ioan. 15
Ioan. 19
2. Ti. 2.

DE REMEDIO CONTRA mortem.

Commõstrauimus hactenus quid sit mors, quotu plex,

plex, unde nata, & quid damni mortalibus intulerit consequenter pauculis ostendemus quid remedii oppositum sit aduersus mortem, non dico corporis (quæ hæc omnibus insidiatur, & omnibus ad unum usq; subeunda restat, uti diximus quod in Adam omnes moriuntur) sed de morte animæ, atque adeo de morte secunda, aut æternæ damnationis, pro quo sciendum est, duplex esse remedium contra mortem animæ, & mortem æternæ damnationis, unum uniuersale, & alterum speciale.

REMEDIVM VNIVERSALE.

Remediū mortis generale est quod uniuerso mortaliū generi impensum est, quod omnium morte destruxit, omnibusq; amissam uitam restituit, id autem remedium penes ipsum, atque adeo solū Christū seruatorē nostrū clementissimū fuit, qui morte sua mortē nostrā destruxit. Nā quamuis per unū hominē. s. Adam non per Euam (quia peccatū originale Adæ, ac ipsius semini imputatur, nō aūt mulieri) peccatū intrauit in mūdū, & per peccatū mors, in oēs homines pertrāsiit, qui in Adam peccauerūt: solus tamen Christus absque semine Adæ (hoc est uiri) ex uirgine Maria factus est homo, & ideo expers peccati Adæ, natus est Deus, & homo, solus dignus, q lapsum humanū genus sua diuinitate erigeret, quiq; id ipsum mortuū reuocaret ad uitam. Quod itaq; homines tū corpore, tū anima moriūtur pęna peccati est, ꝙ reuertuntur ad uitā, Domini miserātis est. Sed ille ad uerā redit uitā, qui per bonā cōuersationē ex gratia Dei ueniētem, sanguine Christi sanctificatus in regnum cœlorū ingreditur & quasi reuersus in regionē suā, de qua per peccatū fuerat exulatus, Dño placiturus gaudēs, & quasi morti insultās dicit animæ suę: Cōuertere aīa mea in requiē tuā quia Dn̄s benefecit mihi: eripuit. n. animam meam de morte, oculos meos à lachrimis, & pedes meos, à lapsu, Placebo Dño in

regione

regione uiuorũ,& tunc morti dãnatæ insultãdo, dicet: Vbi est mors nunc uictoria tua, ubi nunc tuus est stimulus qa pretiosa est in cõspectu domini mors sanctorum eius. Vnde tametsi mors dicta sit à mordẽdo, quod scilicet morsu serpẽtis uenenosi(.i.diaboli) Adã in paradiso corruptus & interẽptus fuerat, & inferno obnoxius, & traditus, ne tamen in perpetuũ periret uniuersum genus humanũ, quod ad sui imaginẽ cõdiderat, contrariũ morsum morti minat. Ero (inquit) mors tua, ô mors, & ero morsus tuus inferne. Quæ duo(.s. mors, & infernus) etiam de ipso diabolo intelligi possunt, qui mendaci persuasione Adæ
2 mortis & inferni causam primus protulit. † Sed & hũc quoq; mors atq; morsus Christi deuicit, & perdidit. Venit inquit princeps huius mundi(.i.diabolus, q mũdanis oĩbus imperitat) sed in me nõ habet quicq̃ Io. 14. Absorpta est enim mors eius, quã omnibus intulerat, in uictoria, aut per uictoriam Christi qua per mortem suam, mortem diaboli strauit, & annihilauit. 1. Co. 15. Deinde Christus à morte primus resurgere nobis uoluit, ut & nos tũ Deo, tũ iustitiæ reuiuisceremus, teste Paulo: Fidelis (inquit) sermo, & omni acceptione dignus, quia Iesus Christus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum
3 primus ego sum. 1. Ti. 1. † Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mũdi. 1. Ioan. 1. Qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitiæ uiueremus, cuius liuore sanati sumus. 1.
4 Pet. 2. † Hoc autem beneficium mortis Christi, & reconciliationis humanæ per mortem, ac pretiosi sanguinis Christi effusionẽ nobis partę nobis passim inculcãt sacræ scripturæ, ideq; testãtur sacrosancta Ecclesiæ sacramẽta, ne unquã eius beneficii nobis obreperet obliuio, sed ut ex eo beneficio uel audito, uel lecto, uel in sacramẽtis etiam conspecto, perpetuo eiusdem beneficii essemus memores, & de eo grati quæ assidua memoria, & iugis gratiarum actio nostrã fœliciter

Ioan. 14.
1. Co. 15
1. Ti. 1.
1. Io. 1.
1. Pet. 2

citer

citer resuscitat per Dei gratiam, animã. Hæc de remedio Christi contra mortem.

REMEDIVM PARTICVLRE.

Cæterum quamuis per unicã Christi mortẽ, nobis quantum in se est parta sit aduersus mortem animæ uictoria, reconciliata ira diuina, & restaurata salus, & uita æterna, hoc tamen beneficium quamuis ex se gratuito nullis id promerentibus humanis meritis cõtulit, ingratis tamen, & reprobris, id ad salutẽ prodesse noluit, sed solis id agnoscentibus, gratis, & electis, iuxta illud August. Qui redemit te sine te, non salutabit te sine te. Vult enim Deus nos ꝑpetuo eius beneficii esse memores, & gratos, eamq; gratitudinẽ nos continuo declare in cõmembres suos, nostrosq; proximos. Nõ amat Deus socordes, & in foro stãtes otiosos, sed quærit operarios, quos mittat in uineã suam, & negotiatores sedulos, quibus talẽta sua ad
1 lucrum committat.† quocirca & nobis singulis particulare aduersus mortẽ animæ remediũ reliquit, si suũ uniuersale remediũ nobis profuturũ eẽ uolueri mus, hoc est, uult nos omnes beneficium partę recõciliationis ꝑpetuo recollere, & agnoscere, à uita scelerate continẽter peniteđo resipiscere, omniaq; nostra tã interna, quam externa ad gloriã suam, & ad commoditaté, & salutem proximi diligẽter expendere quod spiritus Dei per os Dauid hisce pauculis uerbis expressit. Declina (inquit) à malo, & fac bonum
Psal. 36 Psalm. 36. Oportebit enim nos oẽs in extremo iudicio rationẽ reddere de omnibus nostris quomodo ea acquisiuimus, quomodo ea expẽdimus, & quomodo ea reliquimus posteris, quales fuerimus in obsequio mandatorum Dei, & quales nos exhibuerimus erga proximos, aut in ipsius subleuandis, aut in iisdem opprimẽdis. In quo iudicio tũc erit uera iustitia, qua reddetur uuicuiq; prout gressit in corpore suo, siue bonũ, siue malũ. Opera. n. illorũ (inquit Io. 14) sequẽtur illos, nam quamuis opera nostra ex se nõ sint cõdigna ad gloriam Dei, quæ reuelabitur in nobis, &

quamuis

quamuis gratis nos saluabit, sicuti gratis nos redemit, & creauit, ob mala tamen opa ad mortē æternā condēnabımur, si in hoc tempore dum lucem habemus, non uerè resipiscamus, non in Christo renascamur, & si ad uitam animæ cum Christo per baptismū in mortem consepulti nón resurgamus, ut in extremo iudicio cum electis omnibus ad uitam æternam resurgere ualeamus. Vt enim animę mortem ostendimus esse duplicem: prior qua per peccatum in corpore adhuc uiuēs moritur, altera quando in peccato moriens corpus deserit: ita sciendum est quod & duplex sit animæ ad uitam resurrectio: *Apo. 14*

2 Scilicet

2 † Resurrectio animæ à peccato, quæ prima dicitur, quęq; hic fit plurisquā aīa corpus deserit quādo audit uocē filii Dei: & in ea constanter pmanet, p quod à peccato reuiuiscit. De hac resurrectione dicitur: Venit hora & nunc est quādo mortui (scilicet peccatis) audient uocem filii Dei: & qui audierint uiuent, id est, in damnationem nō uenièt, quia qui uerbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam ęternam, & in iudicium non ueniet, sed transibit à morte ad uitam.

3 †Resurrectio corporis ad extremum iudiciū cū redditur animæ uel ad uitam æternam, uel ad mortē æternam, de qua Io. 5. d. Veniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocē filii Dei: & procedent qui bona fecerunt in resurectionē uitę, qui *Ioā. 5. d.*

4 uero mala egerūt in resurectionē iudicii. †Quare ut hāc horibilem ad iudicium cōdemnationis resurrectionē hoīes ıntētius ptimescerēt, (ad quā certo certius puēturi sunt, q priorē à peccato dū uiuerēt resurrectionē neglexerūt) admonet oēs spiritus Dei p Eccl. dicēs. Memorare nouissima tua, & in æternū nō pec

5 cabis †Nā q secūda hāc cōdēnationis resurrectionē effugere uolet, is à peccato abstineat, & resipiscat. Vt autē minus quis peccet, is isthæc nouissima quotidie ob oculos ponat, ut si nō uirtutis ac cælestis uitę amore

amore à uitiis abstineat, saltem formidine pœnæ à perpetrãdo malo suos affectus coerceat, ut ita à morte æterna liber hinc discedat, moriatur hic in Domino fœliciter, & ad uitam cum electis Dei resurgat ęternam. Quod ut fœlicius consequamur omnes unũ duntaxat quantum in nobis est uideo nobis restare
6 necessarium, † nempe diligens præceptorum Dei ob seruatio, sicuti ipsemet Christus testatur: Si uis (inquit) ad uitam ingredi, serua mandata, apertè i ndicans alterum æternæ uitæ potiundæ medium in nobis quodãmodo situm esse, ut moribus digni habeamur æterna uita per beneficium mortis Christi parta, & ut uero obsequio pręceptorum Dei declaremus nos esse germanos Dei filios, & esse de numero electorum suorum, quos à morte æterna redemit, & ad
1 uitam æternam asserere uoluit. † Quare ut præceptorum Dei non neglectores, sed strenui eorundem inueniamus obseruatores, non abs re me hic facturum esse putaui, si uel meipsum in hac ætate, uel alios imperitiores in his mãdatis docẽdo exercuero, eadẽq; pro uirili portiuncula explicare perrexero. Mandata itaq; Dei quibus adimplendis omnes ex æquo debe
2 mus esse deuotissimi, sunt duplicia. † Alia enim sunt generalia, alia particularia. Generalia uoco, quæ citra ullam exceptionẽ omnibus ex æquo præcipiuntur. Particularia quę explicatius certis quibusdam personis, pro officio, ætatę, sexu, aut conditione uitæ competunt, de quibus iam ex ordine.

Mat. 19. c. *Luc.* 18. d. *Mar.* 10. b.

PRAECEPTA DEI GENERALIA.

3 † Præcepta Dei generalia bifariam distinguuntur. Horum enim alia in certum numerum, & ordinem redacta sunt, nempe quæ præcepta decalogi uocãtur:
4 quæ Dei digitus duabus Mosi tabulis ĩscripsit. † Alia uerò non in uno loco tantum, sed sparsim per uniuersa Bibliorũ loca a Deo sunt pcepta, aut inhibita,

quæq;

quæq; nihilominus ad illa decalogi facilè referri pos sunt.

PRAECEPTA DECALOGI.

5 † Explicaturus itaq; primum præcepta decalogi (quæ Exod. 20. & Deut. 4. expresse leguntur) nescio quomodo in eorundem distinctione antiquorum patrum auctoritas magis quā posteriorū sæculorū, aut neotericorū iudicium arriserit. Philo enim Iudeus, Iosephus, Auctor operis imperfecti ī Matth. athnasius in sinopsi scripturarum, chrisostomus in exepositione 2. super Mat. Tomo. 2. colum. 1090. d. homi. 49. Greg. Naz. in carmine Mosis decalogi. Origenes li. 3. in Exodū, Ambros. super Epist. ad Ephes. ca. 6. Augu. Tom. 4. colum. 705. c. quamuis idem 1. to. 4. colum. 147. nihil asserens dicat sibi aliam distin Exo. 20.
1 ctionem uideri conuenientiorem, & † Hieron. super Epist. ad Ephes. ca. 5. mihi animū addiderunt, ut suā ipsorum in præceptis distinguēdis cū protestatione Ecclesiastici iudicii, & quorundam nostri sæculi Theologorum sentētiam, & reliquos sanctissimos primæ ecclesiæ eaq; purissimæ patres potius quàm posteriores scholasticos imitari uoluerim: reliquens interim hac in re suum cuiq; utros sequi uolet iudiciū. Augustinus tamen sententiam potius sequenda uidetur qui super Exodū q. 71. tractat hāc q. & adducit rationes efficaces, quibus hactenus permota Ecclesia illi assensit. & Catechismus concilii Tridentini hanc sententiam ab Ecclesia receptam probat. Cæterum ante hæc enuncianda præcepta notandum est quod Deus præmittit primò præfatiūculam quandam per quam se ea præcepta posse tradere significet, & per quam suos ad eorumdem præceptorum debitam obseruationem aliciat, aut potuis ipsos astringat. Huius præfatiunculæ uerba sic habent.

TITVLVS IN PRAECEPTA Decalogi.

Exo.20. *EGO SVM DOMINVS DEVS*
Deu.4.5 *tuus, qui eduxi de terra Aegypti, de*
11.12.17 *domo seruitutis.*
27
Leui.26 3 †Cum hic ait. Ego sum Dominus tuus. His uerbis suam preceptorum mandandorum auctoritatem indicat, imò & potestatē, dominium, ac Imperii ius: quod quiuis Dominus in seruos suos, in possessionem suam, inque omnia à se creata, atque possessa habet, ostendit. Hoc itaq; Dominii iure creaturis deus suis; oībus, suisq; possessis & seruis imperat, statuit, uetat struit, destruit, cauet, benefacit, molestiis afficit, & pro uoluntatis suæ arbitrio inuertit quicquid ipsi collibitum fuerit. Nosque ad plenam sui obedientiam constringit, quia ipse est Dominus noster a quo sunt omnia, per quem sunt omnia, & in quo omnia
Roma.2. consistunt. Roman.11. Et quia extra ipsum esse non possumus, profecto ab eius uoluntate, & à mandatorum ipsius obsequio nos sustrahere non debemus, sed assiduè cogitare, quod ipsi liceat nobis imperare quicquid ipsi collibitum fuerit, potissimum quum ea sola nobis mandet, quæ ad ipsius gloriam, & ad nostram omnium nouerit pertinere salutem. Cū autem addit (Deus tuus) eo uerbo suos dulcedine, ac beneuolentia quadam ad obedientiam suorum mandatorū illectat. Cū enim Deus noster nobis sit unicus Deus, qui nos condidit, qui nos liberauit, quique nobis salutem promisit, & à quo solo nostram salutem expectamus, merito hæc uox Deus nobis adeo amabilis esse debet, ut ea audita, nos statim ad ipsius mandatorum obseruantiam non solum excitet, sed etiam fortiter obstringit. Neque hic itidem sua emphasi caret pronomen (tuus.) Si enim Deus ex sua gratuita beneuolentia dignatur pronunciare. Ego sum Dominus Deus tuus, quasi dicat peculiariter tuus Dominus,

tuus

tuus Deus ò Israel non aliarũ natationũ, æquũ esse monstrat ut nos reciproce testemur nos ipsius uelle esse populum. Sed Dei populus esse non poterimus, neq; is Deus nr̄ esse uolet, si præceptis ipsius obedire detrectauerimus. Quia eligit nos deus in populũ sibi peculiarẽ. in populũ sctũm, ut custodiamus præcepta sua. Deu. 7. Deinde q̃uis illos corporaliter ex Aegyptiaca seruitute liberauerit, per eiusdẽ tñ beneficii cõmemorationem nos posteros quoque admonitos esse uoluit, non tantum eius mirificæ liberationis, quæ populo Israelitico in Aegypto tunc contigit, sed & spiri tualis liberationis qua nos nunc morte sua, & precio sui sanguinis liberauit, primò à seruitute peccati. Matth. 1. Ipse liberabit populum suum à peccatis eorum. Secũdo Liberauit eos ex domo durissimi Pharaonis, nempe ex seruitute diaboli atque asseruit nos in libertatem regni cœlestis, & in hæreditatẽ filiorum Dei, adeo ut eiusdẽ beneficii cõsideratio nos omnes ex miseranda seruitute & captiuitate ad tam potentis liberatoris & ad tam clementissimi in æternã beatitudinẽ assertoris legẽ cognoscẽdã, & obediẽdã merito accedere debeat, potissimũ quũ is ad suæ legis obseruationẽ nos in populũ suũ delegerit, nobisq; ex uiuifica sui fide, & legum earundẽ obsequio æternã fœlicitatẽ promiserit. Tertiò, omnẽ obiectiõnem reiicit qua nonnulli tergiuersari possint ista præcepta non nobis, sed populo Israelitico tantum fuisse tradita. Cũ. n. ipse sit etiã Deus noster, & uerbũ Domini maneat in æternum, adeo ut cœlum & terra prius sint interitura quã uerbũ Dei, neque præcepta Dei moralia, sed tamẽ ceremonialia interciderint, cõsequetur hæc præcepta & illis, & nobis esse tradita.

Matt. 1.

Porro cũ dicit, (Qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis) tria indicat. primo. n. hoc uerbo efficacius cõmonstrat se esse Deũ sui populi: ex eo scilicet quod eos ex tã diuturna, grauissima, ac tyrãnica seruitute eduxerat, in regnum libertatis, quod nulli aliarũ nationũ unquã præstiterat, deinde cõmemora

tione tanti beneficii adhuc recentis eundem suum populum ad gratitudinem non solum inuitat, sed etiam obstringit, nempe ut grati tātum beneficium acceptum bene collocarent, & ut promptiores essent ad mandatorum suorum obedientiam, nisi ingratissimus uellent esse populus, imo nisi uellent non esse Dei populus, Deumque nollent agnoscere esse suum creatorem, redemptorem, liberatorem, & saluatorem, quæ omnia in uerbo deus includuntur. His itaque præmissis deus præcepta sua hoc ordine sic eloquitur.

PRIMVM PRAECEPTVM.

Non Habebis Deos alienos coram me.

1 †HOC primo præcepto Deus prohibet ne in conspectu suo (quem nemo unquā subterfugere pōt) pręter se, ullos Deos habeamus alios, uel alienos, aut falsos, aut fictitios, quos ut rerum se Deum colamus, ipse enim solus uult esse populi sui Deus, solus in suo populo eminere cupit, solus uult suo diuino potiri iure, quod ius est, ut a nobis adoretur, pure, ac pie à nobis colatur, inuocetur, utq; in se solum oēm nostram spem, fiduciam, ac amorem figamus, sibiq; toto corde adhæreamus, omnemq; gloriam diuinam sibi debitam ipsi tribuamus. Quod aūt Deus, non cū aliis diis coli recuset, quinq; rōnes assignari possunt. Primo, quia uerus est DEUS, ideo falsos, fictitiosque DEOS respuit. Secundò, quia unicus est, parem non hēt, nec ullos alios, qui dii haberiuolunt cū sui cultu recipit. Tertio, quia est omnipotēs, solus sufficit nostris necessitatibus omnib. nullius auxiliis indigēs, sicut nec sol ad totius orbis illuminationem nullius alterius astri indiget auxilio, quum per se solus toti orbi illustrando sufficiat, non tamen hic ministeriū Angelorum sanctorū excludimus, ut qui sint administratorii spiritus, sic Iacob inuocauit ANGELUM, cū

quo

quo luctabat. Gen. 32. & 48. sacrificium aūt propriè soli Deo offertur: de sanctis aūt inuocandis idem est iudicium, qui certo quodam modo possunt inuocari, adorari, & nos suis precibus iuuare. Quarto, quia infinitè bonus est, & humanæ salutis sitientissimus, omnibus presto est, solus omnibus ex sua Deitate pluta impendit, quàm petere possint. Quinto, zelotypus est erga suum populum, ideoque nec ullum fert riualem: nullumque gloriæ suæ cōsortem permittit. Sicuti nec maritus ferret, si uxor, in conspectu suo alium assumeret amatorem, in quem coniugalē amorem, sibi uni debitum, trāsfunderet, quemq; eo amore complecteretur, eo cultu & obsequio uenerаretur, ea fiducia rogaret, quem denique eo mentis affectu in omnibus sperandis prosequeretur, ac si legitimus esset maritus, & potissimum quando is amasius talis esset, qui per se huic uxori alienæ, sine ope ueri mariti nihil præstare posset. Porro Dei alii, uel dii alieni æstimandi sunt, primo omnes creaturæ illæ, quas infideles pro ueris diis habent, & colunt, quibusq; diuinos honores exhibēt, quas ut ueros Deos tota mente adorant, uenerantur, colunt, in necessitatibus inuocant, & in quibus suam fiduciam omnē, spem, dilectionem, præsidium atq; patrocinium suū omne collocant. Scio, nos debere amorem, honorē, & obseruantiā nostris parentibus, præceptorib. Prælatis, magistratibus, & coniugibus (quia hic honor nobis à Deo præceptus est.) Sed illis non debemus honores religionis, sed humanitatis, imitationis, & charitatis, non honores diuinos, sed humanos, & ob beneficia ab eis accepta obsequiosos. Non debemus inquam creaturis eum cultum, & seruitutem religionis, quem græci latriam uocarunt, Hoc est, nō debemus creaturis tribuere ea iura, quæ soli Deo debentur, qualia sunt,

Ex cęlo:

- Videre omnium hominum necessitate.
- Audire, uno momento omnium hominum in tam uariis linguis, & locis clamores, & inuocationes.
- Cognoscere quid: cogitemus, loquamur, faciamus, nobis accidat, quibus nobis opus est — in terra.
- Omnium curam distinctè gerere.
- Habere potestatem nos iuuandi in omnibus necessitatibus nostris.
- Ex sua propria bonitate nobis conferre salutem.
- Peccata hominibus condonare.
- Suâ propria sapientia, & bonitate moderari cuncta à se creata, illisq; indesinenter dare uitam, & esse, & his plura, infinitaque alia iura diuina, quæ cum soli Deo sint propria, merito à nobis ipsi quoq; attribuenda sunt hæc.

2 Adoratio, qua per obseruantiam spiritualem solum Deum ueneramur, & colimus, eiusq; magnitudini, & præceptis implendis nos totos deuotissimè subiicimus.

3 Fiducia, qua ex recognitione sapientiæ, bonitatis, clementiæ, iustitiæ, potentiæ, reliquarūque uirtutū eius in ipso solo requiescimus, & in ipso solo salutis nostræ spem reponimus, eamq; ab ipso solo expectamus.

4 Inuocatio, quā cū ni urget necessitas tota mente ad Deum confugimus, ipsiusq; opem, & patrociniū cum tota mētis fiducia imploramus, qui solus nos seruare uult, & potest.

1 † Gratiarum actio, qua per animi gratitudinē Deum ob innumera beneficia nobis gratuito collata laudamus, omnemq; laudem ipsi tribuimus, & ab ipso solo omnia nostra nos accepisse, grato animo fatemur.

temur. Hæc itaq; diuina iura cũ infinitis aliis Deus in pura erga se religione sibi uni uendicat, nullique creaturiæ ea communicari permittit. Nam

solus & per se
- Videt singulatim omnium hominum necessitates.
- Audit omnium hominum inuocationes.
- Cognoscit quid
  - Cogitemus,
  - Loquamur.
  - Faciamus.
  - Nobis accidat.
  - Quibus nobis sit opus.
- Omnium curam distinctè gerit.
- Nobis opem in necessitatibus præstat.
- Salutem donat æternam suis electis.
- Peccata condonat resipiscentibus.
- Aduocatum pro nobis ad patrem agit.
- Moderatur uniuersa.
- Omnibus esse dat, & uitam.
- A nobis est adorandus.
- Fiduciam sibi attribui postulat.
- Inuocari cupit ab afflictis.
- Gratiarum actionem a nobis expectat, adeo

ut si quis unum ex istis, aut ex similibus ulli creaturæ attribuat, is deos alienos coram uero suo Deo sibi constituit. Deumque suum uerum non amat ex toto corde, & ex tota anima, ut qui amoris sui affectum scindat, laceret, & diuidat, unam scilicet amoris sui partem Deo relinquens, & alteram religiose in creaturam transferens.

†Secundo, per Catachrisim dii alieni dicũtur omnes res illæ in quibus homines acquiescere solent, quasq; plus, aut çque, quàm Deum ipsum deamant, & curant, ita ut earum rerum causa Deum, diuinaq; præcepta aut obliuiscantur, aut negligant, siue eæ res sint propriũ corp⁹ siue uxor, siue opes, siue honores, siue officia, siue uoluptates, siue amici, siue res aliæ, quæ infra numen illud supremum cogitari possunt, & in quas omnem fiduciam, curam, studium, & af-

fectum collocant. Sic qui uentri immodico studio in uigilant, ipsi curando se totos cõsecrãt, hi uentrem suum pro Deo sue se habere conuincuntur. Philip. 3. Sic qui opibus perpetuo inhiant, quique suis opibus tam anxie, firmiterq; fidunt, ut Dei præcepta obliuiscantur, nõne hi opes suas, Plutumque, pro Deo suo colunt? Ad horum exemplar facile æstimari potest q nam sint aut Martis, aut cultores Veneris.

2. Co. 4. Ioan. 12 Ioan. 10 Psal. 81 2. Cor. 8 Exo. 22. Exo. 27. Exod. 7.

1 † Tertio per Catachrisim sacra scriptura etiã diabolum ipsum mundi Deum, hoc est, mundanorum deũ regem, & principem uocat, uide 2. Corinth. 4. & Ioan. 12. Cæterum hoc loco notandum est, quòd huic præcepto non aduersentur illa sacræ scripturæ loca, ubi homines etiam dii appellantur, ut, Ego dixi dii estis, & filii excelsis, omnes. Ioan. 10. f. & psalm. 81. item sunt dii multi, & Domini multi 2. Corinth. 8. a. item Domino Dominus applicabitur ad Deos. Exod. 22. Et diis non detrahes. Exodi. 27. item. Constitui te Deum Pharaonis. Exodi. 7. His enim locis scriptura Deos appellat uerbi dei ministros, ac iudices, qui ad similitudinem ueri dei, populum uerbo Dei, erudiunt, aut qui populo dei recte iudicant, imperãt ac recta uitæ, salutis, ac uoluntatis diuinæ præcepta tradunt. Hos enim deus suos in docendo, mãdando, & iudicando uicarios esse uult, adeo ut ipsos quodammodo tanquam deos honorari cupiat, & deos appellari uoluerit, sed obsequio, & charitatis, non religionis, officio.

2 † Postremo: notandum est, quod in hoc præcepto ociosum non sit, quod dicit coram facie mea, uel in cõspectu meo, hoc enim uerbo ostendit omnia nostra tum facta, tum cogitata in conspectu suo fieri, & nihil eorum ipsi posse esse occultum, ideoque à nobis requirere ut ipsum solum inuocemus, nõ solũ ritibus externis, sed & puritate conscientiæ, in ueritate, & synceris mẽtis affectibus porrò qua pœna afficiẽdi sint, qui deos adorãt alienos aperte mõstratur.

Deut. 17 Exo. 22.

Deu. 17. & Exo. 22. Concilio Toletano. 12. can. 11.

Optarem

Optarē ego omnes nos Christianos in uera Dei cognitione tā esse perfectos & in amore Dei tam incorruptos, ut in ipsum solum, iuxta ipsius uoluntatem, omnem amorē nostrum ex tota anima, ex tota mente nostra, & ex omnibus uiribus nostris, citra ullam partitionē trāsferemus ipsum solū pure adoraremus ipsi soli syncerrissime seruiremus, ipsumq; solum in omnibus necessitatibus inuocaremus: ipsi soli confideremus: ipsi soli gratiasque dignas ageremus, iuxta ipsius hoc primum præceptum, & iuxta ipsiusmet clamorem: quo clamat. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Mat. 11. Item, Dominum Deum tuū adorabis, uel timebis, & illi soli seruies, aut coles. Mat. 4. b. Et Deut. 6. 10. 1. Regum. 7. Dan. 3. Luc. 4. Inuoca me in die tribulationis, & eripiā te, & honorificabis me. Psal. 50. 49. Cōuertimini ad me, & salui eritis. Ioel. 2. & ita de reliquis huius scripturæ locis. Nunc uideamus secundū præceptum.

Mat. 11
Ma. 4. b.
De. 6. 10
1. Reg. 7
Daniel. 3
Luc. 4.
Psal. 50 49.
Ioel. 1. e.

SECVNDVM PRAECEPTVM.

2 † Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quę est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Nō adorabis ea, neq; coles. Ego sum Dominus Deus tuus, Fortis zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem eorum qui oderunt me, & faciens misericordiam in milia his, qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea.

1 † Hoc præceptum primo præcepto subseruit, & tria membra continet: Primum uetat ne ullum sculptile aut similitudinem ullam religionis causa ut adoretur quatenus sculptile, non quatenus Hieroglyphycū, formemus. Secundum ne eam facturam religiose adoremus, aut colamus. Tertiū inuitat ad obsequendum mādatis, & minatur nō obedientibus. Vnde sicut primo mandato uetuit ne in cōspectu suo, ullos

alios præter se haberemus deos, sed uoluit ipsemet esse nobis solus uerus Deus noster, à nobis adorari, coli, inuocari, fidi, sibiq; gratias a nobis haberi uoluit, ita hoc secundo præcepto ne in primum incautius peccemus, sed ut id facilius seruemus expresse ostendit quali cultu nō sit honorādus: Deus.n. quū sit spiritus, & incōprehensibilis, qui sensibus nostris percipi nequit, certè spirituali cultu qui ab ipso insti tutus est, delectatur. Ob quid hic etiam uetat primò ne seipsum, (qui est incomprehensibilis) ulla externa imagine sufficienti aut digna satis posse exprimi putemus, deinde ne eā imaginē p se aut adoremus, aut colamus eo cultu quo olim ethnici deos suos superstitiose in huiusmodi formis repræsentare, adorare, & colere solebant. Ideoque tum prophanā facturā, tū adorationē, tum cultum earum hic populo suo prohibet. Adoratio (ut ex Bibliis colligitur) fit inclina-
3 tione, incuruatione uel geniculatione, Cultus fit externa ueneratione, uel exercitio religionis externo. Vel iuxta Origenē: Adoratio fit externa uenerationis
4 nis specie, Cultus interno mētis affectu. † Atq; hic p similitudinē eorum quæ in cælo sunt, intelligit non Angelos (quorū latriæ cultus primo præcepto prohibētur) sed Solā, Lunam, & astra. Per ea quæ sub cælo sunt, intelligit aues cæli, sicut expresse id mōstratur,
Deut.4.c Deut.4.c. Per ea quæ sunt in terra, uel in aquis, uel sub terra, intellegi puto oīa illa idola, & formas humanas terrestriū, animaliū, & pisciū, quas prisca gentilitas pro formis diuinis excogitauit, & pro numine coluit, quorū cultū sacræ literæ passim idolatriam uocātes detestātur. Quascūq;.n. dei formas homo excogitat, eæ profecto Dei naturā incōprehensibilem haud satis exprimūt, & uerū, puruq; Dei cultū obscurate uidētur, qui perpetuo cū Dei timore coniūctus est. NON tamen hæc ita intelligi uolumus ut tollatur usus picturarum, imaginum & statuarum, quia legimus olim iussu Dei simulachra & imagines fuisse effectas, & habitas in templis, sicut constat de cherubin,

bin, & similibus. Exod. 1.2.3. Reg. 6. Nume. 21. ut de serpente aeneo à Moyse erecto, & culto nihil dicamus, unde hæc simulachra, sculptilia, idola, & imagines ita prohibētur, ne tanq̃ Deus colantur, uel ab iis immediatè aliquid sit petendum, uel fiducia figenda, ueluti olim à gentibus fiebat, quæ in idolis spem suam ponebant. Item prohibeturne diuinitatis formam conetur aliquo artificio humano effingere, qua si corporeis oculis, uel uideri, uel coloribus, aut figuris exprimi possit. Trinitatis tamen aliquã personã effingi pōt quibusdã signis qui tã in ueteri, q̃ in nouo Testamẽto apparuerũt, quibus nihilominus imago diuinitatis nõ exprimitur sed tãquã signis, & libris laicorũ (ut D. Grego. dicit) proprietates & actiones declarantur, quæ diuinitati tribuuntur, sic apud Danielem pingitur antiquus dierum in Throno sedere, ante quem libri Dei aperti sunt, & significatur quod Deus æternus oẽs actiones & cogitationes hominum intuetur, & amplissimi legũtur apud Euseb. icones Christi habuisse, & aliis locis statuam Christi fuisse habitã nõ sine magnis uirtutibus accrescentis herbæ, Colũbæ uerò species, & linguæ tanq̃ ignis spiritus sancti significantur proprietates. Angelis affiguntur alæ, ut significentur parati ad ministeria Dñi exequenda, sicut latè declaratur in catechismo cõcilii Tridentini. Porro Deum uerè colere nihil aliud est, quàm uera fide, & obedientia pendere ab illius uoluntate, uerbo, & præcepto, iuxta illud Deuterono. 10. Quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi ut Dominum tuum timeas, & ambules in uiis eius? Isthæc animaduertentes Patres in Concilio Elibertino. cap. 36. & in aliis Conciliis, tum etiam priuatis scriptis prohibuerunt nequis patrẽ ulla humana specie exprimeret, ut qui nunquam ulla specie apparuerit. Deut. 4 Deinde ne filium in forma agni. Aut spiritũ sanctũ in columbæ speciẽ effingeret. Verum notandũ est hoc loco nõ prohiberi artem pictoriam, aut statutariam, aut ipsum imaginũ, aut statuarum

Deu. 10.

Deu. 4.

rum uſum, inlocis ſacris, & præcipue rebus profa-
nis cum parentum noſtrorum, amicorum, princi-
pumq; icones quiſq; piè citra iniuriã diuinæ maie-
ſtatis effinxerit.)ſed ſolum eas imagines, & ſtatuas à
Deo hic eſſe prohibitas puto, quæ formãtur ad figu-
randũ ipſum Deũ, ut ſub ſola tali forma ipſa diuina
maieſtas (q̃ nulla externa, corpalive forma exprimi
pót, uel adoretur, uel colatur, quum id ſit à Deo pro-
hibitum, qui inuiſibilis eſt, & ineffigiabilis, uide De
utero.4. Et Paulus idem nefas Romanis exprobat.
Deut. 4. cap. 1.c. Mutauerũt, inquit, gloriam incorruptibilis
Rom. 1. Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis homi-
nis, & uolucrum, & quadrupedum, & ſerpentum.
Ibidem. Et commutauerunt ueritatem Dei in men-
dacium, & coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potius,
quàm creatori, qui eſt benedictus in ſecula. Et Deu-
Deut. 32 teronomij. 32. Deus de tali ſuo populo conqueritur.
Prouocauerunt me, inquit, in eo qui non erat Deus,
& meirritauerũt in uanitatibus ſuis. Et Hieremiæ.
Hiere. 2. 2. Dicentes ligno, pater meus es tu, & lapidi tu me
genuiſti. His ibidem exprobrat, & dicit. Vbi ſunt dii
tui quos feciſti tibi ſurgant, & in neceſſitatibus uos
protegãt. unde & ob hæc idolatrica Deuteronomii.
13 1. tali populo minatur dicens: † Abſcondam faciẽ
meam, id eſt, intelligentiam diuinæ uoluntatis meę,
ab hoc populo, quia ſecutus eſt Deos alienos. Percu
tere autem populum ſuum cæcitati mẽtis, ignorãtia
uoluntatis diuinæ, & ueritatis inſcicia, & in ſenſum
reprobrum demerſio, ultio diuinæ maieſtatis eſt non
minima. Quocirca quum Deus noſter ſit Deus uni-
cus, & ſolus, ſolus itidem adorari, & coli uult. Dein
de quum ſit ſpiritus, & ſolo ſpirituali cultu delecta-
tur potius quã corporalibus ſimulachris. Ethnicorũ
more quos quantis malis ob dolorem Deus affice
rit, paſſim teſtantur ſacra Biblia, & certè prophetarũ
omnium aperta teſtimonia idololatriam hanc adeo
execrantur, utipſam alias fœdam ſcortationem, alias
adulteriũ cũ lignis, & lapidibus tanquã cum diis

alienis uocitent. Alibi hanc uocant abominationes. Deuteronomij. 27. Ierem. 7. Ezechielis. 8. Ne itaque populus suus hunc idololatricũ cultum ipsi placere sibi persuadeat, Primò uetat ne ullam similitudinẽ sui colendi causa effingat, Secundo uetat ne eam religiosa inclinatione adoret, aut suppliciter colat. Id enim est adorare scilicet sese corã aliquo incuruare, uide Genesis 18.33.42.43.44. Tertio, ut ad huius præcepti prohibitionem sint obsequentiores, ipsos partim beneuolentia allicit, & deuincit, partim minis terret, si præcepta non custodiant. Beneuolentia, quidem allicit, primò cum repetit quod in primo mandato præmisit. Ego sum, inquit, Dominus Deus tuus. q. d. Ego ego, inquã, sum Dominus Deus tuus, & non alius, ego sum cui soli debetur omnis honor, & gloria, quod & Christus testatur Matth. 4. Dominum Deum tuum, adorabis, & illum solum coles. Secundo, cum dicit. Faciens misericordiam in milia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. Minis uero terret, cum ait, zelator, fortis, uisitans iniquitatem patrum in filios, in tertiã, & quartam generationem. Quo loco non est quod quisquã Deum accuset obnoxiũ esse zelotypiæ, & ęmulationis affectibus, sed humano more loquitur, quo ostẽdere uult se tam ardenti amore erga populum suum affectum esse, ut non ferat siqui à se ad alios Deos adorandos, & colendos, uel ad ipsorum simulacra colenda deficiant, aut eosdem secum in diuino cultu coniungant, sicuti maritus zelotes non ferret, si uxor cũ alio misceretur, ut si scortaretur, uel mœcharetur, aut saltem cuius alteri coniugalem sui amorem partiretur. quod si fecerint, minatur eis afflictionẽ, & subuersionem, uide Iosue 24. quo loco hoc etiam notandum est, quod non tantum simulachrorum cultoribus, sed etiam ipsorum aliis minitatur ultionem, usque in quartã generationem. Verum hoc intelligendum est Deum nõ puniturum nisi eos filios qui paternorum scelerum futuri essent ęmuli: Nam

Deu. 31. *Deu. 27.* *Hiere. 7.* *Ezec. 8.* *Gen. 18. 33. 32. 33. 44.* *Matth. 4* *Iosue. 24*

Ezec. 18 iuxta illud Ezech. 18 Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: & filius nõ portabit iniquitatem patris: nec pater iniquitatem filii &c. quod patuit in Iosia Rege Iuda, in quẽ impietas aui sui Manassis punita non fuit. Nempe quod is aui sui impietatẽ imitatus non fuerat, sed in uera fide, uerôq; Dei cultu permanens, in pace cum piis patribus obdormiuit in Domino. 2. Reg. 22. Secundò, & hoc notãdum est quod hic nõ loquatur de quauis leui iniquitate, sed tantũ de adoratione deorum alienorum, & simulacrorum cultu, quam hic uerè tanquam grauissimam iniquitatem uocat, quod Augustinus imitans dicit nefas esse & abominabile, si in templis christianorum Dei simulacrum collocetur, libr. de fide, & symbolo. Et Lact. Lib. 2. c. 19. nulla est religio, ubi simulacra colũtur. Et S. Clemens ad Iacobum fratrem Domini. Lib. 5. Quis (inquit) iste honor Dei est, per lapideas & ligneas formas discurrere, & ex animas figuras, tanquam numina uenerari, & hominem ipsum in quo uerè imago Dei est, spernere? &c. Certe patriarchæ, Prophetę, Christus, Apostoli & Apostolici patres christianam religionem, uerumq; Dei cultum absque ullis simulacris, statuis, aut imaginibus impleuerunt. Nihilominus hac de re sententiam meam Ecclesiæ censuræ submitto. Tertio notandum est, quod hunc simulacrorum cultum hic uocet odium sui, cum iniquit, eorum qui oderũt me. Quocirca si Deus simulacrorum cultum æstimet odium sui, consequitur quod ipsos simulacrorum cultores etiã sui osores reputabit, quodq; ipsorum cultum non iuxta eorum intentationis prętextum, sed secundũ effectũ ad expressum suum uerbum iudicabit. Quartò, notãdum est, quod diligentibus se, suaq; mandata custodientibus misericordiam promittat in milia, & non seruantibus ultionem tantum in quartam generationem. Istud enim innuit Dei bonitatem, & misericordiam ad bona præstanda multo esse maiorem ipsius irę ad puniendum zelo. Nam quamuis Deus perfe-

2. Re. 22

ctè sit iustus, ipsius tamen absolutam iustitiam superat, eius bonitas. Vnde Psalm. 32. Misericordia Domini plena est terra. Et misericordiæ Domini sunt, quod non sumus consumpti. &c. Huius autem Dei clementiam utinam & hodie mundi Principes iudicesq; terræ imitari uellēt, nempe ut ad bonitatem & misericordiam, quam ad Iustitiæ rigorem propensiores essent, quos proh dolor sæpe truculentiores esse,
2 quā iuste clemētiores experiētia procedet. †Quinto, & illud hoc loco notandum est, quod dicit his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea, utique dilectionem sui cum mandatorum suorum custodia coniungens, quo dicto indicat ueram sui dilectionē sola mandatorum suorum obseruatione constare, & contra: ueram mādatorum suorum custodiam ex intimis amoris affectibus proficisci, iuxta illud: Qui diligit me, sermonem meum seruabit. Ioan. decimoquarto. *Ioā. 14.*

TERTIVM PRAECEPTVM.

NON ASSVMES NOMEN *Domini Dei tui in uanum, Nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.* *Exo. 10. b* *Deu. 5. b* *Leui. 19 c.*

1 †Hoc præceptū duabus cōstat partibus; prior prohibitionem, altera comminationem habet annexam: Prior prohibet sanctissimi nominis sui contemptū, qui per ipsius abusum contingit. Atque hic abusus fit, quoties uane, frustraq; à nobis usurpatur: quod & huic contraria nominis Dei reuerentia facile declarat. Vt.n. is qui aīum Dei reuerentē habet, nomen Dei sanctè, magnifice, præclare, & cum honore, ac reli-

religione uſurpat, ita is illud in contemptu habere conuincitur, qui id irreligioſe, uanè ac temerè uſurpare præſumit. Vanè autem nomen Dei uſurpatur, quando quis illud ſine ratione, ſine honore, ſine ueritate, mendaciter, facilè, temere, profane, &, in rebus nihili uſurpat, quales ſunt iſti:

Qui
- Per nomen Dei temere, & ex conſuetudine tantum iurant.
- Malitioſe, & ad blaſphemiam iurant, uel ad fraudem proximi, uel ad ſtudium uētris, ocii, aut luxus, uel ad oppreſſionē ueritatis, & innocentum.
- Aliquem ad iurandum cogit, quod effectu præſtare non poterit.
- Peiurant, deierant, execrātur, ac mala alii imprecantur.
- Iurant, non iuxta illud Iere. 4. Iurabis in ueritate, in iudicio, & in iuſtitia.
- In iudiciis iurant ſecreta proximi, quam ad ipſius ſpectant perniciem.
- Vel qui alios ad huiuſmodi iuramenta cogunt.
- In negotiis ſuis dicunt (in nomine Domini) & non Domini gloriam, ſed propriū commodum quærunt.

In magicis artibus, ſortilegiis, & in incantationibus illud uſurpant.

Orant, pſalluntq́ue in templis oſcitanter, garriendo, nugando & ridendo, &c. Aut qui ſacram ſcripturam, à Deo ad ſui nominis gloriam, & ad noſtrā ſalutem diuinitus nobis traditam, contemptim legunt, de ea friuole diſputant, aut illud profane citāt ut illi qui uiri generoſitatem probare uolētes dicūt: Ipſe eſt, tenete eum, & ita in ſimilibus. Porrò contēptui à nobis nomen Dei traditur multis modis, ſcilicet. Primo Dei nomen contemnunt, qui ad ſacrum diuini uerbi miniſterium accedunt indigne, uel qui ad ſacerdotiū indignos ordinant, & uiliſſimos quoſ

que

que Ecclesiæ præficiūt. Quod Malachias. c. 1. iudæorum sacerdotibus his ferè uerbis exprobrat, dicens. Vos O sacerdotes despicitis nomen meum, offerentes super altare meum panem pollutum. Et paulo post. Quis est in uobis, qui claudat ostia mea, & incē dat altare meum gratuito? Non est mihi uoluntas in uobis, dicit Dominus exercituum, &c. Et D. Hieronimus. Fulgent laquearea aurea, nitent marmore tēpla, ministrorum uero Christi hodie nulla est electio. Vide de his etiam dist. 49. cap. Sacerdotes. Secundo. Quorum tum dicta, tum facta, tum studia uniuersa, ad diuini nominis aut blasphemiam, aut contemptum rectius, quàm ad ipsius gloriam uergūt. Quos Paulus reprehendens admonet dicens: Quicquid feceritis uel uerbo, uel opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite. Col. 3. Item: Siue comeditis, siue bibitis, siue aliquid aliud faciatis, omnia ad gloriam† Dei facite. 1. Corinthiorum decimo. Tertio. Qui periuriis nomen Dei polluunt. (de quibus Leuiti. 19.) aut qui horrenda aliorum iuramenta blasphemumque diuini nominis abusum, imò & blasphemias ipsas contra sacrosanctum Dei uerbū effusas patienter audiunt, & illis non contradicunt, aut non puniunt, cum tamē acriter puniant, si quis regię Maiestati uel minimum obloquatur, uel ipsius ædicto non statim in omnibus pareat, quod in mundanis Satrapis uidere licet, quorum punitio non solum in ipsos ædictorum humanorum transgressores expeditur, uerum etiam ad ipsorum uxores, & insontes liberos non raro extenditur. † Quarto. Qui uerbū Dei (quod sub nomine Dei proponitur) aut prorsus audire contemnunt, aut si audiunt tamen religiose, reuerenter, & cum obedientiæ studio, sic, ut ea nunquam sibi facienda esse persuadeant, omnem uidelicet religionem in solo uerbi Dei uel auditu, uel in intellectu constituentes. † Quinto, Qui humanas doctrinas repugnantes diuinis, non ut humanas, sed uti diuinitus propositas amplectuntur, & opere sic

Coll. 3.
1. Cor. 10
Leui. 19

a dim-

adimplere curant, ut præ illis diuini uerbi æquo sint negligentiores, quia humanæ doctrinæ sępe sunt pugnantes cum diuinis, Sexto. Qui sub Christianæ professionis titulo coram impiis, aut infidelibus tam improbè, & corruptè uiuunt, ut ipsorum perfida, & scelerata uita Dei nostri sacrosancto nomini plurimum adferat ignominiæ, Quod Deus Iudæis inter ethnicos uiuentibus obiecit, dicens. Nomen sanctum meum polluistis inter gentes, ad quas ingressi estis? Ezech. 36. c. Et Paulus. Propter uos nomen Dei blasphematur inter gẽtes. Rom. 2. d. Idem. Serui Dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini & doctrina blasphemetur. 1. Timo. 6. a. Septimo. Qui Deo blasphemiam inuehunt, hoc est, qui quod uni Deo est, proprium id ad creaturas transferunt, sic impii Pharisæi Christum pro filio fabri habentes, ipsi blasphemiam impingebant. Hic (inquiũt) blasphemat. †Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Vel qui Deo subtrahũt, quod ipsi essentialiter inest hoc, qui aut facto, aut dicto, aut iniqua mentis persuasione negant, aut saltem non firmiter credunt Deum non esse talem, qualem ipsum sacræ scripturæ prædicant, id est, non esse tam bonũ, clementem, & propitium remuneratorem erga afflictos pro studio ueritatis, aut qui non credunt Deũ in minis fore ueracem, aut contra innocentum oppressores nõ futurum tam seuerum uindicem, qualẽ ipsum forte sacra testãtur Biblia. Altera (ut dixi) huius pręcepti pars comminationem continet, cum dicit. Non enim insontem habebit eum Dominus. &c. quo dicto suos Deus terrere uoluit, quod certo certius sit eos tanquam sontes, puniturus, qui nominis sui maiestatẽ uane, frustra, aut cõtemptim usurpare præsumpserint. Sicut per Apostolum terret se punitu rum, eũ, qui sacramẽtũ Eucharistiæ indigne mãducauerit: Qui (inquit) mãducat, aut bibit indignè, iudiciũ sibi mãducat, & bibit hac itaq; cõminatione admoniti, & perterrefacti caueamus ne unquã huius præcepti trans-

Ezec. 36 e.
Rom. 2. d
1. Ti. 6. a
4
1. Co. 11 f.

transgressores inueniamur, sed ut filii dei obedientes ipsum potius beneuolum, ac propitium quam irascentem, & punientem, experiamur.

QVARTVM PRAECEPTVM.

Memento ut diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septima autem die Sabbatum Domini Dei tui est. Non facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena, qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Deus cœlum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt, & requieuit die septimo. Idcirco benedixit Dominus diei sabbati & sanctificauit eum. Exo. 20. & Deut. 5.

1 †Postquam Deus electo suo populo tribus superioribus præceptis diuinam suam uoluntatem declarasset, qua ualuit ut ipsum solum & unice religioso fidei, timoris, & obseruantiæ affectu, sine ulla simulachrorum ethnica superstitione debite, syncere, & cum debita nominis sui existimatione & sanctificatione colerent. (utpote quibus ueræ pietatis ac christianæ religionis summa contineretur,) uoluit quoque ad hunc finem eidem suo populo certum constituere & sanctificare diem, scilicet septimum diem, nempe ut in eo ad integram erga Deum pietatem, fidem, religionem, obseruantiam & culturam commodius per legitimas ceremonias formaretur, exerceretur, & aleretur. In hoc itaque

2 præcepto notanda sunt multa. † Primo, præceptio illa, & obseruatio legalis, de qua Exod. trigesimoprimo. Leuit. 15. 26. Deuteronomii quinto. Hierem. 17. Ezechiel uicesimo ubi populo Israelitico præcipitur sabbati sanctificatio. Hoc est, non ocium profanum, sed sanctum, religiosum ad fidem, cognitionemque Dei, & sacris exercitiis deputadum. Et ob hanc causam Israelitæ olim singulis Gen. 2. Exo. 31. Leui. 15 26. Deut. 5 Hie. 17. Ezec. 20

ſabbatis in tẽplis cõuenerant, ubi de operib. dei, qui bus cælũ & terrã pfecerat, deq; aliis mirabilib. dei ad
2 gratiarũ actionẽ docebãtur.† Scdo, admonebãtur, ut opa ſua ſex dieb. pcedentibus facta, nõ ſuæ ppriæ in duſtriæ ac potẽtiæ, ſed diuinæ uolũtati, diuinæq; po tẽtię, & gloriæ accepta ferrẽt, & nũcuparẽt, fructũq; ſuorũ operũ à bonitate, & gloria dei poſcerẽt & ex-
3 pectarẽt.† Tertio eo die exercebãtur ceremoniis lega libus, precibus, ſacrificiis, & lectione legis, & prophe tarũ, quorũ ſcripta tũc populo legebantur, uide act.
Act. 15. 15. Huiuſmodi itaq; exercitiis animi ipſorũ à cura rerũ temporaliũ quieſcentes auocabãtur, ſpirituali profectu grandeſcebat, & in fide, ſpe, dilectione dei, charitate proximi, & affectu grati tudinis alebantur.
4 †Quibus exercitiis eũ diẽ uerè ſanctificabant non ſi bi, ſed Deo, diuinęq; gloriæ. Quod hodie nobis attẽ te obſeruandum eſt, qui fere dominicum diẽ nõ trã ſigimus niſi profano ocio, & ceſſatione ab operibus manuariis, putantes nos bellè hoc præceptum com pleuiſſe, ſi a conſuetis operibus ceſſantes, nos totos ocio tradamus, contenti interfuiſſe ad horulam rebus diuinis, ac concioni ſacræ, etiamſi reliquũ diei expendamus aut conuiuiis celebrandis, aut ineptis colloquiis, aut oblocutionibus, aut poculis, aut haſtiludiis, aut aleis, ut interim peiora taceam, quibus permulti hoc die ſeſe conſecrant, & diem ſanctum prophanant, non conſiderantes quod Deus hoc pce pto nõ diei ſabbathi ociũ, ſed ipſius ſanctificationẽ à nobis requirat: quẽ ipſe prius nobis ſanctificauit. Gen. 2 nobiſq; hoc exemplo ſuo ſanctũ & ſanctis ex
Gen. 2. ercitiis deputandum eſſe uoluit. Secũdo, notãdum
1 eſt hoc uerbũ.† Memento, quo indicat ſe uelle ut in perpetua memoria habeàmus, ut hoc præceptũ cum omni diligentia cuſtodiamus. Si enim dei maieſtatẽ ex animo diligere, ipſumque uere timere nos profiteri uelimus, requiritur à nobis ne huius accepti præcepti unquã ſimus immemores, ſed ut ad obſeruantiam illud in perpetua habeamus memoria, hoc eſt,

est,ut de sanctificando obedienter sabbato iugi meditatione,& recordatione cogitemus. Tertiò, quod
2 dicit. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua,id intelligi potest dupliciter,aut permissiuè, ut populo suo tantum permittat sex dierum operationem, septimum uero quieti,& sacro uoluerit consecratum esse ocio,aut potest intelligi præceptiuè, atque hoc modo præceptum istud erit bimembre, sic ut quemadmodum præcipiat sabbati sanctificationem,ita quoque præcipiat suis sex dierum operationes: iuxta illud: In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Et, In laboribus commedes ex ea. Gene.3. Si enim Deo curæ fuit ut præciperet populo suo ut sanctè ociatur, multo magis curauit, ut idem populus operaretur. Neque Deo placere puto ut Christianus post sabbathi ocii sanctificationem inutiliter perpetuo ocietur, præsertim quum ex ocio omnis generis uitia, & corruptelæ nascantur. Sed uoluit ut quemadmodum ipsemet sex diebus opera sua perfecerat, & septimo die ab iis requieuerat, eumq; diē nobis sanctificauerat,ita & nos quoque sex dies nō inutili ocio, sed fructiferis operibus ad nostrū,pro-
1 ximique commodum impenderemus.† Quarto, cū dicit. Septimo autem die Sabbathum Domini Dei tui est,potest & illud bifariam intelligi. Primo ut sit sensus, Sabbatum Domini Dei tui est, hoc est. Sabbatum diei septimi domino deo consecratum est, sic ut nos omnem nostrum eius diei respectum ad nominis ipsius sanctificationem,fidem, & cognitionē dirigamus, non autem ut is nostris usibus, affectibus ac uoluptatibus nostris seruiat. Et quamuis aliquo modo is dies septimus dici posset esse sabbatū nostrum, id est, nostro commodo institutū,uti Christus ait: Non homo propter sabbatum,sed sabbatum propter hominem Mar. 2.d. maluit tamen deus hoc loco dicere sabbatum esse suum,& sibi potius quàm hominum usibus destinandum esse. Secundo ut sit sensus: Septimo die Sabbatum domini dei tui est.

Gene.3.

Mar.2.d

Hoc est: Sabbato die memoriale erit eius sabbati, quo Deus post sex dierum operationem, septimo die requieuerit, eumque sua benedictione sanctificauerit.
2 rit.†Vtcunque autem sensu hoc præceptum intelligamus, eo certè docemur, sabbati quietem non nostris (ut dixi) iussibus, affectibus, uoluptatibus, ac profanis ociis destinandam, sed Dei gloriæ esse sacrificandam, iuxta illud Esa. 58, Ne facias uoluntatem tuam in die sancto meo. Quinto in hoc quoque præcepto notandū est, & illud quo dicit: Non facias oē opus in eo, tu, & filius tuus &c. horum enim expressione sabbati sanctificationem non tātum patri familias, sed & liberis, & seruis, & aduenis. Deinde per eam distinctionem remouet omnia quæ sabbati sanctificationem ullo modo impedire possent. Voluit.n. Deus nos eo die sic esse affectos, & comparatos, ut tunc integri, & ab omnibus externis impedimentis liberi sacrarum scripturarum lectionibus uacaremus, uel ut ad sacras conciones, ad mysteriorum communicationem, ad laudis diuinæ sacrificia, uel ad preces Ecclesiasticas synceris animis accederemus, reliquaque tū pietatis, tū charitatis exercitia impeditissimi
1 curaremus.†Quo loco & hoc notādum est, quod sabbato non prohibet curam aut operationem rerū illicitarum (hæ enim etiam aliis sex diebus, & quouis tēpore sunt prohibitæ) sed tantū operationem rerum domesticarum, & licitarum, quæ quāuis à nobis sex aliis diebus fieri possint, & debeant, sabbatis eædem tamen nobis sunt prohibitę, tanquā ad sabbati san-
2 ctificationē incommodæ.† Deinde & hoc notandū, quod istud præceptū non cōpetat perpetuo ociosis.
3 †His enim frustra præcipitur: Sex diebus operaberis, & sabbato omne opus nō facies, ueluti qui nunquam operantur, sed semper in profano ocio deliciantur, quod ipsos merito pudere dēt, qui sic uiuūt, quasi apud ipsos diuina hæc præcepta nihil habeāt loci.
4 †Sexto, notandū est iumentis hic præcipi ociū sabbati, non ut ea sabbatū sanctificēt, & religionis exer-

Esa. 58.

citiis astringatur, sed nostro bono, & commodo id præcepit, qui uoluit, ut quemadmodum nostri labores alterna temperandi sunt requie, ne ingibus laboribus conficiamur, ita uoluit & nostra iumenta, quę nostris usibus sunt destinata, subinde alterna requie recreari, ne assidua fatigatione nostro damno conficiantur, Deus.n. omnia quæ cōdidit amat, & nostro bono ea conseruat. Deinde est & alia ratio. Si iumentis operandum esset diebus sabbatis, certe etiam ipsis hominibus tunc operandum foret, quod eis hic est prohibitum, quia iumenta sine ductu, & cooperatione hominum nihil rectè, nihilque nobis utiliter agere possunt. Cum igitur iumēto præcipitur quies, simul & hominibus iumentorum ductoribus præcipitur sabbatorum requies. Septimo notandum est apud populum Dei etiam aduenis, peregrinis, & exteris locum fuisse, illosque non temerè ab indigenarum pellendos sedibus, modo patriæ, indigenarumque sese conforment ritibus, & legibus, etiamsi interius diuersam religionem premerent. Sicut etiam contra Abraham, Isaac, Iacob, Moses, & Israelitæ, quanquam diuersæ religionis fuerant, apud exteros tamē pulsi non sunt, sed habitationis locum inuenerunt, ut qui ab indigenarum moribus, & legibus ciuilibus non fuerāt diuersi, neq; religionis causa ullos excitarūt tumultus, licet alia religione fuerāt imbuti. Verum hic notādum est, si aduenæ tales postea eandem indigenarum religionē essent professi, iisdē baptismatis mysteriis initiati essent, nollentque postea sese huius ueræ religionis acceptæ esse communicatores, sed contemptores potius, religionisq; ueræ turbatores, hi certè ciuili lege à conuictu, & consortio fidelium excludi possent, ne Ecclesiæ tranquillitas horum pertinacia conscinderetur. dixi ueræ religionis, propter eos qui dum falsæ, erranti, ac seductæ religioni consentire nolunt, indignè tamen pelluntur, non quidem suo, sed errantium inhumanissimo uitio.

1 † Octauo: notandum quod dicit, Sex enim diebus fecit Deus cœlum, & terram, mare & omnia quę in eis sunt, & requieuit die septimo, & cæt. His enim uerbis non tantum sabbati requiem ex sua auctoritate præcipit, sed & exemplo sui nos ad imitationem inuitat. Præceptum ad obediendum auctoritatem habet. Exemplum imitandi obedientiam requirit, unde & Christus dicit: Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Ioan. 13 b. Et, diligite inuicem sicut ego dilexi uos, Ioan. 15. Item, diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus uos, ut sitis filii patris uestri qui in cœlis est: qui solem suum oriri facit super bonos, & malos & pluit super iustos, & iniustos. Matth. 5. g. Huiusmodi enim scripturæ cum ipso præcepto etiam exemplum continent, quo nos ad sui imitationem, & ad faciliorem obedientiam flectat, ut in factis suis (non quidem diuinis, sed humanis, & nostris uiribus paribus) nos pro facultatis nostræ portione conformaremus.

Ioan. 13 b. 15.

Ma. 5. g

2 †Nono: notandum est, quod ante sabbati per ociũ sanctificationem meminerit non quæuis opera, sed tantum creationis mundi, ut hac commemoratione nos in eius creationis fide aleret & confirmaret. Huius enim fides aliarum operationum, nempe prouidentiæ, & gubernationis Dei caput est, & principium. Nisi enim credamus mundum hunc ab uno Deo in principio fuisse creatum, fieri non poterit ut ad fidem conseruationis, gubernationis, & prouidentiæ Dei (qua cuncta conseruantur, & reguntur perueniamus: Imo ne fidem quidem reparationis humanæ (qua per uerbi Dei incarnationem humanum genus reparatum est,) unquam perfectè assequi poterimus. Vnde Apostolus dicit: Fide intelligimus aptata esse sæcula uerbo Dei, ut ex inuisibilibus uisibilia fierent. Hebræorum undecimo. Et in Symbolo Apostolico principio dicitur: Credo in

Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Ex huius itaque creationis fide facilis est transitus ad fidem prouidentiæ Dei: qua credimus omnia quæ in cœlis, & in terris sunt ipsius uirtute consistere, eiusq; uoluntate, & potentia gubernari, per quē ex nihilo omnia sunt condita. †Decimo, quod deus
1 post sex dierum labores, die septimo requieuerit, eūque diem post labores quieti seruādæ sanctificauerit, nos quoque per hoc admonitos esse uoluit, de futuro tempore, quomodo post præsentium temporum finitos labores, communis omnium seruatur quies irremissa, & sempiterna. Sicut enim per sex dies operum, sex præsentis uitæ ætates, laborum, ac molestiarum plenissime designantur: Ita per septimi diei quietem futurum sœculum quod perpetuæ quieti sanctificabitur, adumbratur, quæ quies cœleste sabbatum uocari poterit. Hæc ut plenius intelligantur sciendum est triplex esse Sabbatum.

Scilicet Sabbatum { Legale. / Spirituale. / Cœleste.

Sabbatum Legale, uel literale est quod per Mosen soli populo Israelitico ad pædagogiam quandā erat præceptum. Vnde hoc Sabbatum dici etiam potest corporale, elementarium, uel umbratile. Hoc sabbatum boni & mali hic celebrant, sed non pariter sanctificant. Hoc est, non æqualiter se Deo, uirtutibus, sanctisq; pietatis exercitiis tradunt, quum plerique sabbatum prophano ocio, aut (quod peius est) nullis non uitiorum generibus uiolant uerius, quam sanctificant: adeo ut his feriæ nostræ exitio potius quā saluti institutæ esse uideantur. Qui igitur sint qui contra hoc legale præceptum peccent, ex hactenus dictis, & ex contrario sanctificandi sabbati debito clarius euadet.

3 †Sabbatum spirituale est, quo uetus homo noster, scilicet, homo peccati cum omnibus actibus

ſuis ueluti in quodam mentali ocio ſepelitur: ut nouus, qui ſecũdum Deũ creatus eſt, uires ſuas recreet, & opera ſua perficiat. Actus autem ueteris hominis ſunt opera carnis, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ rixæ, diſcentiones, ſectę, inuidia, homicidia, ebrietates, cõmeſſationes, & his ſimilia. Gal. 5. Hæc enim carnis uitia ſpiritua-

Gala. 5. le ſabbatum tollunt, & impediunt, ideoque iſtud ſabbatum non eſt niſi iuſtorum, & regeneratorum. Qui enim adhuc in carne uiuũt, id eſt, qui carnis ſapiẽtię, carniſq; affectibus obediunt. quoniam ueteris hominis occupati ſunt operibus, hoc ſpirituale ſabbatũ ſanctificare non poſſunt, quantumuis legalis ſabbati obſeruãtiã colãt. Alieni. n. ſunt à ſpiritu ſabbati, quia ueterẽ hominẽ cum actibus ſuis nõ mortificant, nec nouũ hominem induunt, quũ toti carnis operibus incumbant. Verum hoc ſabbatum ſpiritualem celebrant, & ſanctificant (ut dixi) ſoli iuſti, & qui per ſpiritum Dei in interiori homine ſunt regenerati: quorum, uel potius, cuius ſpiritus fructus ſunt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, lõganimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continẽtia, caſtitas, &c. Gal. 5. Hoc autem ſpirituale ſabbatum

Gala. 5. non eſt ulli alligatũ tempori, ſicuti, legale, ſed iuge eſt, & continuum. Mortificatis enim à ueteris hominis actibus pręcipitur, ut ſemper & inſidiẽter credant, ſperent diligant, beneſaciant, reliquosque fructus ſpiritus proferant.

1 †Sabbatum cœleſte eſt, quo animo, & corpore à præſentis uitæ laboribus, & moleſtiis (quibus etiam pii, & electi hic affligantur & ſubinde grauius, quàm mali, & reprobri) cõquieſcimus. Hoc ſabbatũ in præſenti uita celebrari nõ poterit, niſi in figuris, ſed ipſius ueritas in cœleſti requie poſt huius ſœculi ærumnas demum celebrabitur, quoniam Deus abſterget omnem lachrimam ab oculis ſanctorum, quamquam mors non erit ultra, neque luctus, neque

dolor

dolor, neque clamor erit amplius: ut quæ hic prima transierunt. Apo.21. Hoc Sabbatum dici poterit Sabbatum perpetuum, & perfectum, alia uerò duo imperfecta sunt, & multis afflictionum molestiis, dum uiuimus, obnoxia.

QVINTVM PRAECEPTVM.

Ex.20.b Paul.ad Eph.6.a Paul.ad Colo.3.d Ma.7.b. Ma.10.c

HONORA PATREM TVVM, & matrem tuam, ut sit longævus super terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

Quatuor primæ tabulæ iam dicta præcepta ad fidem, reuerentiam, & cultũ dei potissimũ spectant, reliqua uero secundæ tabulæ posthac enaeranda præcepta ad nostros spectant proximos, quibus admonemur nec plenam, nec ueram religionem posse consistere per priorem tabulam, hoc est, si solam diuinã maiestatem ritè colamus, nisi & alteram subiunxisset tabulam, quæ erga proximos nostros iustitiam & curam complecteretur. Vnde sciendum est nõ esse ueros, nec integros dei cultores, qui externè deum sic tantum colunt, ut nulla diligendi iuuandique proximi cura tangantur quasi deus sui cultum sit approbaturus quantumuis negligentes, & iniurii fuerimus erga proximum, Sed quia inter proximos, imò secundum deũ prima pietas, primaque cura debetur parentibus (ex quibus sumus orti, & prognati, quique nos non minori molestia, quam diligentia educarunt, aluerunt, & prouexerunt) certe etiam iusto ordine primoque loco in hac tabula de iis parentibus honorãdis præceptum tradidit.

3 † Huius itaque præcepti duo patet esse membra. Prius membrum præceptum habet de obediendis parentibus. Posterius utilitatem continet, quam ex huius præcepti obedientia consequimur nempe qua Deus uitam diuturnam, & prolixerunt polliceatur iis, q pietatẽ, & honorẽ seruãt erga parẽtes. Ex cuius

præcepti

pręcepti contrario elicitur eos nec diu, nec fœliciter uicturos, qui parentum suorum fuerint, aut neglectores, aut contemptores. Sed quia hoc præceptũ cum sequentib. sequitur præcepta de uero cultu Dei, manifestè hinc colligitur Dei obseruantiam, parentũ honoribus semper esse præferendam, ita ut nemo parentibus obedientiam debeat, quoties uera dei religio, & obseruantia diuinæ uoluntatis contrarium mandat. Neque etiam liberi à parentibus impensius sunt amandi, quàm deus, à quo & parentes, & liberi sunt conditi, sed regulariter tum parentibus, tum filiis semper spectanda erit in omnibus diuina uolũ

1 tas.† De parentum amore erga filios non præferẽdo apertum documentum mostratum est in Abrahamo qui ex solo iussu dei vnicum suum filium Isaac ad immolationẽ duxerat. Gen. 22. Et de utrisq; dicitur.

Gen. 22. Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, nõ est me dignus. Matth. 10. Et obedire oportet magis deo

Mat. 10. 2 quàm hominibus. Act. 5.† Sunt autem qui hoc loco

Act. 5. per patrem & matrem intelligant triplices patẽtes.

Scilicet:
- Carnales, id est, patrẽ & matrẽ, ex quibus uitę exordiũ sumpsimus, & progresũ.
- Spirituales, qui animarum nostrarum curã gerunt, quales sunt Episcopi, pastores, præceptores, tutores, pædagogi.
- Ciuiles partim, & partim spirituales; qui

tum corporum, tum animarũ nostrarũ curam gerũt: quales sunt Principes nostri seculares, magistratus, & rerũpubl. curatores. At his duobus modis impropriè, & tantũ in largo sensu patrum, & matrũ nomine isti cẽsentur. Deinde quia de his singulatim sunt alia peculiaria scripturæ loca, quæ ipsis honorem & obedientiam debitam apertè præcipiant, de quibus infrà in præceptis particularibus: ideò hunc locum propriè de parentibus nostris carnalibus (ex quibus ortum, & educationem habemus) interpretabor, licet etiam de aliis intelligi possit, de quo præcepto ẽt

Leui. 19 habemus Leui. 19. Vnusquisque patrem, & matrem

suam

ſuam timeat. Et Deuter. 5. Honora patrē tuū, & ma trem tuam, ſicut præcepit tibi dominus deus tuus, vt longo uiuas tempore,& bene ſit tibi in terra, &c. Et Tob. 4. Honorē habebis matri tuæ omnibus die bus uitæ tuæ, memor enim eſſe debes, quæ, & quanta pericula pro te ſit paſſa in utero ſuo. Et Eccleſiaſtici. 3. 7. qui timet dominū, honorat parentes,& qua ſi dominus ſeruiet his, qui ſe genuerunt, &c. ut benedictio tibi ſuperueniat à deo, & in nouiſſimo maneat. Notandum quoque eſt, quod non dicit, obedi parentibus tuis, aut time patrem tuum, & matrem tuam, aut dilige patrem tuum, & matrem tuam. Sed

Deu. 5.
Tobiæ. 4
Ecc. 3. 7

1 dixit. †Honora patrem tuum,& matrem tuam, nam hoc honorandi uerbum illa tria uerba non excludit, ſed ueraciter includit. Non. n. ſimpliciter per uerbū (honora) intelligit externum, aut ciuilem quendam honorem, quem ſeruus hero, aut amicus amico, aut aulicus aulico, externis moribus impendit, ſed talē honorificentiam intelligit, quæ omnem leuitatem, neglectum, & contemptum excludat, omnem uero reuerentiam, obſeruantiam, obedientiam, dilectionem,& beneuolentiam includat: quæq; moneat ne quid committamus, quod ipſos ullo modo offendere poſſit. In ſumma, quæ requirat talem mentis erga parentes affectum: quo quiſq; ſibi perſuadeat patrē, & matrem eſſe homines non leuis momenti, ſed eſſe graues, & ſumme ſibi poſt Deum honorificos, nō diligendos tāquam pares, ſed tanquam ortus noſtri, uitæq; noſtræ auctores: non timendos, ut heros aut dn̄os, ſed amanter, ac honorifice reuerendos, tāquam uitæ noſtræ duces miniſtros, & dei cooperarios. Nēpe in quibus dei uirtutē, ſimul & beneficentiam honoremus, per quam ſumus conditi, & ex humano ſanguine homines nati. Nā ſi magno æſtimamus uitā noſtram, ortum & natiuitatem noſtrā, & quæ hāc conſequitur, educationem noſtrā, profecto cōſequitur quod etiam magnifice, & præclare, ſancte & honorifice ſentire, & de iis præclare æſtimare debeamus,

mus, de quorum carne, & sanguine uitam accepimus, & homines facti sumus, ut ex horum consideratione Deus per legem naturæ dignissimè nobis præceperit: Honora patrem tuum, & matrem tuam.

1 † Hoc quoque notandum est, quod non simpliciter dicat, honora patrē tuū, sed adiungat & matrem tuā, quo dicto quorundam filiorū, aut filiarū impietatem retundere uoluit, qui solū patrem uel uti coniugii præcipuum, auctoritatis caput sibi potissimum obseruādū esse putēt, adeo ut uix ullo in numero matrē habendam esse sibi persuadeant. Maxime cū mater, aut nobilitate, aut opibus, aut ingenii dexteritatē est inferior quam tunc filii tales impii adeo in nullo habent pretio, ut ipsam præ patre, aut fastidiant, aut ipsos suę matris præ patre aut pudeat, aut pigeat mallentque se non natos quā tali matre prognatos fuisse. Horum itaque impiā stultitiā Deus hoc præcepto reprimere uoluit addēdo (& matrē tuam) Nam quamuis Deus patrem in lege coniugii matri, suæq; coniugi auctoritate præfecerit, patremque matre cōiuge sua superiorē esse uoluerit, in honore tamen, reuerentia, & obseruantia à filiis exhibenda non præfecit patrem, sed uoluit matrem cum patre in hoc honore filiis debere esse ęqualem: utpote quod matri ad liberorum natiuitatem non minus iuris, imo, si rectè cuncta perpendamus plus iuris competat, quam patri. Vnde filiis non est respiciendum ad illud discrimen, quod Deus in lege coniugii constituit inter maritum & uxorem. Neque uidendum ad matris opulētiam, humilitatem; paupertatem, ignobilitatem, aut ingenii infęlicitatem: sed potius imo solum hoc eos expendere, & sic cogitare uoluit: mater mea qualis qualis est, mater mea est, multis cum molestiis me gestauit in utero, maximis cum doloribus, & cum mortis suæ periculo me in mundum parturiendo enixa est in me lactando & educando, non minus quoque curarum, dolorum, sordium ac molestiarum pia ma-

ter pro me benignissime subiit: Postremo infinitos tum gemitus, tum lachrymas in me educando uber tim effudit: quæ mihi etiam de patre cogitanda sunt Itaque horum omnium respectu, & quia Deus hoc mihi præcepit, matrem ut patrem, & contra, patrem ut matrem pari honore, obseruantia, obedientia, & amore complecti uolo. Porrò hic honor parentum in tribus fere consistit, nempe ut filii parentes suos.

1 † Honorent { obediendo / obseruando / benefaciendo }

2 † Obedientia præstat ut filii parentum suorum iussis libenter, & ex animo obtemperent, in nullo rebellent, & in nullo ipsorum imperio, ac uoluntati reluctentur, sed ut in omnibus piis ac honestis ipsis bene uolę obsecundent, modo ea talia non sint, quæ cum primę tabulæ præceptis pugnent, hoc est, modo talia non sint, quæ maioris iustitiæ, id est, diuinę maiesta-
3 tis obedientiam potius requirant. † Obseruantia parentũ docet, ut filii sanctę, religiose, & piè parentum dicta obseruent, in pretio habeant, ac ipsis in omnibus ad nutũ piissime subseruiant, in nullo offendãt, in nullo traducant, spernant, obloquantur, rebellẽt,
4 aut obmurmurẽt. † Beneficientia erga parentes requirit, ut filii non tantum externè parentibus obediant honorent, & obseruent, sed etiam ut necessitatibus ipsorum tum factis, tum opibus, tum consiliis, tum solatiis, tum obsequiis subueniant, hæc enim tria
5 in filiis parentum morigeris requiruntur. † Quod si quisquam roget an hæc à filiis pręstanda sint etiam parentibus malis, ebriosis, adulteris, rixosis, difficilibus, uanis, leuibus, prodigiosis, & discordibus, aut erga se seuis, conuiciatoribus, & iniuriis. Huic respondeo nihil enarratorum, filiis tanti debere esse momenti, ut Dei huius præcepti uiolandi efficacem causam præbeãt; cum (ut dixi) sola primæ tabulæ præcepta impedire debeant, aut possint huius præcepti obser-

obseruantiam. Quare si quibus filiis tales cõtingere parentes, ipsorum officium tunc est, ut talium parentum lapsus, & uitia prudenter dissimulent, patienter ferant, pro ipsis Dominum constanter regent, ut ipsius beneficio emendentur, resipiscant, & ad uiam ueritatis, & iustitiæ redeant. Et (si id commodum uidebitur) cum omni reuerentia, & modestia in loco parẽtes suos rogabũt, ut pietatis, & honestatis memores sua uitia corrigãt, & ea tũ Deo tũ sibi in se mortificare studeant. Adhæc ne parentũ uitia eliminent, sed studiose tegant. Discordias ipsorum (si poterunt) cũ omni comitate cõponant, & præcibus & obsequiis animos ipsorum discordes sibi mutuo concilient. Hæc itaq; officia cum bonis cõpetant filiis, per contrarium patet tria esse malorum filiorum genera, qui hoc Dei præceptum uiolantes suos parentes debito,
1 legitimoq; honore non afficiunt. † Primi sunt, qui foris quidem qualemcunq; reuerentiam, aut officiositatem erga parentes (præsertim aliis præsentibus) ostentando simulant, intus uero, & in corde, erga ipsos leuiter afficiuntur, ipsorumq; tum dicta, tum facta, aut rident, aut contemnunt, aut non curant, aut
2 impie detrahunt. † Alii sunt qui nec foris parentibus debitam obedientiam præstant, nec intus in corde erga eos recte afficiuntur, sed potius eos tum dictis, tum factis dehonestant, traducunt, exasperãt, & quo-
3 cunque possunt incommodo afficiunt. † Huius impietatis exemplum olim expressit Rubem, qui Iacob thorum cõmaculare præsumpserat. Item & Absalon, qui patris sui Dauidis regno, & uitæ insidiabatur. Similia exempla commostrant nobis historiæ prophanæ, quãdo tyrãnorum filii suos patres, senes, aut priuarunt oculis, aut captiuos tenuerunt, aut in exilium perpetuum egerunt, aut toxico sublatos curarunt, ut & ipsi pro lubitu suo rerum potirentur. Hos omnes Ecclesiasticus Sirach. c. 3. Deo maledictos esse pronuntiat. Et Deuter. 27. Maledictus qui non honorat patrem suum, & matrem suam. Item ob

ob parentum inhonorationem missus est populus Dei in exilium. Ezech. 22. Et Deut. 21. Lapidibus iubentur obrui, qui parentum monitis pertinaciter obluctantur. Alii sunt, qui reuerenter quidem erga parentes suos, tum foris, tum intus in corde afficiuntur, ipsosq; honorifice amare, & honorare uidẽtur, uerũ hæc aĩo, titulo, ritibusq; externis tenus: hi enim dum parentes suos solummodo externe uenerantur, nihil interim si egeant necessarij subsidii ipsis præstãt, neque ipsos satis honorifice, tractant, neque necessaria suppeditant, aut certe parentum suorum lapsus, aut acres admonitiones non ferunt, sed eas obmurmurationibus acturum refellunt. *Eccle. 3. Deut. 27 Eze. 21. Deut. 21*

2 †Quod autem tam mali, & parentũ immorigeri reperiamur filii duo in causa esse comperio. Primo, in causa esse uidentur ipsi parẽtes, qui suis uitiis impediunt, quo minus filii parentibus honorem debitũ impendant, hoc est, si palam male uiuant, si sint adulteri, ebriosi, leues, & uani, si liberorum uitia per se, aut per alios, non coerceant, sed ad ea noxia indulgẽtia conniueant. Si ipsos in timore, & disciplina Dei maturæ non instituant: iuxta illud Deuteron. 11. Docete uerba mea filios uestros, ut illa meditentur, quãdo sederis in domo tua, & ambulaueris in uia, & accubueris, & surrexeris. Si ad mala filiis etiam auctores existant, si nimia seueritate, opprobriis, debachationibus, & uexationibus, si domesticis rixis, & iurgiis filios suos scandalizent, domesticam pacem perturbent, filiorumq; suorum animos à se uerius alienent, quam paterna beneuolentia eos sibi coniũgat. Contra illud Pauli ad Eph. 6. Vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios uestros, sed educate illos in correctione, & disciplina Domini. Secundo auctores inobedientiæ filiorum sunt illi, qui malo consortio, edendo, bibendo, ludendo, scortando, honestorum parentum liberos seducunt corrumpunt, mores ipsorum deprauant, ipsos immorigeros, omnisq; disciplinæ impatientes reddunt. Item qui sub *Deut 11 Ephe. 6.*

specie

ſpecie religionis efficiunt, & decreta ſtatuunt, quibus filii parentibus honorem debitum non impendant, in neceſſitatibus, in morbis, in extremo uitæ articulo non aſſiſtant, coniugia inuitis parentibus contrahant, quales redarguit Chriſtus: Quare (inquit) uos tranſgredimini mandatum Dei, propter
Mat. 15 1 traditionem ueſtram? Matt. 15. † Alterum huius præcepti membrum eſſe diximus: quo filios ad obſeruãtiam huius præcepti, præmio, & beneficio allicit, cũ dicit: Vt ſis longæuus ſuper terram, &c. Quo loco notanda eſt immenſa Dei bonitas, qui cum imperio ſe quibus ſuis præcipere poſſet, idque cum pœnæ interminatione, maluit tamen Deus iſtud præcipere cum præmii promiſſione, ut non tam dominii ius hac in re declararet, quàm paternæ bonitatis naturã erga ſuos oſtenderet. Domini enim imperioſe mandant, terrent, & pœnas minantur. Paternus uero animus mitis eſt, blandè præcipit, & obedientibus etiã præmia promittit. & quæ promittit, lõgè benignius impendit, quàm promiſerat. Vnde quamuis longæuam uitam hic duntaxat polliceatur in terra, uitam tamen nihilominus cœleſtem, & æternam huic præcepto parentibus non eſt negaturus, quod expreſſius
Eccle. 3. indicauit Eccleſiaſticus 3. uti paulo ſuperius expreſ-
2 ſimus. † Ex dictis igitur nunc patet, quod contra hoc præceptum peccent omnes illi.

Qui:
- Parentum honeſtis iuſſis non beneuolè obtemperant.
- Parentes ſuos, uel dicta, uel facta ipſorũ, habẽt ludibrio.
- Parentes ſuos proſequuntur odio.
- Parentibus iniuriantur, ferociunt, rebellant, interitum optant, aut modeſte non cedunt.
- Parentes cædunt, aut ad egeſtatem redigũt, aut impie irritant, & aſpernantur.
- Parentibus, in egeſtate, aut in alia quauis neceſſitate conſtitutis, ope, ſolatio, & conſilio non ſubueniunt.

Paren-

Parentum lapsus, & humana uitia nō patienter ferunt, & celant.
Parentum testamenta, & debita non plenè persoluunt.

Quos denique ignobilitatis, paupertatis, humilitatis, stupiditatis, imprudentiæ, aut similium, tum fortunæ, tum naturæ conditionum in parentibus pudet, ut hinc ipsos minoris æstiment, ipsos contemnant, fastidiant, & non opitulantes negligant.

SEXTVM PRAECEPTVM.

Non occides, *Marc. 10*

1 †Notandum hoc est primo quàm conuenienter hoc sextū præceptum subiectū sit quinto præcepto. Hoc. n. quintum præceptum statuit, ut illis à quibus uitæ habemus initium, omnem honorem, & curā impenderemus. Sextum hoc præceptum requirit, ut qui nati sunt in uita hac per nos custodiantur, seruentur, & non occidantur. Et quamuis dixit Deus simpliciter, Non occides, id tamen non de bestiis nostræ potestati subditis, sed de solis hominibus nō occidendis intelligendum esse uoluit. De bestiis enim (dico nostris, non alienis) dixit Deus, omne quod mouetur, & uiuit, erit uobis in cibum Genes. 9. Ea itaque manducari non possunt, nisi prius occidātur. Ergo de solis hominibus hoc præceptum intelligendum est. Parentes progignunt filios ad uitam, geniti filii alios genitos in uita conseruare, & non occidere hic iubentur. quod autem hic in genere sine ulla, aut modi aut tēporis, aut numeri, aut loci personarū occidentium, aut occisorum specificatione dicit, Non occides. manifestè ex eo colligitur indiscriminatim omnibus hoc esse præceptum. Neque ullum esse mortalium, aut diuitem, aut nobilem, aut senem, aut magistratum, cui extra iustitiæ regulas alium occidendi à Deo concessa sit potestas. Paren- *Genes. 9*

tes, & magistratus coercendi quidem, ac puniendi suos subditos potestaté habent, uerum cum norma iustitiæ, ad ædificiationem non ad destructionem.

2 †Secundo notandũ, quod quum nobis uetat occidere, indicat nostram naturam ita a suo primo statu per diabolum esse corruptam, ut ne alterius quidem uitæ per se parceret, nisi hoc legis præceptum coerceretur, & tantum scelus ipsi uetaretur. Huius naturæ

Rom. 3. corruptę malitiam amplificat Paulus Rom. 3. cũ ait. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, per pedum uelocitatem, animorum studia, ardores,

3 & anhelationes indicans. †Quæ uelocitas, oh utinã a nostri sęculi tum principibus, tum plebęis abesset: certè non tantum humani sanguinis, (pro quo sanguinem suum effudit Christus) passim effunderetur. Sed proh dolor ea nunc uelocitas sic intẽsa est, tamq; longã lateque peruagata, ut nulli ætati, nulli sexui, nullique uitæ conditioni parcatur: deinde bellis, tumultibus, & seditionibus passim feruent regiones oẽs, Christiana, pax, & fraterna concordia nusquam non exulat, & ubiq; sedium eiicitur, Homicidiorũ, cædium, mactationum, stragiumq; plena sunt, & humanorum sanguinum effusionibus madent passim loca oĩa. Furit sic Christianus in Christianũ, ut alter alterum mutuis lanienis multo truculentius conficiat, q̃ ulla belua in beluã irruat, adeò ut nũc, multo iustius Deus ex cœlo clamare possit. Tu tãti humani sanguinis effusor, Imo tu humanæ uitæ strator, & extinctor, quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui, clamat ad me de terra, Nũc igitur maledictus eris super terrã, quæ aperuit os suũ, & suscepit sanguiné fratris tui. Gen. 4. Atq; interim huiusmodi exitialia facino

Gene. 4. ra (si diuis placet) nescio quibus titulus nunc multi palliate cõtendant. Ipsi uiderint quàm ueri Christiani sint, quomodo in corpore Christiani alter alterius sint membra, qui commembres suos tã furiosè perdunt, & uitã quã Deus dedit, odiose, & cum iniuria diuini plasmatis rursus Deo tollunt, & eripiunt. Viderint,

derint, inquam, quomodo suos fucos supremo iudici (qui hoc præceptum, non ut tam nefarie uiolaretur, tulit) obtrudere poterunt.

2 †Secundo notandum est, triplex esse homicidii genus. Est enim homicidium.

Aliud { actuale / uerbale / mentale

Homicidium actuale est, quod opere cum aliquo instrumento, aut ueneno, aut alio corporali modo perficitur. Atque hoc quoque est bifarium.

Scilicet {
Voluntariũ, quod ex certa scientia, & ex proposito fit: quod item est bifarium. Est enim homicidium uoluntarium,
aliud { licitum / illicitum
Non uoluntarium: quod non ex uoluntate, neque ex proposito, neque ex certa scientia cõtingit. Hoc est bifarium.
}

Scilicet { casuale { tantum, uel purum, & casuale uel impurum. / defensorium.

3 †De his omnibus hæc paucula sic accipe. Homicidiũ uoluntariũ licitũ est, quod legitime per magistratum ex ordinatione diuina irrogatur maleficis & sontibus. Et cùm hoc magistratus legitime facit, homicidii reus non est censendus, neque ab usu gladii hoc præcepto prohibentur, quia hoc gladium iustitiæ à Deo accepit, ut innoxios defendat, & plectat noxios. qua in re nõ suis affectib. sed Dei uoluntati subseruit & ordinationi diuinæ subseruit. Vide Paulum ad Rom. 13. Dixi legitime, hoc est, ueris, dignis, nullisque iniquis obtemperans legibus, nec propriis, aut alienis, contra mandatũ dei indulgens affectibus. Nã si quis etiã magistratus nomine, aut iustitiæ titulo fretus, uel ex odio, ira, uel lucri cã, uel ex alio quouis, aut suo, aut alterius affectu in de- Rom. 13

 bito,

bito, aut iniquis hominum legibus contra uoluntatem Dei obtemperans quempiam ad mortem adigeret, non uideo quomodo is ab homicidii reatu immunis existere possit, quum hoc nomine multo grauissimum coram Deo committat homicidium, Nempe quod iuxta humanas leges occidat, quem non occidit diuinæ uoluntatis sententia. Nõ enim putandũ est oẽs hominum leges statim esse iu-
2 stas, & Deo dignas, sed tm̃ eas quæ cũ uolũtate Dei sunt cõformes. † Quæ aũt sint homicidia legitima ex ꝓfferũt sacra Biblia cuiusmodi hic paucula subiiciã.

Quicũque fuderit humanum sanguinem, fundatur sanguinis eius. Gen. 9.

Qui immolat diis, præterquam Domino soli, occidatur. Exod. 22.

Qui declinauerit ad magos, morte moriãtur. Leu. 20

Habentes spiritum pithonicum morte moriantur, Leu. 20.

Propheta, qui prophetauit in nomine Domini mendaciter morte moriatur. Leu. 20.

Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur. Leui. 20. Exod. 21.

Filius parentibus proteruus, & cõtumax, lapidibus obruatur. Deut. 21.

Qui occiderit hominem, morte moriatur, Leuit. 24.

Se dormierit uir cum uxore alterius, uterq; morietur Deut. 22.

Hæc alia & plura de occidendis maleficis in ueteri lege præcepta sunt magistratibus, ut morte puniãt, quos Deus, & humana cõstitutio, diuinam ordinatioñe pro rei publ. pace imitãs, suæ legis auctoritate occidi iussit, & seruẽt quos Deus occidi non iussit, sed defendi uoluit. Magistratus qui secus facit, is tã occidendo, quod non est iussum, quàm non occidẽdo, quod iussum est, peccat. Quantũuis has diuinas
1 leges humanæ leges interuerterint. † Homicidium uoluntarium illicitum est: quod hoc præcepto Deus prohibuit, nẽpe quod nõ legitime, ac sine culpa, sed

quod

2 quod cũ culpa fit.† Hoc dãnabile homicidium fit, aut quando quis occidit seipsum, quod contingere solet,

Aut { Ex { Impatientia afflictionis, ut Aristobolus.
Immodico dolore, ut Lucretia Romana.
Metu crudelis mortis futuræ, ut Cato uticensis.
Desperatione, ob nimis uehementem de scelere commisso pœnitudinem, ut Iudas Iscariotes.
Desiderio immortalitatis fruẽdæ, quod de Cleombroto legitur.
Ingenti inanis gloriæ studio, qđ de circoncellionibus Donatistis legitur.

3 † Proximum suũ, quod ex spiritu diabolico, ex ira, odio, inuidia, spe lucri, uel ex consilio, hortatu, instinctu, aut iussu alterius fieri cõsueuit. Vtrũq; hoc homicidium est illicitum, & damnabile, & hoc præcepto nobis à Deo inhibitum.

4 † Homicidium autem non uoluntarium diximus esse, quod non ex uoluntate, proposito, aut cum scientia fit.

Hoc quoque diximus esse duplex, scilicet, causale, & defensorium.

5 † Homicidiũ casuale est quod casu tantum, ac fortuito tamen contingit, id quod bifariam contingit. Vnde & homicidium casuale aliud dicimus esse pure casuale aliud impure casuale homicidiũ pure casuale est, quod nullam culpæ speciem secum confert: ueluti cum fabro lignario aut tegulario in æditiori loco uictus causa laboranti aliquod instrumentum excidit, quo inferius pertransiens occiditur. Est enim tale homicidium pure fortuitum, pureque casuale, omni culpæ specie carens: ideoque, & omni reatu caret, cum ex uolũtate opificis non sit progressum, nec factum tale sit quod occisionis factæ culpam præ se ferat.

1 † Homicidiũ impure casuale est quando casus ille fortuitus

reatur, ipsius proditionē utcūq; excusat ignorantia. Si uero quis innocētē aut odio, aut spe lucri, aut spe consequēdi uel retinēdi, officii, aut spe gratificādi alteri ad necē prodit, hic ab homicidii reatu adeo nō excusatur, ut detestabilis etiā homicida æstimetur ab eo cui sanguinem innocentem prodidit. Hac proditione occidit Christum Iudas proditor, & traditor. Hanc autem aut innocentis, aut miserabilis, aut à Deo afflicti proditionem spiritus sanctus uetuit Abscōde, inquit, fugiētes, & uagos ne prodas, habitent apud te profugi mei. Esajæ. 16.

2 †Falso testimonio homicidium cōmittit, quisquis sciens, ac uolens cōtra alicuius uitam falsa testificatur. Hoc autem falsum testimonium Deo adeo est execrabile, ut id ipsum olim morte plectendum esse statuerit: Quod uidere licet de Susannæ falsis testibus, qui ob falsum testimoniū è medio sublati fuerunt. Et Deuteron. 19. Cum inuenerint falsum testem dixisse cōtra fratrē suum mendacium, reddet ei sicut fratri suo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui. Vide quoq; praxim nostrā criminalem c. 68. pag. 170 c. 69. & 70. pag. 171. cap. 71. pag. 174. cap. 72. pag. 176. cap. 73. & 74. pag. 177. cum sequent. & cap. 121. pag. 354.

3 †Consilio homicidium committit, qui nefario instinctu, suasu, hortatuque aliquem impellit ut nece, cædeq; proximum è medio subripiat. Sic nequissimo consilio suo Caiphas occidit Christum; & Hærodias Ioannem.

1 †Mandato autem homicidium cōmittitur, quando aliquis, aut clā, aut palam, aut subdolè de occidendo innoxio mandatū tradit, ipsumq; occidere iubet. Sic occultè homicidium cōmisit Saul, quando mandauit Dauidi, ut contra Philisteos fortiter cōmitteret præliū: sperabat enim ut in eo primus concideret. 1. Reg. 18. Sic & ipse Dauid occulto homicidio tenebat, quando Vriam per literas in prælio cædendum curauit, 2. Reg. 11. Manifesto autem mandato, & sine dissimulatione Saul occidit Achimelech, & 58. sacerdotes Domini,

quòd Dauidem innocentem susceperisent, ac pauissent. primo Regum, uigesimosecundo. Sic quoque
1.Re. 22 reges Israelitarum occiderunt prophetas. Sic Pilatus occidit Christum. Sic Herodes occidit Ioanē. Quin & huiusmodi quoque homicidii reatu hodie obstringitur, quisquis mandando iubet, ut innocentes, pii, Deumq; timentes, occidantur, utq; effundatur ipsorum sanguis innoxius.

†Sententia deniq; homicidium committitur, quā
2 do quis sententiā pronūciat, ut occidatur innoxius, quique nulla culpa mortē est promeritus. Sic iniqua sententia innoxiū occidendum esse decreuit, & pronunciauit iudex ille corruptus, & à Cambyse Rege Persarū uiuus excoriatus. Sic nefariam sententiā de crucifigendo innoxio christo protulit Pilatus. Sic quoq; prius sacerdotes, & Pharisæi eandem damnationis sententiam in suis Conciliis, contra innocentem Christum decreuerunt. Sic & olim iniqua sentētia occiderunt innocentem sanguinem Naboth iudices Iezabel, uxoris Achab.

DE HOMICIDIO MENTALI.

3 †Homicidium mentale est, quod nec facto, nec instrumēto materiali, nec uerbo, sed quod in corde, animi uoluntate perficitur. Hoc autē mentale homicidium ferę nascitur ex tribus corruptę naturæ passionibus, s. ex ira, ex odio, & ex inuidia. Ita gignit, ac propellit animū ad uindictam, atq; adeo ad sanguinis usque effusionē, ob quod & is qui fratri suo irascitur, is coram deo iudicii, mētalisq; homicidii reus constituitur. Mat. 5.

1 †Odium, atque inuidia protudunt animi uoluntatem, ad desiderium & humanæ cædis propositum: adeo ut eum in animo perisse cupiat, quem odio prosequitur. Ideoque Spiritussanctus dicit: Quisquis
1.Io.3 fratrem suum odit, homicida est, 1. Ioan. tertio, deus enim

enim non tantùm secundũ facta, aut uerba hominẽ iudicat: sed etiam secundum affectionem mentis: sic ut is qui irascitur, qui odit, qui rancorem, quique simultatem in animo seruat, ac fouet, qui inuidet, qui uult homicidium, qui uoluntate proponit, & cōsentit in homicidium: non minus homicidii reus corã Deo constituatur, quàm qui homicidium peragit facto: & ideò quia res se sic coram Deo habeant, idq; homines parum perspiciat, uerendum est, quòd quãto hoc homicidii genus hoĩes minus persentiant, minusq; curent, tanto periculosius peccant, tanto tenacius hoc malum in corde præmant, tantoque serius ab ira, odio, atque inuidia resipiscere curant.

SEPTIMVM PRAECEPTVM.

Non Mæchaberis.

2 †Hoc præcepto (non mœchaberis, siue non committes adulteriũ) Deus primo non solum adulteriũ, (quod est legitimi tori siue proprii, siue alieni uiolatio) sed ét omne scortationis, impuræq; libidinis genus, tam in matrimonio, quàm extra matrimonium prohibere uoluit, secundo casti coniugii per hoc rationem & curam habuit: ipsumque latenter pro remedio contra omnia scortationum genera approbauit: Dum enim dicit, Non mœchaberis, tacitè puritatem uitæ nostræ requirit, ut sic nulla libidinis illicita specie carnem nostram polluamus. Deinde honestum, legitimum, castumque coniugium, (quod contra quamuis mœchiam patrocinium est, & remedium) tacitè comprobat, ipsiusque uiolationem hic omnibus improbat, & nominatim qui-
3 busuis sine specificatione ulla prohibet. †Postremo & una hac prohibitione etiam omnis generis impuritatem, ac impudicitiam se detestari insinuat, non solum in coniugatis maritis, aut uxoribus, sed etiam in liberis, innuptis, aut cœlibi-

Mar. 10 a.
Paul. ad He. 13. a
Paulus 1 Cor. 6. b.
paulus Ephe. 5.

bus. Quod autem hæc Dei mens sit, & uoluntas, id spiritus Dei clarius ex ore D. Pauli nobis commonstrat, cum ait. Hæc est autem uoluntas Dei sanctificatio uestra, ut abstineatis à scortatione, sciatq; unusquisque uas suum possidere in sanctificatione, & honore, non in passione desiderii, sicut gentes, quę deū
1.The.4 ingnorant. 1. Thess. 4. a. †Hanc igitur cum constet in hoc præcepto esse mentem ac uoluntatem Dei, consequitur hoc mœchiæ peccatum committi.

Trifariam { Opere, uel facto, / Verbo, uel signis. / Corde per concupiscentiam.

3 † Opere quidem hæc mœchiæ impuritas committitur diuersimode, iuxta personarum, ac modorum differentiam. Vnde fit ut huius fœdæ libidinis species numerantur.

Sex {
- Adulterium { Simplex. / Duplex.
- Stuprum. { Profanum. / Sacrum, uel sacrilegium.
- Scortatio.
- Incestus.
- Raptus.
- Sodomia.

De his omnibus uide Praxim nostram criminalē suis locis, & capitibus. 89. 92. 93. 94. 95. 96.

1 † Adulterium est quod à coniugatis cōmittitur. Si alter horum tantum coniugatus existat dicitur adulteriū simplex. Si ambo peccantes fuerint cōiugati, dicitur adulteriū duplex. Quisquis autē adulterii crimē committit, is simul sex aliis malis sese obnoxiū reddit. Primo se furti alligat, dum uxori sui corporis furatur copiam, & eam alienæ tribuit quia sicut mulier sui corporis potestatem nō habet, sed uir: ita nec uir sui corporis potestatē habet, sed mulier. 1. Co. 7. Secū
1.Cor. 7 do coniugalis fidei iuramentum uiolat, quam Deo,

&

& uxori sanctè se seruaturũ promisit, ob quod & periurus est, & omni publico officio indignus.

Tertiò noxium dissidium parit inter se, & inter uxorẽ: & inter utrorumq; cognatos & affines. Dum per hoc simultatũ, iurgiorum, obtrectationum, inuidiarum, imprecationum, deuotionũ, dirarum, ac cædium causas excitat.

Quartò propriam sobolem perpetuo probro obiicit, & hominum(quam non meruit infamiæ. Quintò & sese, & liberos, & amicos omnes, & pellicem ipsam hominum obiicit maledictis, risibus, conuitiis, & homicidiis. Sextò, qui occulte adulterium cõmittit, is sobolem inde nascituram iniquum alterius patris hæredem constituit, facitq; ut maritus occulti mœchi sobolem suis laboribus, & sudoribus cũ propriis liberis alat, eamque cum suis liberius hæredem

1 inscius faciat, quod durum est, & execrabile.

†Stuprum prosanum est quando quis cognoscit, & deflorat uirginẽ Laicam. Hoc peccatũ graue est, quãtumuis multi imputi homines id leue ducãt, deque eo turpiter glorientur. Hi enim honestatẽ sancti coniugii à Deo instituti in ipso adhuc uirginalis pudicitiæ flore uiolant, uiciant, & conspurcant.

Stuprum autem sacrum, uel sacrilegium, uel stuprum sacrilegũ est, quando quis uiolat uirginẽ sacrã Deo dicatam, Deoque uirginitatem professam.

1 †Scortatio est quando solutus cum soluta commiscetur, quorum neuter est uirgo. Contingit hæc scortatio trifariam, ob quod & triplex nomen sortitur. Dicitur enim

Alia {
- Meritoria: quando quis pro uili pretio ex libidinis impulsu cõmiscetur meretricibus, qđ fit uel occulte domi, uel publice in prostibulis, uocaturq; sic scortatio domestica occulta publica, meretricia, & prostibularis.
- Amatoria: quando quis ex illicito amore cum amica scortatur hic autem, amor non raro explet a libidine uerti solet in fastidium.

Vagas

Vaga: quãdo quis non una contẽtus muliercula, uagã sectatur scortandi libidinẽ, & cũ multis scortis commisceri cupit.
Hanc scortationem quanquam leges humanæ nõ puniãt, puniet eã tñ grauiter Christus teste paulo Ephe. 5.b. Hoc(inquit)scitote, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus) qđ ẽ idolorũ seruitus) nõ habebit hęreditatẽ ĩ regno Christi & dei.

Incestus contingit quando quis cum sanguineis miscetur aut cum affinibus Personæ autem cum quibus incestis committitur, & cum quibus etiam matrimonium contrahi non licet.

Sunt:
- Mater, filia, Soror,
- Amita Matertera, Auia,
- Aui: Soror. / Vxor. — Auiæ: Soror. / Vxor.

Sunt:
- Vxor fratris.
- Vxor fratris. Aui / Auiæ
- Nurus, Socrus. Priuigna.
- Filia: Vxoris. i. priuigna / Vxoris fratris / Vxoris sororis.
- Soror: Vxoris / Soceri / Socrus.
- Vxor: Patrui / Anunculi'
- Vxor: Nepotis fratris / Nepotis sororis.
- Vxor nepotis ex: Filio. / Filia. / Fratre.

Soro-

Sunt
- Sorore.
- Nepotis: Vxoris, Fratris. Sororis.
- Nepotis ex: Filio. Filia. Fratre. Sorore.
- Nouerca mea.
- Nouerca: Patris. Matris.

De his personis uide Leuit. 18.20. *Leu. 18. 20.*

Raptus est, quoties inuitis parentibus puella aut abducatur aut corrũpitur, aut quando alicui mulieri libidinis uitiũ per uim infertur: siue ea sit uirgo, siue maritata, siue soluta, siue uidua Sic raptus fuit, quando Sichem per uim constuprauit Dinam filiam Iac. Genes. 34. Incestus simul & raptus fuit, quo Ammon filius Dauid compressit sororem suam Thamarim. 2 Reg. 3. *Gen. 34. 2. Re. 3.*

2 †Sodomia, uel peccatum Sodomiticum est, peccatum contra naturam. Huius species sunt quatuor.

Scilicet.
- Mollities, quæ fit p fœdã suiipsius cõtrecta tionẽ, perq; fœdum sui corporis uenereũ abusum.
- Abusum uiri cum uiro, aut mulieris cũ muliere, quẽ Paulus taxat. Ro. 1. *Rom. 1.*
- Turpis abusus uiri cum muliere, uel cõtra, qui tam in matrimonio contingit, quam extra matrimonium.
- Bestialitas, quando quis cũ bestiis cõmiscetur, quod omniũ est enormissimum.

De his plura uidebis in praxi nostra criminali. ca. 96. De peccato contra naturam pag. 279.

DE MOECHIA MENTALI.

1 † Deus qui scrutator est cordiũ, idẽ quoq; iudex & cordium:

concupiscentiam mulieri declarat, amorem suum erga ipsam indicat, & ad mutuum amorem eandem uerbis blandulis sollicitat. Ex iam dictis igitur hic ordo nunc colligitur, Primo enim mœchiæ patrādæ origo principio nascitur in animo per impudicam rei ueneræ concupiscentiam, & uoluntatem cōsentientem. Secundò hæc concupiscentia, & uoluntas sese ad conatum, & actum profert, ac sese tū signis, tum expressis uerbis explicat. Tertio hunc illicitum conatum consequitur adulterii, stupri, scortationis, & incestus actus.

Vt autem isthæc impuræ mœchiæ mala tutius uitentur, non est quod in eis hominum, qui nimis licenter ea perpetrant, iudicia sectemur, sed potius ut in hoc præcepto diuinæ pareamus uoluntati, Deique mentem, ac iudicium spectemus, quod ut fælicius præstemus nobis tria consideranda conducunt.

Scilicet mœchiæ { Interna malitia, & grauitas. Pœna, uel punitio. Causa, uel origo.

DE MALITIA.

3 †Quāta sit mœchiæ grauitas, & malitia ex setupla consideratione constabit.

Primo, quod hominum mentes tam uanis, fœdisq; cogitationibus occupet, excæcet, & dementet, ut ad quæuis officia aut publica, aut priuata uanus, leuis, & inutilis existat, Deinde ut nulla obiecta sibi pericula uideat, postremo ut nec propriæ utilitatis, nec honestatis, nec famæ, nec sanitatis, nec propriæ salutis rationem habeat.

Secundò quòd non solus ipse adulter peccet, neque seipsum solum huic malo inuoluat, sed in idem turpitudinis cœnum etiam & suam mœcham cōiunctim immergat.

Tertio quod adulter, aut scortator in tabulas diuini

uini fœderis peccet, quod Deus olim populo suo pro-
Gene.12 posuit, quodq; cum eo sanxit, si populus Dei esse, & ha
Gene.17 beri, æternam hæreditatem possidere uellet. Vide. Ge-
b.24. nes.17.

Quartò radicem, fontemque humani generis adulte ri, &c. non solum polluunt, & contaminant, uerum etiam publicam ipsius honestique coniugii sanctitatē uiolant, & corrumpunt. Deus enim naturalem illum appetitum, ac uim gignendi non fædę libidinis causa, sed solius humanæ propagationis gratia nobis naturaliter indidit: quam gignendi uim peruertit, quisquis extraordinariæ libidini seipsum mācipium facit.

Quintò in proprium corpus peccat, templumque dei uiolat, & profanat, teste diuo Paulo: Fugite (inquit) fornicationem, omne enim peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus est: qui uero scortatur, in proprium corpus peccat, (hoc est) proprio corpori iniuriā infert, & infamiam, quod fit, aut corporis complexionem lædendo, aut ipsius puritatem, sanctitatemque pol
1.Thes.4 luendo. Quam quidem corporis sanctitatem à nobis Deus omnino requirit, teste eodem Paulo. 1. Thess.4. Hæc est (inquit) uoluntas Dei sanctificatio uestri, ut sciat unusquisque uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore, non cum affectu concupiscentiæ.

Sextò per hoc quod in proprium corpus peccat seipsum sanctimoniæ consecratum Christo redemptori suo furatur, suaque Christi membra, scorti membra cō ficit. An nescitis (inquit Paulus) quoniam membra uestra templum sunt spiritussancti, qui in uobis est, quē habetis à Deo, & non estis uestri? Empti enim estis prę cio magno, portate, & glorificate Deum in corpore ue-
1.Co.6. stro. 1. Cor.6. Et ibi. Nescitis quoniam corpora uestra membra sunt Christi? tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis.

Septimò ipsum adulterū, & scortatorem æterna beatitudine priuat, regnoque cælorum excludit. Nolite errare (inquit Paulus) neque fornicarii, neque idolis seruien-

uientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. 1. Cor. 6. *1. Co. 6.*

Octauò, Mœchiæ grauitas ex eo considerari potest, quod propter impuras illas libidines Deus priorē mundū diluuio puniuerit. Pharao propter Saram uxorē Abrahę multis plagis afflictus fuit. Dauid propter adulteriū cū Bersabea, quot mala sustinuerit, ex Bibliis constat. Sichem, uel salem ciuitas Samariæ propter cōstrupatam Dinam excisa fuit. Vigintiquatuor milia Israelitarum occisi, & iudices ad solem suspensi sunt propter scortationes. Nu. 25. Tribus Beniamin propter unam mulierculā ui oppræssam pęnæ tota extincta fuit, Iudic. 19. 20. Sodoma, Gomorra cum uicinis ciuitatibus propter detestabilem contra naturam immūditiam cœlesti igne conflagrarūt. Genes. 19. plura exempla uolet, is ea ex sacris poscat Bibliis. *Gen: 19.* *Iudi. 19 20.* *Nu. 25.*

DE POENIS CONSTITVTIS.

1 † Vt autem hæc mœchiæ mala fœlicius euitentur operepræcium fuerit etiam considerare quas pęnas Deus mœchis irrogari iusserit.

Adulteriū itaq; Deus morte puniri uoluit. Si mœchatus (inquit) quisquam fuerit cum uxore alterius, & adulteriū perpetrauerit cum cōiuge proximi, morte moriātur, & mœchus, & adultera. Leu. 20. & Deu. 22. Idem confirmat historia de Susanna, & Ioannes capite. 8. Huiusmodi (scilicet adulteram) Moses nobis mandauit lapidare. Lex Iulia quoque apud Romanos adulteros plecti iussit gladio. Plura q de adulterii punitione desiderabit, is legat praxim nostram criminalem, capite. 89. Dę adulterio, pagin. 250. cū sequentib. *Leui. 20* *Deut. 22* *Ioan. 8.*

Stuprum his uerbis puniri iussit. Si puella uitiata fuerit sponsa, ipsa & stuprator obruentur lapidibus.

Deu.22. Deut.22.Et ibidem. Si inuenerit quisquam puellam uirginem, quæ non habet sponsum, & apprehendẽs, concubuerit cum illa, & res ad iudicium uenerit, dabit qui dormiuit cum illa patri puellæ, quinquaginta siclos argenti, & habebit eam uxorem, quia humiliauit eam, & non poterit dimittere eam omnibus diebus uitæ suæ. De pęna stupri plura uide in Praxi nostra criminali cap.92.

Scortationem uerò quamuis lex humana non puniat, lex tamen diuina eam non relinquit impunitã nam scortatores, & adulteros (inquit Paulus) iudicabit Dominus Hebr.13. Item neque fornicarii, neq; adulteri (&c.) regnum Dei possidebunt. 1. Cor.6. Idẽ Paulus. Scortatores in pœnis cõfert cum homicidis, & impiis, uide. 1. Tim.1.

Heb.13 1.Co.6. 1.Ti. 1.

Incestus punitionem Deus hanc statuit. Qui dormiuerit cum nouerca sua & reuelauerit ignominiã patris sui, morte moriantur ambo: sanguis eorum sit super eos. Si quis dormierit cum nuru sua, uterque moriatur, &cæt. Reliqua uidere licet. Leuit 20. plura uide in Praxi nostra criminali capitu.94. De incestu. pag.271.

Leui. 20

Raptus quod morte puniendus sit, exemplo indicat raptus Dinæ, ob quem Sichem æuæus, omnesq; ciues interfecti sunt, & depopulati, Ge.34. Indicatur idem exemplo mulierculæ ui oppressæ à Gabaonitis ob quam uim pene tota tribus Beniamin extincta fuit. Iud.19.20. Hũc raptũ etiã leges ciuiles puniũt. Vide Praxim nostram criminalem. cap.95. pag.274. nu.14. Sodomiam denique quomodo Deus puniri iusserit, uideri licet, Leu.20. cuius species omnes infandissimas morte puniri uoluit. De harũ punitione etiam abunde expressimus in praxi nostra criminali cap.96. De peccato contra naturam. pag.279.

Gen.34. Iud.19. 2c. Leui.20.

DE MOECHIAE CAVSIS.

1 † Postremo ut prauæ concupiscentiæ, omniaque męchiæ

mœchiæ genera certius uitari possint, expediet ipsorum prænoscere causas, ex quibus tanquam ex fonti bus ea promanent. Mæchiæ itaque originales, induætiuæque causæ sunt,

Duplices
- Interna, quæ est corrupta nostra natura radixque peccati in corde nostro latitans & ad q̃uis mala nos assidue sollicitans.
- Externa
  - Otium cum molli uita, & saturitate uentris teste Eze. 16.f. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuę, superbia, saturitas panis, abũdantia, & otiũ ipsius, &c. Ez.16.f
  - Videre puellarũ formas illectiuas, & imagines impudicas.
  - Audire uerba obscæna, cantilenas, colloquiaque impura, & blãdas mulierũ salutatiões.
  - Cõtingere illicita, aut contrectare manibus quæ ad Venerem, & concupiscentiam excitant.
  - Lectio lasciui poetæ, & historię obscænæ.
  - Adulterãdi, scortandique impunita licentia.
  - Occasionis ad mala commoditas, quæ accidere solet, uel ex cohabitatione, uel ex conuersatione, uel ex solitudine, uel ex loci, temporisque opportunitate. Hanc enim commoditatis occasionẽ, nisi quis prudenter uitet, ac fugiat, ęgrè se ab actu illicito cohibere poterit. Iuxta illud q̃ amat periculũ, peribit in illo. Et q̃ tãgit picem, inquinabitur ab illa.

OCTAVVM PRAECEPTVM.

Non furaberis.

1 †In hoc præcepto notandum est uerbum furari, quod bifariam in sacris usurpatum comperio.

Scilicet
- Primo pro fraudare, aut fallere alicuius mentē, intētionem, aut existimationē, ut furatus est Iacob cor Laban. Item. Furatus es cor meum. Item furatus es me, & non indicasti mihi. Gen. 31. Item furatus est Absalon cor Israelis. 2. Reg. 15.
- Secundo realiter, pro subducere clam, aut palam alicuius bona, qualiacunq; ea sint. Hæc autem furandi ratio quamuis cōtingat multis modis, ii tamē ad duo potissimum genera referri possunt. Est enim furtum

Aliud
- Notum, ac uulgare, quod humanis punitur legibus, huius species sunt. 4
  - Furtum simplex quod est rei priuatæ; sub hoc continentur.
    - Rapina, uel depræ datio,
    - Vsura, & aliæ fraudādi imposturę omnes.
  - Sacrilegium, id est furtum rei sacræ, sub quo continentur.
    - Rapina.
    - deprædatio.
  - Peculatus, id est, furtum reipublicæ.
  - Plagiatus, id est, furtum hominis.
- Occultum & coram Deo tantum, quodque uulgus

uulgus pro furto nō æstimat, nec iudicat, nec punit; nempe quando quis proximū in aliquo negotio occulte fraudat, aut in re, aut fama, aut ualetudine, aut in salute damnum ullum adfert, huiusmodi generum impostores inter infinitos alios, sunt.

3 Corruptas merces pro ueris, ac synceris uendunt, iniquo pondere, aut mensura proximū circunueniunt, de pupillorum bonis suum quæstum faciunt.

Qui {
Heris suis non bona fide suum ministerium implent.
Laboratoribus dignam mercedem non soluūt.
In laborando non bona fide suas persoluunt operas.
In uendendo plusquam iustum præcium auferunt.
Reipublicæ bona clam interuertunt, & surripiunt.

Hi enim omnes, & alii plures, coram Deo furtum quantumuis sit clancularium, committunt, diuinum præceptum transgrediūtur, iustitiam omnē contra bonum & æquum uiolant, & fraternam charitatem lædunt. Atque non hi soli qui furtum ipsum actu, opereve committunt, sed & hi qui externè furtum adiuuant, reiue furtiuæ ullo modo sese

1 participes reddunt. †Quæ participatio furti (ut reliquorum criminum) fieri solet multis modis, præcipue his modis.

{ Cooperatione, scilicet quando quis ad furandum alium ducit, aut furtiua custodit, aut ad furandum, instrumentum, uel adiutorium præstat.
Iussu, quando quis alium furari mandat, qui ipso fure etiam nequior est.
Consensu, quando quis in furto consentit, quod

8 Fit trifariam { Ante actum / in actu / post factum } Furti.

Consilio, quando quis ad furandum consulit.

Laude: qua quis furtum laudat aut approbat.

Furique adulatur, aut applaudit.

Participatione rei furtiuæ: quæ fit.

aut { Edendo, uiuendoque cum furibus. / Accipiendo totum furtum. / Accipiendo partem furti. / Emendo, aut rapiendo furtiua. / Absoluendo furem pro munere. }

Permissu, non clamando, aut non obsistendo.

Silentio, quando quis non reuelat rem furtiuam, adhoc, ut Domino suo debitè restituatur.

2 †Porro quum istis modis furtum tum corã deo, tum coram hominibus committatur, non abs re fuerit quoque considerare unde isthæc furandi libido, quæ tam est uniuersalis, nascatur, ut eo cognito, furti remedium, ipsiusq; emendationem facilius cognoscamus. Nascitur itaque ea, non ex ui astrorum, aut ex constellatione aliqua (uti genethliaci somniant) sed ex ipso fonte humanæ naturæ corrupto, siue ex radice naturæ corrupta: scilicet ex corde nostro uitiatissimo, unde & reliqua uitia scaturiunt, teste ipso Christo: De corde (inquit) exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ, &c. Mat. 15. In hunc aũt fontẽ influunt tres uenulæ, quæ hunc fontẽ humani cordis magis ad furandi effluxum implent, & uitiant, quæ

Mat. 15.

1 Auaritia: quæ in corde humano rerum humanarum appetentiam parit: & ad hãc implẽdam uarias artes, fraudes, insidias, &

Sunt 1 & omnis generis imposturas excitat.
Incredulitas de prouidentia Dei, deque minis, ac promissis diuinis, hæc mentem humanam ad omnia mala propendit, & in furto pacatam, & securam reddit.
2 Perfidia: quæ hominem instigat ut fidē Deo, proximoq; debitam uiolare studeat. Has quoque uenulas augent, atque fontem hunc prorsus effluere cogunt, hæc quinque,

Scilicet
- Instigatio, uel exhortatio ad furandum.
- Ocium & Crapula — quæ egestatem pariunt.
- Egestas, quæ etiam rerum alienarum cupiditatem parit, & alit.
- Commoda occasio — Loci & Temporis. — Quæ ad furtū promo-

uet, non cogit.

3 †His itaque nunc perspectis, & cognitis, manifestius sese aperit ipsius furti remedium, aut emendatio. Emendatur autem furtum, ac punitur trifariam,

Scilicet
- Coram Deo tantum, in foro conscientiæ.
- Coram Deo & hominibus simul.
- Coram Iudice, per punitionem.

4 †Coram Deo tantum emendatur furtum per fidem, pœnitentiam, ac resipiscentiam, & occultam restitutionem, quam uera resipiscentia in se complectitur. De hac emendatione sic inquit Paulus. Ephe. 4. Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est: ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.

Coram Deo & hominibus simul emendatur furtum per restitutionem, nempe quando res furtiua aut per furem ipsum pœnitentem, aut per aliū quē-

piã,aut per iudicẽ ſuo Dño reſtituitur: ſicut in po-
teſtatem ueri Domini ueniat, non aũt in poteſtatẽ
fiſci,aut in uſum Eccleſiæ, aut in eleemoſynas pau-
perum niſi uerus poſſeſſor,poſſeſſoriſve hæres igno
retur. Sic Zachæus furtũ ſuũ emẽdauit,cũ dixit: dñe
dimidiũ bonorũ meorũ do pauperibus,& ſi quid ali
quẽ defraudaui,reddo quadruplũ. Luc.19. Porro ſi
Luc.19. fiſcus rẽ furtiuã iuſtitiæ titulo ſibi arrogauerit, eãq;
uero Domino,aut Domini hęredibus(fure in crucẽ
acto)non reſtituat: fur quidem tollitur, uerum ma-
lum ipſum nec tollitur, nec emendatur, ſed potius
furtum ipſum duplicatur.

2 †Coram iudice uero,ac in iudicio furtum emen-
datur,ac punitur uariè.

Præcepto Dei, per reſtitutionẽ dupli,tripli,
Exo.22. quadrupli,quintupli,ſextupli,uide Ex.22.
de morte infligenda in ſacris nulla (quòd
ſciam) mentio.
Inſtitutione Iuſtiniani Imperatoris: q Dei
pceptũ imitatus,furtũ ſolo exilio,aut fuſti
gatione puniri ſanxit,nõ morte. Autẽtica.
Sed nouo iure, C.de ſeru.fugiti.quæ quidẽ
Autẽtica canonizata eſt in Autentico. Vt
nulli iudiciũ.§.Quia uerò oportet,colla.9.
cõſtit.9.quæ ſic habet.Sed nouo iure ſi cri-
3 Scilicet { minis qualitas mẽbri abſciſſionem exigat
una ſola manus abſcinderetur:ſed pro fur-
to,nec morietur:nec aliquod mẽbrũ abſcin
detur,ſed aliter caſtigabitur fuſtibus. Fu-
res aũt uocãtur qui occulte & ſine armis
hmõi delinquũt, niſi id furtũ commiſſum
fuiſſet uiolẽter,aut cum armis, aut ſine ar-
mis,aut in domibus,aut in itineribus, aut
in mari,rapina,aut deprædatione, tunc pu
niũtur hmõi fures morte:iuxta pœna lega
les.D.Autentica.Sed nouo iure, & Inſtit.
Lib 4.tit.1.§.1. ad finem de obliga.quæ ex
delict.naſcuntur: Quin & Chryſoſt.ſentit

homini

homini non adimendam uitam, quando damnum resarciri potest.

Institutionibus aliorum Principum, qui furtum simplex suspendio, sacrilegium incendio (& sic de reliquis) puniri uolunt, idque (ut inquiunt) ut seruetur publicæ tranquillitatis bonum. Secundo ut obediatur Dei præcepto, Tollite malũ de medio uestri. Quę duæ rationes si in simplici furto, ex inopia fortassis commisso, ad mortem inflendam ualeant, cur quæso nõ ualẽt in tollendis adulteris, quos morte puniri iussit ipse Deus, & Cæsarum multorum leges, nõ autẽ furet licet hæc, ob causam (quia iudicialia sunt) pro tempore & loco mutari possint. Cur itidẽ non ualent in tollendis aleatoribus, scortatoribus, prodigis, usurariis, reliquisq; reip. pestibus maximis. Sed hæc uiderint, qui reipu. gubernaculis regendis sunt admoti: Qui plura de furtorum, sacrilegiorũ, aliarũque fraudũ, imposturarũ, ac circumuẽtionum punitionibus cognoscere cupiet, is iura cõsulat, nostrãque Praxim criminalem, si placeat, in singulis suis titulis legat, ubi inueniet quæ suo desiderio hac in re facient satis. nempe. Capitib. 101. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 1. Co. 5. d

NONVM PRAECEPTVM.

1 *Ne dicas contra proximum tuum falsum testimonium.*

Vetat hoc pręceptum, ne uitam, famam, aut res proximi alias maledica lingua falsoque testimonio lædamus. Quoniam enim diabolus ab initio in ueritate non stetit, sed prolapsus est in mendacium, factusque mendacii pater, & auctor. Ioan 8. Ideo & sui mendacii, & ueneno ab Adamo usque totum genus humanum infecit, & corrupit, à spiritu ueritatis alienauit, & mendacio subiecit, ut ueritatis spiritũ denuo recipere non potuerit. Ioã. 14. Ioan. 8.

sed

ſed ut ad mendacia quæuis, ad fraudes, ad detractiones, ad aſſentationes, & ad omnia falſa teſtimonia proni propendeant omnes, ut ueriſſimè dictum ſit: Omnis homo mendax. quocirca & ipſe humani generis conditor Deus, uolens quod rectum, ſyncerũ, ac integrum condiderat, denuo ad ueritatis rectitudinem erigere, reſtituere, & à corrupta propenſione coercere, & tutari, hanc legem ſtatuit, qua omnibus à mẽdacio, ac falſo teſtimonio abſtinere iuſſerit: Ne dicas (inquit) contra proximum tuum falſum teſtimonium. Quo loco notandum eſt teſtimoniũ dici, quicquid ad firmandam fidem aſſeritur, & prædicatur, ſiue id bonum ſit, ſiue malum. Id autem teſtimonium eſt duplex.

Scilicet

1 Diuinum, ſ. quod olim apud gentes conſtabat oraculis, uaticiniis, auſpiciis, ſacerdotum reſponſis, & aruſpicum diuinationibus cõſtabat, nunc apud Chriſtianos ſolis ſcripturis ſacris eſt comprehẽſum, de quibus nihil eſt addubitandũ, ſed indubitata fide credendũ quicquid in iis nobis cœlitus per inſtinctum ſpiritus ſancti teſtatum eſt, & probatum.

Ro.3.a. 2 Humanum ſcilicet quod ſcriptis, pactis, promiſſis, quęſitis, & iuratis fere conſtat eſſe factum, idque tam de rebus diuinis, quam humanis, deinde tam in foro, quàm extra forum. In foro autem teſtimonia tanquam uera recipiuntur à ſolis

Eccle.1. iuratis: idque propter ſolam diuini nominis maieſtatem tunc requiſitam, & atteſtatam. De diuinis uero teſtimonia humana eatenus fidem habent, quatenus cum diuinis ſcriptis ſunt conſona. Nam quia humana omnia incerta ſunt, & erroribus obnoxia. iuxta illud. Omnis homo mẽdax, & Omnis homo uanitas non facile ipſis eſt fides adhibenda, ſed ea oĩa ad diuinæ ſcripturæ ſtaterã trutinãda. Nihilominus Chriſtianorũ teſtimonia conuenit eſſe talia, ut à mẽdaciis ſint abſona, ſed cum ueritate cõſona, ne men-

mentiendo contra ueritatem, ipsumque Deum peccent, ac æquitatis, iustitiæque legem transiliāt, quod fit quoties ex odio fratris, uel ex aliis carnis affectibus tam extra iudicium, quàm in iudicio ueritatem celat, & mentiēdo falsa testimonia de proximo, proximique rebus pronunciat. Quæ quidem falsa testimonia Deus hoc præcepto prohibuit, uera autem testari (quod Anabaptistæ nullum testimonium in iudiciis cōtra proximum admittentes negant) deus nullo modo prohibuit.

1 †Porro quia dicit contra proximum, id est, cōtra salutē proximi: ex eo colligitur non quæuis mendacia à Deo hic esse prohibita, aut cum culpa esse con-
2 iuncta. Mendaciorum enim alia dicūtur ignorāter, & simpliciter per errorē, quæ culpa plerumque uacant. Alia dicuntur scienter, eaque ex uario affectu. Vnde eorū quædā ueniam merentur, alia cum culpa maiori coniuncta sunt. Nam quæ dicuntur.

Timore Dei, ut obstetrices Aegyptiæ. Metu supplicii, Amore coniugali, ut Michol liberando maritum. Studio iuuandi, ut Ionathas liberando Dauidem.	Culpa uacāt maiori.
Pudore, ut quando Sara negauit se risisse, Proprii commodi causa. ut Ananias. Act. 5. Peruersa interpretatione, ut Ioann. 2. Nocendi, detrahendique gratia. Assentandi studio. Praua mentiendi consuetudine.	culpā habēt maiorem.

Acto. 5.
Ioan. 2.

3 Hæc autem posteriora mendacia quātum malitiæ secum conferunt, præcipue quę ad detractionem, assentationem, nocendiq; studiū spectāt, ex hac quintuplici consideratione constabit.

| Mendaces cælo excludit. Psal. 5. *Psal. 5.*
| A Deo separat, & coniungit diabolo.

Nam { Linguas ad laudem dei, & ad ueritatē consecratas, conspurcat ad gratiam diaboli.
Fidem humani co nuictus labefactat.
Religioni Christianæ probrum infert, etiam apud ethnicos. Quę quidē mēdacia licet humanæ leges nō puniāt, ea tñ Deus acerrimè puniturus erit.

Et quamuis hoc præcepto quoduis ad fraudem, mendacium, & quoduis ac circunueniendum testimonium sit prohibitum, (quod quiuis pius fatebitur, quodq́ue ex Leuit. 19. colligitur, ubi sic legitur. Non furabimini, neque mentiemini, neq; fallaciter agetis unusquisque cum proximo suo) peculiariter tamen illud mendacium, falsumq́; testimonium hac lege prohiberi vr̄, quod a iuratis in iudicio deponitur: ut quod omnium sit mendaciorum nocentissimum, quodq́; ad nocendum, ad famam, & salutem proximi lædendum, imo ad prorsus perdendum ipsum etiam innocentem, instrumentū sit paratissimū: sicuti confirmant nobis inter cœtera exēpla, fal'aq; testimonia: de Susanna & Naboth ꝓlata. 3. Reg. 11.

2 †Committitur autem falsum testimonium in iudicio fere tribus modis.

Scilicet { Peruersa interpretatione uerborū, ut quādo peruersè interpretabantur uerbum Christi: Soluite templum hoc, Ioan. 2.
Maliciose, aut ex metu inani celando ueritatem, ne scilicet lædatur proximus, cū interim non metuant offendere Deū, & propriam perdere animam.
Scienter fingendo, deponendoq; excogitatum mendacium, quale fuit iam ante citatum mendacium contra propherā Naboth, & castissimam Ioachimi coniugem Susannam.

3 †Hæc quoque falsa testimonia in iudicio quantū mali adferant, ex his quatuor noxis ppendi poterit.

{ Deum, ueritatis auctorem & patronum, suorum mendaciorum testem & patronum

num constituunt.

Nam { Diuinæ maiestatis nomē mentiendo polluunt, & mandatum diuinum uiolant. Iurisiurandi usum, ac fidem, in rebus humanis necessariū uiolant, & corrūpūt. Iudicem deludunt: & à uera sententia ferēda seducunt, ita ut ueris possessoribus

debita, adiudicet iniquis, & alienis, & ut pupillos, orphanos, & uiduas perdat, & iniquos, crassosq; Midas, pauperum bonis locupletiores reddat. In criminalibus uero, ut iudex innocentem atrocissimis torturis dilaniet, aut indignissimæ morti adiudicet. Vide. 3. Esther, quantam cladem Assuerus rex parauerat populo dei ex falsa delatione assentatoris Amā. Vide quot sacerdotes Domini, & quomodo neci tradidit omnes inhabitatores Nobe assentatoris delatio Deog. 1. Reg. 22. Vide in quot pericula cōiectus fuit pacificus Dauid à maliciosis delatoribus. 1. Reg. 24. huiusmodi exemplis tum sacræ tum profanæ historiæ sunt refertissimæ, ut non immerito Spiritus sanctus de huiusmodi delatorib. dicat, Venenum aspidum sub labiis eorum. Psal. 13. & , Lingua eorū gladius acutus. Psal. 56. Restat nunc ut paucula de falsorum testimoniorum punitionib. dicamus. Puniuntur itaq; falsa testimonia bifariam.

Scilicet lege {
Diuina { Occulta scilicet sine hoīum notitia nēpe peste fame, bellis, seditionib. & uariis morbis. Expressa, per legē talionis Deuter. 19.
Humana, sciect quæ fit de falsitate, aut { per consensum. In uerbis. In scriptis. per abusum. Per silentium.

Qui plura de falso testimonio desiderabit, is iura consulat, & si cui libeat, is legat hac de re Praxes nostras ciuilē. c. 172, & criminalē c. 19. 20. 21. 22. 23. 24

DECIMVM PRAECEPTVM.

NON CONCVPISCES DO-
mum proximi tui, nec desiderabis uxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

Posteriorum sæculorum (uti & antè dixi) plerique hoc præceptum, ut duo prima præcepta in unũ conuerterent, in duo diuidunt quorum priore dicunt uetitam concupiscentiam uxoris alienę, posteriori uero prohiberi concupiscentiam rerum alienarum, siue rerum proximi. Atque hi mouentur. 5. cap. Deut. ubi concupiscentia uxoris alienæ primo loco præcedit. Et secundo loco consequitur concupiscentia rerum proximi. Verum hoc argumentum clarissime diluitur 20. ca. Exo. ubi primo loco prohibetur concupiscentia domus proximi, & deinde concupiscentia uxoris alienæ, cum reliquis rebus proximi. Et quia certissima scriptura explicandæ ratio est, qua scriptura scripturam explicat, relinquitur, certius esse si hoc
Exo. 24. præceptũ iuxta spiritum sanctum (qui seipsum Exo. 20. cap. explicat) & iuxta primorum sœculorum pattres unum præceptum, scilicet de non concupiscendo constituatur. Atque istorum quoque sententia ex
Rom. 7. paulo. Ro. 7. satis confirmatur, ubi ait: Concupiscentiam nesciebam, nisi lex dixisset, Non concupisces. Vbi Apostolus simpliciter absque ulla distinctione aut de uxoris alienæ, aut de rerum alienarum concupiscẽtiam esse prohibitam insinuat. Si enim hoc præcepto nobis solummodo prohibita esset concupiscẽtia earum rerum quæ in litera sunt expressæ, hoc est, sola concupiscentia uxoris alienæ, & rerum, alienarum ubi quæso prohibita esset concupiscentia uindictæ, detrahendi, obloquẽdi, lædendi, opprimendi, oc-

cidendi

cidendi, libidinis sodomiticæ. Imò ubi uetaretur concupiscentia gloriæ, dominationis, imperii, potẽtiæ scientiæ, maiestatis &c. ut quæ in litera non ponuntur, neque talia sunt quæ ad concupiscentiã uxoris alienæ, aut rerũ proximi iuxta literam referri possint. Et tamen nihilominus hoc præcepto sunt prohibita. quo circa quamuis Deus solummodo uulgaria, usitatiora, & quorum concupiscentiæ uulgus magis solet esse obnoxium, hoc præcepto expresse prohibere uoluit, reliquarum tamen rerum concupiscẽtiam noxiam sub eadem expressione etiam prohibere uoluit, quia qui minora prohibet scelera, is uirtualiter in iis & maiora prohibet scelera. Vnde & percõsequens hic omnem concupiscentiam illicitam, prauam, animo proximi, fraterneque charitati repugnãtem uetat. Quod propter emptoris, aut uxorem ambientis concupiscentiam addo, quia quamuis emptor aliena dona, & sponsus suam sponsam appetat, ea tamen concupiscentes non peccant, si ea non illicite, nec contra charitatem, nec contra uoluntatem, aut animũ uenditoris, aut nupturæ appetant. Quod item addo, quia aliena uelle sibi comparare, quæ uenditor nollet uendere, illicita est concupiscentia, quæ culpa non uocat, uide concupiscentiam Achab de uinea Naboth, 3. Reg. 21. Et concupiscentiam Sichen de Dina, quã fuerãt prauæ & illicitæ, bona proximi & nõ dicit bona, quæ mea sunt, quum ipsius sint omnia quæ in cœlis, in terris existunt, clare dilectionem suam erga nos mortales indicat, qua quæ sua sunt, non sua, sed nostra, proximique bona esse pronũciet, cui ea ex sua bonitate peculiariter contulit, & non alteri. Vnde hæc proximi quoque bona adeo hoc præcepto indicat, adeo non esse communia, quod Anabaptistæ falso asserunt ut ea cum damno proximi, contraque charitatem ne appetenda quidem, nedum eripienda esse uoluerit. Postquam igitur Deus quatuor præcedentibus præceptis interdixit ea mala quæ inter homines fere regnare solẽt, quæque proximi charitatem

3. Re. 21

ritatem maxime lacerant (scilicet, Non occides, Nō Mœchaberis, Non furtum facies, Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium) congruū fuit ut hoc ultimo præcepto etiam eorundem uitiorum fontem uetando recluderet, & originalem eorū causam interdiceret, nempe noxiam rerum omnium concupiscentiā, quæ in corde humano tāquā in suo fonte latitat, & ex quo ueluti ex oppletissimo fonte prædicta uitia imo nulla non mala scaturiūt: De corde enim (inquit Christus) exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria scortationes furta, falsa testimonia, &c. Mat. 15. Dico autē Deum hoc præcepto uetare omnem concupiscentiam malam, & noxiā, propter concupiscentiam bonā ac naturalem: quæ adeo hoc præcepto non sunt prohibitæ, ut illa potius in laude sit & uirtute. Hæc uero ad res necessarias appetendas nobis à Deo sint indita. Quocirca ut hæc omnia clariora euadant uidendū erit, quid, & quotuplex sit concupiscentia, deinde quæ concupiscentia hic sit uetita, quanta ipsius malitia, unde originem habeat, & quod contra malam concupiscentiam adhibendum sit remedium.

Mat. 15

1 † Primo itaque sciendum est (ut in genere rationē uocabuli explicemus) concupiscentiam esse appetitum, siue uim appetitiuam animi, qua res, quę nobis arridēt, ad nostros usus pertrahere cupimus sed quia hic appetitus est uarius, nempe. Alias de rebus bonis piis, diuinis, ac salutaribus, Alias de rebus licitis, honestis, usibusque nostris, necessariis. Alias de rebus illicitis, prauis, & noxiis, ideo concupiscentia ipsa distinguenda est & diuidenda.

2 Et itaque concupiscentia in genere.

Triplex, scilicet { Spiritualis. Naturalis. Carnalis. }

3 † Concupiscentia spiritualis est ea quæ seruit spiritui, ac rationis iudicio. Hæc pia est, & diuina. De hac propheta Dauid. Cōcupiuit (inquit) anima mea desiderare

rare iustificationes tuas. Psalmo.118.& Concupiui mandata tua. Psal.118. Item Deus ipse: Concupiscite sermones meos. Sap.6. & transite ad me omnes qui concupiscis me. Eccle.24.& Paulus, Spiritus cōcupiscit aduersus carnem, id est, cōtraria ab his quæ carni placent, uel homo spiritualis internus ac deo regeneraturus semper appetit alia, ac diuersa ab iis quę appetit homo, exterior, carnalis, & corruptę concupiscentiæ seruiens. Et. 1.Pe.2. Lac (scilicet fidei, pietatis, ac doctrinæ) concupiscite, ut in eo crescatis in salutem.

Psa. 118

Sap. 6.

Eccl. 24.

1.Pe.2.

1 †Naturalis concupiscentia est, quam Deus naturæ nostræ humanę inseuit, hæc nobis cum reliquis animantibus communis est, & ad uitæ nostræ necessitatem, ueluti ministra, seruit. Vnde & naturalis est, simplex, ordinata, & ad uitæ nostrę usus plane necessaria. Sic ut isthęc naturalia necessariaque appetendo, nullis malitiæ fiamus obnoxii: ueluti quādo concupiscimus calefieri, refrigerari, edere, bibere, sanari, liberari. Itē, quando appetimus uxorem nostro solatio, & ad sobolis propagationē, quando concupiscimus domum, quæ nos à frigore defendat: famulos, & ancillas, qui in operib. nostris nobis suam præstēt operā, & coadiutores esse possit: boues, asinos, equos, uaccas &c. quorum laboribus, & substātiis adiuuamur, aut quorū usibus uita nostra necessario sustētatur. Hoc modo amamus utilia, auersamur noxia, timemus nocitura, speramus profutura, irascimur nos opprimētibus, gaudemus de lætis, ac salutaribus, tristamur de aduersis, & afflictionib. indignis. Hi inquā affectus oēs aīales, sunt naturales, ac nobis necessarii, & a creatore deo ante lapsū Adæ humanæ naturæ sint peccati cōtagio, sic simpliciter, ac naturaliter inditi, ut nobis necessaria quæuis appetentes, nō peccemus: nō magis quàm si licita quæuis, honesta, ac salutaria per cōcupiscentiā spiritualé peteremus: cui aīalis cōcupiscentia (in nobis tātū, non in brutis) ancillatur, Ad hunc modū, in egesta-

te conſtituti, nobis neceſſaria concupiſcimus, eadē mox à Deo petimus, eadē cum uera fide ſperamus, cum gaudio accipimus, acceptis cū gaudio fruimur, de acceptis Deo gratias agimus, ipſiusq; bonitatem laudamus, & dilectionis affectu in ipſum toti abripimur

1 †concupiſcentia uerò carnalis, eſt illa quæ corrupta eſt: népe quoties aĩali appetitus neceſſitatis, naturæq; ordinatas leges tranſgreditur, ſic ut cōtra charitatē, contraq; uitæ ſanctimoniam, ſeruiat fœdis uoluptatibus, gulæ, impudicitiæ, ebrietati, idololatriæ, ambitioni, ſuperbiæ, auaritiæ, luxuriæ, iracundiæ, rixis, pugnis, detractionibus, odio, inuidiæ, ſanguinariæ tyrãnidi, iniuſtitiæ, oppreſſionibus tenuium, prędis, furtis, rapinis, depopulationibus, exactionibus, cœdibus, homicidiis, adulteriis, ſacrilegiis, uirginū ſtupris, curioſitati, alienarū rerū auferēdarū ſtudio, reliquiſq; uitiis aliis, quę aduerſantur ſpiritui, & naturali neceſſitati. Hæc eſt itaq; illa cōcupiſcentia illi-

2 cita, innaturalis, inordinata, dãnabilis, & à Deo poſtremo loco in hoc præcepto tādē prohibita, de qua

Ga. 5. Gala. 5. Caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritū, & Rom. 7.

Rom. 7. Peccatū nō cognoui niſi per legē, nā concupiſcētiā neſciebam, niſi lex dixiſſet: Non concupiſces. Et 1.

1. Ioan. 6 Ioan. 6. Quicquid eſt in mundo, eſt, aut cōcupiſcentia carnis, aut auaritia, qd' eſt idolorū ſeruitus. Poſt hanc triplicē concupiſcentiæ diſtinctionem uidendum eſt, quænam concupiſcentia Deo, & quæ tandē ſatanæ primæve peccato originis attribuēda fuerit, nempe ut in homine opus Dei ſecernamus: ab opere diaboli: Pro quo hoc loco notandū eſt, quod ſpiritualis, & animalis concupiſcendi potentiæ ad Deū auctorē planæ referendæ ſint, mala aūt concupiſcendis uis à ſatana introducta fuerit, hoc modo, quod ſicut à Deo habemus uitā, ſiue quod uiuimus, ita à ſatanę malitia habemus quod malè uiuimus.

1 †Qui aūt quoſuis concupiſcendi affectus, humanæ naturę conditori Deo ſubtrahūt, eoſq; omnes ſata-

næ

næ attribuūt, hi quoq; hominē truncū, aut lapidem conditū fuisse affirmēt oportet, qui oīs concupiscentiæ sunt exortes. Nihil. n concupiscere insensatorū potius, quàm uiuorum est. Ratio aūt cur Deus nostræ naturæ tū spirituale tum animalem affectū sic inseuerit est, ut dum nostris usibus necessaria appetimus, & cōcupiscimus, ipsorum spem, & largitionem ad deum ipsum, tāquam ad bonorum omnium fontem, & largitorem benignissimum referamus, ad eū
2 modum, quem paulò ante monstrauimus. Quanta autem sit huius carnalis noxiæque concupiscentiæ malitia, ex sequentibus facilè constabit.

Ipsa enim

- Nec senio, nec ulla uiriū debilitate extinguitur, sed semper in mala appetendo pergit & perdurat, & satiari nequit. Vnde prou. legimus. Oculos hominum insatiabiles esse.
- Non exteriora hominis, sed internarum animi potentiarū sedes occupat, & sic occupat, iisq; sic adheret, imò easdē prauis desideriis sic inficit, ut non nisi sola morte inde exturbari queat:
- Falsa æquitatis, utilitatis, pulchritudinis, uoluptatis &c. specie rectæ rationis iudicium sic demētat, ut quæ noxia sunt, pro utilibus habeat.
- Quibusuis peccatis ceu sedula ministra subseruit, dū uniuscuiusq, obiectis sese accommodat, Et ea quæ sibi commoda iudicat, statim expetit, nulla charitatis, aut æquitatis ratione habita.
- Totum hominem in peccati seruitutem coniciit, & ad malum perficiendum instigat.
- Verbum Dei in cordibus carnalium hominum suffocat, ut fructum ex eo referre nequeant. Matt. 4. Mat. 4.
- Mentes nostras, dum concupita non assequimur,

quimur, turba nos, macerat, eneruat, & debilitat.
Per iustitiæ, honestatisque leges (quibus alioqui debebat reprimi) magis irritatur, & inualescit. Nitimur in uetitum, & Rom. 7. peccatum occasione accepta per mãdatum, operatum est in me omnem concupiscentiam.

1 †Cum itaque sit tanta prauæ concupiscentiæ malitia, non est quod quisquam sibi blandiatur, seseque deum non offendere putet, si ipsam externo opere non expleat, quantũuis eidẽ interna mẽte consenserit. Nã quãuis mũdus de internis, & occultis neminẽ dãnet, deus tñ qui scrutator est cordiũ, nõ tantũ secundũ facta externa, uerũ etiam secundum cordis cõcupita, & uolũtatis cõsensa nos iudicaturus erit. Ipsi.n. perficiendi uoluntas tam in malis, quã in bonis pro ipso facto reputabitur. Attamen ipsum factũ lõgè est grauius, utpote ꝙ præter hoc, quod propriã cõscientiã deo obnoxiã reddat ẽt uel proximo, uel suo corpori, uel uxori, uel liberis, uel bonis detrimentum infert. Itẽ facta excitat odia, dissidia, cædes, contentiones, bella. &c. quæ omnia ex sola occulta concupiscentia oriri non possunt. Cum autem concupiscentia à primo parẽte in posteros transfusa sit, si quis uiriliter concupiscenti aduersus spiritum reluctetur, & mẽte nolit cõsentire, nõ solũ non peccat, sed & meretur, cũ in exercitiũ relicta sit: in baptismo.n. nõ solũ peccatum originale abraditur, sed plane remittitur, ut iã peccatũ uere nõ sit, quãuis quãdoq; peccatũ uocetur, quia ex peccato nasci

2 tur & ad peccatũ sollicitat. † Et qđ hic simpliciter, & in genere de proximo sine ulla specificatione loquitur, dicẽdo: Ne cõcupiscas domũ ꝓximi tui &c. nõ distinguẽs aut de qualitate proximi, aut de qualitate bonorũ proximi, aperte innuit nullius hominis bona, uxorẽ, ancillã &c. cõtra charitatẽ, & animi ipsius uolũtatẽ esse appetẽda, siue is diues fuerit, si-

ue pauper, iustus, iniustus, amicus, aut hostis, &c. aut siue ea bona sint ab ipso iuste an iniuste, an fraude, an rapina, an furto acquisita, aut cuiusnā uxor sit, aut quis ad externā oblectationē solūmodo eius familiaritate frui appetas. Certe qualiacūq; ea sint, & cuiusnā ea sint, nostra nō sūt, sed aliena. Iōq; de' ea a nobis cōcupisci uetat, pfecto ut unicuique seruetur, qd deus ipsi cōtribuere uoluit. Et ne scindat charitatis uinculū, quo unicuiq; nostrū iussit ut proximū sicut nos ipsos diligamus, neue proximo faciamus, qd nobis fieri nolimus. Vnde & qd fieri non licet, id etiam concupiscere, nedū auferre nobis licet.

3 †Superest ut de malæ cōcupiscentiæ remedio paucula dicamus, quod clarius cognoscemus, si ipsius cām, & originē prius obseruauerimus. Nascitur aūt actus concupiscendi contra legem dei (Nam corruptio ipsa naturæ ex peccato primi parentis orta est) in cordibus nostris, ex tribus fere causis, scilicet.

Ex
- 1 Fastidio rerū honestarū, & nobis licitarū, quæque in nostra sunt potestate. Nostra enim honesta, & licita quāto magis fastidimus, tanto audius aliena, turpia, & illicita expetere solemus.
- 2 † Obiectis sensuū exteriorū qui ex oblectamentis externis facile seducuntur: Cū. n. ea quæ sibi placent ad sensus interiores, hoc est ad aīalem fantasiā perferunt (si rō nō mox obstet) ilico ea ipsa sibi expetibilia cēsēt.
- 3 †Sola interna cogitatione, absq; ullo externorū sensuū obiecto pñti, sed id fere ex reliquiis, siue ex specieb. in aīo ex precedentib. obiectis adhuc hæretibus, & relictis.

Prauā igitur cōcupiscentiā ex corde suo qui abarcere noluerit, is sensus suos (q̄ mortis fenestræ sūt) ab illicitis ītuēdis, audiēdis, loquēdis, tāgēdis diligēter custodiat, iuxta illud ps. 119. Auerte oculos tuos ne uideāt uanitatē. Deinde discat uiuere cōtētus sua uxore, sua domo, suisq; donis reliqs, a deo sibi largitis, sic. n. nō facile rapietī admirationem, Psa. 119

rationem, & cōcupiſcentiā rerū alienarū. Poſtremo ſi aliena tibi adlibeſcere, mentéq; tuā titillare ſentias, horū admirationē cū ſuis illectamētorū ſtimulis ſtatim his telis, hiſq; cogitationibus, & uerbis refellere ſatages. Cur iſtud indigne appeto? meū nō eſt, alienū eſt ſtultū eſt, uanū eſt, illicitū eſt, impurū eſt, noxium eſt, à Deo prohibitū eſt, mundanū eſt, diabolicū eſt, & tale, quod externa fælicitate hominem priuat, ideoque id ipſum expetere, concupiſcereve nolo, multoque minus id uidere, audire, habere, auferre, aut poſſidere uolo. Hactenus de præceptis decalogi: quorū diſtinctio, ſi cui iuxta patres ueteres nō arrideat, is poſteriores p̄res ſi uelit in iis diſtingēudis ſequat̃. Verū pluris referre puto, ut Dei p̄cepta religioſiſſime obſeruando adimpleamus: quam ut de iis diſtinguendis inutiliter diſputemus. Nō enim auditores, aut diſputatores uerborum Dei, ſed factores ſalui erūt, Mat. 7 d. Rom. 2. b. Iac. 1. c. d. Poſthæc igitur ad præcepta generalia pergemus.

Mat. 7. Ro. 2. b. Ia. 1. c. d

DE PRAECEPTIS DEI GEneralibus.

Præcepta Dei hic uero generalia, quæ quamuis in decalogo prædicto nominatim non ſunt expreſſa, omnibus tamen, & ſingulis generaliter ſunt præcepta, quæq; talia ſunt, quæ ad decalogū facile reducantur, aut potius talia, quæ in ipſo decalogo ſint cōpræhenſa qualia ſunt quę paſſim in ſacris Bibliis à Deo per prophetas, & Apoſtolos ſunt præcepta. Sed q̃a horū numerus eſt infinitus, nō eſt animus eadē omnia in hūc libellū cōferre, cōtentus potiora quædā hic expreſſiſſe, quæ proxime ad pietatis ſtudiū facere uidebantur. Hæc per locos cōmunes hoc ordine diſtinximus. Si quis deſideret largiorem expoſitionē decē præceptorum decalogi, legat Bernardinū de buſtis in

primæ parte sui rosarii: sermone. 16. ubi paucis uersibus decalogum comprehendit, hoc modo.

Vnum cole Deum, nec dicas uana per ipsum.
Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes.
Non sis occisor, fur, mæchus testis iniquus.
Alterius nuptam nec rem cupias alienam.

Hæc uberius exponit Bartholomæus Chasseneo in 12. parte Catalogi gloriæ mundi fol. 37. & seq. eo recurrat, qui uelit plura cognoscere.

DE MORTE ELOGIA.

Mors finis.

Mors senum, finis tristitię est, quia multo dolore eis contingente moriuntur, Aristoteles de longitudine & breuitate uitæ.

Mors est finis uitę, qualis unusquisq; est, talis illi debetur finis. Aristo. 3. ethic. huc facit sentẽtia D. Augustini, Mors enim inquit To. 5. Co. 53. d. nec fugiẽda, nec putanda mala, quã uita bona præcessit: Mors est omnium terribilissimum. Arist. 3. ethic.

Augustinus super Ioan. Quid est mors, relictio corporis, depositio sarcinæ grauis: sed si alia sarcina nõ portetur, qua homo præcipitetur in gehennam.

Ioan. Chrisost. super 1. Mat. Mors munus necessariũ est naturæ iã corruptæ, quæ non est fugienda, sed potius amplectẽda, ut iterũ fiat uolũtariũ, quod futurũ est necessariũ, offeramus Deo pro munere, quod pro debito tenemur reddere Secundus philosophus Adriano Imperatori sic de morte scripsit.

MORS AETERNVS SOMNVS.

Mors est æternus somnus: dissolutio corporum diuitum pauor: pauperum desyderiũ, ineuitabilis euẽtus incerta peregrinatio latro hominis somni pater, fuga uitæ, uiuorum, discessio, resolutio omnium.

Mors est quasi sopor. Vnde illud Epigramma.
ei mihi quanta datis fallacis gaudia uitæ,
Inuideo Endymion Lathmia saxa tibi.
Quod si nil sopor est gelidæ nisi mortis imago:
Omnia mors superat gaudia uita uale.

Cicero lib. de Senect. Iam uero uidetis nihil esse tam morti simile, quam somnium.

Cicero Tuscul. Quæst. lib. 1. Habes somnum imaginem mortis, eamque quotidie induis, & dubitas quin sensus in morte nullus sit.

MORS EST AEQVVM IVS.

Mors malum nõ est, quid sit quæris sola ius æquũ generis humani. Hęc Seneca ad Lucilium Epi. 115. unde illud.

Agricolas Regi, Mors sceptra ligonibus æquat.

Boetius de consol. lib. 1. Met. 1.

Mors hominum fœlix, quæ se nec dulcibus annis,
Inserit, & mæstis sæpe uocata uenit.
Heu, heu, quàm surda miseros auertitur aure,
Et flentes oculos claudere sæua negat.

Horatins Carm. 2. ode 13.

Aequa lege necessitas
Sortitur insignes, & imos,
Omne capax mouet urna nomen.

Horatius lib. 1. Carm. ad Sextium.

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumque turres, ò Beate Sexti:
Vitæ summa breuis, spem nos uetat inchoare longam.
Iam te premet nox, fabulæque, manes.

MORS EST VLTIMA LInea rerum.

Mors ultima linea rerum est. Horatius Carm. 1.
Ne timeas illam, quæ uitæ est ultima finis;
Dum mortem metuis, amittis gaudia uitæ,

Fac

Fac tibi proponas mortem non esse timendam,
Quæ bona si non est, finis tamen illa malorum est,

MORS EST TERMINVS, de quo illud Epigramma antiquum.

Quadratum infoditur firmissima tessera saxum,
Stat cirrata super pectore imago tenus,
Et sese nulli profitetur cedere talis.
Terminus est, homines qui scopus unus agit.
Est immota dies, præfixaque tempora fatis,
Deque ferunt primis ultima iudicium.

De termino apud Gelium.

MORS EST INEVITABILE fatum.

Horatius Carm. lib. 1. ode. 3.

Omnes eodem cogimur: omnium
Versatur urna, serius, ocyus.
Sors exitura, & nos in æternum
Exilium impositura Cymbæ.

Martialis de Curitio.

Nullo fata loco possis excludere: quum mors
Venerit, in medio Tybure Sardinia est.

Idem lib. 4. Epig. ad Colinum.

O cui Tarpeias licuit contingere quercus,
Et meritas prima cingere fronde comas:
Si sapis, utaris totis Coline diebus,
Extremumque tibi semper adesse putes.
Lanificas nulli tres exorasse puellas.
Contigit, obseruant quem statuere diem,
Diuitior Crispo Thrasea constantior ipso,
Lautior, & nitido sis meliorque licet.
Nil adiicit penso Lachesis, fusosque sororum
Explicat, & semper de tribus una necat.

Et manilius ad Aug. Cæsarem.

Stat sua cuique dies, & ineuitabile fatum.

Horatius. lib. 1. Carm. ode 28.

Mixta senum, ac iuuenum densantur funera, nullum
Saua caput Proserpiua fugit.

Idem lib. Carm. 3. ode 24.

Si figit Adamantinos
Summis uerticibus dira necessitas.
Clauos, non animum metu.
Non mortis laqueis expedies caput.

Idem in Arte poetica.

Debemur morti nos, nostraque, siue receptus,
Terra Neptunus classeis Aquilonibus arcet,

Et tandem infert.

——Mortalia facta peribunt.

Pallades in Epigrammatibus sic habet de uerbo trãslatum.

Omnes morti seruamur, & nutrimur.
Tamquam grex porcorum interficiendorum sine ratione.

Hinc in Epigrammaton primo sic legitur.

Gaudet quidem Theodorus quoniam mortuus sum, alius
super ipso
Gaudebit. Morti omnes debemur.

Ibidem sic uersum.

Mortuus sum, sed expecto te: expectat & tu quẽdã aliũ,
Omnes simul mortales unus Pluto suscipit.

Et, Virgilius fatum debitamque cuique mortem uocat. 4. Aeneid.

Nam quia nec fato, debita nec morte peribat.

Huc alludens Lucanus lib. 6. sic habet.

Ah miser extremum cui munus mortis iniquae,
Eripitur non posse mori.——

Et libro 8.

——Quisquam ne secundis,
Tradere se fatis audet, nisi morte peracta.

Ouidius in Matamorphoseos. 15.

Tempus edax rerum, tuque inuidiosa uetustas,
Omnia destruitis, uitiataque dentibus aeui,
Paulatim lenta consumitis omnia morte.

Quinti-

Quintilianus declamatione tertia.

Omnis nos hora per tacitos fallentesq; cursus applicat fato, & in hac perpetuitatis turpissima cogitatione descripti, per exigua festinãtis æui momēta præmorimur.

Homerus in 3. Illiados, quod interpretatum tale est.

Mortem nunc doceo nullum fugisse uirorum,
Non timidum, non fortem, non quenquam genitumue.

Idem Tertio odyss.

Sed certe mortem diui quamuis tremebundam,
Non possunt summo conantes pellere amico.
Quando illum attingunt mortis fatalia tela,

Menander ait:

Mortalibus omnibus mori necesse est.

Paulus ad Hebræos cap. 4.

Statutum est omnibus hominibus semel mori.

Dauid Psal. 88.

Quis est homo, qui uiuet, & nõ uidebit mortē? eruet animam suam de manu inferi.

1. Regum. 14.

Omnes enim morimur, & quasi aqua dilabimur super terram.

Sapientię. 7.

Vnus ergo introitus est omnibus ad uitã, & similis exitus.

Seneca in Epist. 65.

Quæ latebra est in quam non intret mortis metus? quæ tam munita & in altum subducta quies, quam dolor non territet?

Et idem Epist. 8.

Nullum sine exitu iter est, exitus autem huius itineris, hoc est uitæ nostræ mors est.

Aristoteles libro de uita & morte.

Vita & mors sunt communia omnibus animalib.

Cicero de Senectute.

Mortem omni ætati communem esse sentio.

MORS VLTIMA POENA.

Lucanus lib. 8.

...- *Mors ultima pœna est,*
Non metuenda uiris.——

Martialis de Fannio.

Hostem quum fugeret se Fannius ipse peremit.
Hic rogo, num furor est ? ne moriare, mori.

Hinc apud Palladem hoc Epigramma extat.

Corpus, passio animæ, infernus, onus, necessitas,
Et populus concitatus, & pœna torturarum,
Sed quãdo egressa fuerit è corpore, tanquam a uinculis
Mortis fugit ad Deum immortalem.

Cicero libro primo Tusculanarum quæstionum prolixè hãc materiam ediscerit: Non deterret inquit, sapientiam mors, quæ propter incertos casus, quotidie imminet, & propter breuitatem uitæ, nunquam longè potest abesse.

Etenim idem docet primo Tuscul. Quæst. Quod mors malũ non est, ut quæ sit à natura data hominibus. Secundo Tusculanarum, nam qui id, quod uitari non potest, metuit, is uiuere añimo quieto nullo modo potest. Sed qui non modo, quia necesse est mori, uerum etiam, quia nihil habet mors quod sit horrendum mortem non timet, magnum is sibi præsidium ad beatam uitam comparat.

Martialis ad Paulum.

Mortis Paule timor tibi uitæ gaudia tollit,
Nam moriens uiuens, dum metuendo peris,
Inter naturæ si ponas munera mortem,
Te de morte metus sollicitare nequit.

Idem de Cænatione Michæ.

Frange thoros, pete uina, rosas cape, tingere nardo
Ipse iubet mortis te meminisse Deus.

Martalis de Canace lib. ii.

Non licet hic uitæ de breuitate queri,
Tristius est leto lethi genus.

Horatius Carm. 3. lib.

Mors & fugacem persequitur uirum:
Nec parcit imbellis iuuentæ.
Poplitibus, timidoue tergo.

MORS EST VLTIMA PASSIO ANImæ, & ultimum omnium terribilium.

MORS OMNIA SOLVIT.

Soluitur omne decus letho, niueosque per artus
It stygius color, formæ populatur honores.

Virgilius Georg. 3.

Optima quæque dies miseris mortalibus æui
Prima fugit, subeunt morbi, tristisque senectus,
Et labor, & diræ rapit inclementia mortis.

Huc adde illud Epigramma.

Neu te decipiat fragilisque, agilisque iuuentus,
Non genus, aut uirtus, sed nec sapientia mundi,
Non species, non diuitiæ, non gloria fallax.
Omnia debetis morti, paulumque morantes,
Serius, aut citius, sedem properatis ad unam.
Tenditis huc omnes domus est hæc omnibus una.

CONTRA MORTEM NON CADIT appellatio.

Boethius de Consolatione.

Huc omnes pariter uenite capti,
Quos fallax ligat improbis cathenis
Terrenas hebetans libido mentes,
Hic erit uobis requies laborum,
Hic portus placida manans quiete,
Hoc patens unum miseris asylum.

CONTRA MORTEM NVLLA DILATIO.

CATO.

Tempora longa tibi noli promittere uitæ:
Quocunque ingrederis sequitur mors corporis umbra.
Hinc illud Alciati ex Emblema.
Ludebant parili tres olim ætate puellæ
Sortibus, ad stygias quæ prior iret aquas.
Ast cui iactato malè cesserat alea talo,
Ridebas sortis cæca puella suæ.
Cum subito icta caput labente est mortua tecto,
Soluit & audacis debita fata ioci.
Rebus in aduersis mala sors non fallitur, ast in
Faustis nec precibus, nec locus est manus.

NON EST REGRESVS A MORTE.

CATVLLVS

Soles occidere, & redire possunt:
Nobis, quum semel occidit breuis lux,
Nox est perpetua, una dormienda.

MORS OCCVLTE VENIT:

Tibul. lib. 1. Eleg. 10.

Quis furor est atram bellis accersere mortem?
Imminet, & tacito clam uenit illa pede.

14 MORS HVMANO NON SVBIACET arbitrio, ut patet hoc antiquissimo Epitaphio.

Iam datus est finis uitę, iam pausa malorum,
Vobis quas habet hoc quantam matremq; sepulchrum.

Littore

Littore phocaico pelagi ui examinatas
Illic unde Tagus, & nobile flumen Hiberus.
Vorsum ortus, uorsum occasus, fluit alter & alter
Stagna sub Oceani Tagus & Tyrrhenia Hiberus.
Sic etenim duxere olim primordia parcæ.

Sub imagine Hinuli.

Et uenere super uobis fatalia fila,
Cum pirmum Lucina daret lucemq; anemamque:
Vt uitæ diuersa dies foret, unaq; læthi.
Nobis porro alia est, trino de nomine fati
Dicta dies læthi: quàm propagare suopte
Visum ollis tacito arbitrio cum lege perenni
Sisti, quæ cunctos iubet ad uadimonia mortis.

Aliud.

Si rigidæ posset sese defendere morti
Vllus qui medica doctus in arte foret:
Non graue nunc marmor tegeret, non plurima tellus,
Multorum obscuro condita membra solo.

Huc refer illud Iuuenalis Satyr. 10.

Quandoquidem data sunt ipsis quoque fata sepulchris.

15 MORS SPERNIT ALTAM GLOriam, sicut constat in hoc Epitaphio Regis Ladissai, quod Neapoli habetur in templo D. Io de Carbonada, auctore Actio Sannazario.

Miraris niueis pendentia Saxa tropheis
Hospes, & hunc acri qui sedet altus equo.
Quod si animos roburque ducis, præclaraque nosses
Pectora, & inuictas dura per arma manus.
Bis Capitolinis deiecit sedibus hostem:
Bisque triumphata uictor ab urbe redit.
Italiamque omnem bello concussit & Armis
Intulit Hetrusco signa tremenda mari
Neue foret Latio tantum diademate fœlix
Ante suos uidit Gallica sceptra pedes.

Cumque rebellantem pressisset pontibus Arnum,
Mors uetuit sextam claudere Olympiadem.
I nunc, regna para, fastusque attolle superbos:
Mors etiam magnos obruit atra uiros.

OMNES MORI CONVENIT, SED nescitur quando, Ecclesi. 9.

Nescit homo diem suum.
Certa mortis hora,
Certa non tenetur.
Cura semper urget,
Vrget hora mortis.
Qui sapit sepulchrum,
Proprium locabit.
Viuus ad supremam,
Præparatus horam.

NIL MAGIS REVOCAT A PECCAtis, quàm cogitatio mortis.

Meméto mori, & non peccabis in æternũ Ecclesi. 7. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua.

Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes. 2. Corinth. 4. C.

Semper enim nos qui uiuimus in mortem tradimur propter Iesum, ut & uita Iesu manifestetur in carne nostra. 2. Cor. 4.

Ita & uos existimate uos mortuos esse quidẽ peccato, uiuentes autem Deo, Ro. 6.

Memor esto, quoniam mors non tardat. Ecclesi. 14.

Dixit autẽ illi Deus: stulte hac nocte repetunt animam tuam à te. Luc. 12. C.

Tempus autem uestrum semper est paratum. Ioan. 7.

Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non uiues, Esaiæ. 38.

DE SYNTERESI, VEL (VT uulgo uocant) De Scrupulo Conscientiæ.

Luc. 16.

† Quando homini relinquenti uiam carnalis cō-
1 cupiscentiæ, & deflectenti ad uirtutē, ad uiā rectam angustam, dextram, alta petentem, uel (ut breuiter dicā) trāseunti de mortificatione carnis ad uitā animæ, multa impedimenta occurrere solent, quorum alia à malo spiritu, alia à sæculo, sæculi curis, & sæcularibus hominibus nequam, alia ab ipsa carne inferūtur, & ingenti mole opponuntur: fit non raro, ut illatis pluribus tētationibus, is à recto tramite deflectat, & uel in barathrū malorū corruat, uel anceps inter uirtutē & uitia fluctuet, uere Deū non agnoscat, & in damnationem quoque ueniat. Ratus autem
2 est, qui emergit, nimirum qui adiutus à Deo, & Domino Iesu, impedimenta undique ingruentia propellere potest, tētationibus resistere, uirtutes à uitiis distinguere, & amore uirtutis peccata exuperare. Certe hoc Herculeū est opus nō modo, sed diuinū etiā, & ad quod Virgilius respexit, naturali lumine & Platonica philosophia, quæ à Moyse principia traxit, sic canens Aeneid. 6.

———Facilis descensus auerni,
Sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est: pauci quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera uirtus,
Dis geniti potuere———

3 † Huic. n homini primū solet ad uirtutē esse incitamentum continua meditatio pœnarum, quæ morienti in peccatis debentur, & a Deo destinata sunt. Nā his etiamsi adhuc malus est, tamen malitiē omittit metu suppliciorum. Vnde ab Horatio quoque scriptum est.

Tu nihil admittes in te formidine pœnæ.

Quin Euāgelicus ille diues in peccatis mortuus,
Luc. 16. & pœnis inferni cruciatus, orat Abrahamū, ut quinque fratres sui moneātur legatione Lazari, quo absistant à peccatis, ne & ipsi in eum tormentorū locum deueniant. Qui igitur pœnas malorum cogitat, ille paulatim progreditur, & ea perpendit, quibus tales pęnas queat effugere, & sic enascitur Deo propitio, monstraturq; uia ad uirtutes, ad iustitiā dei, ac Chri
4 stum Iesum: † qui aūt bonus est, bonitaté quærit, is mox amat bonitatem, amat uirtutes, diligit Christum, diligit proximum suum sicut seipsum, nec iam uult aliud, quàm quod Deo placet.

Oderunt peccare boni, uirtutis amore.

5 † Antequā tamen aliquis in hac re perfectus est, uaria interueniūt, semper uerò adest conscientia, quæ est sciētiæ in animo dictitantis quæ quis bona, quæve mala fecerit, applicatio quædam, siue actus. Hæc conscientia ab Ethnicis mille testium locum habere
6 re dicitur. † Hæc est in bonis, ut quę non nisi bonorū sibi conscii sunt, & qui iam mala uirtutis amore adeo nesciūt, ut cōtēplatione boni mille testibus rerum benè factarum protegantur contra mala, & malorum insultus. Hinc Horatius canit.

Si recte facies, hic murus aheneus esto
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Psal. 3. Et propheta dicit: Non timebo millia populi circundātis me. Exurge Domine, saluum me fac Deus meus. Nec hoc Menandrum latuit, qui manifesto dicit, quod mortalibus omnibus conscientia, nimirū conscientia bona Deus est. Cicero uero in Catone maiore, de hac quoque sic scripsit: Conscientia benè actæ uitæ, multorum benefactorū recordatio iocundissima est, rursus:

7 † Conscientia est in malis hominibus: quorum aliī dū in carnalib. cōcupiscentiis sepulti uiuūt, & conscientiam omnino à se alienasse existimant, a con-

ſcientia atteſtante tamen condẽnantur, dum ex hac uita migrant,& in iudicio altiſſimi rationem de propriis factis ſunt reddituri. Ideo Paulus Roma.2.dicit degentibus peccatoribus, quod demõſtrant opus legis diuinæ ſcriptum in cordibus ſui, atteſtante cõſciẽtia ipſorum, & hinc ratiocinationibus inuicem ſe, aut accuſantibus, aut defendentibus in die cũm iudicabit Deus occulta hominum ſecundùm Euangelium meũ per Ieſum Chriſtũ. Quinimo hoc ethnici ipſi facile intellexerunt. Vnde Iuuenalis Satyra.13. ſic ſcripſit ad Caluinum quendam Ethnicum, longe tamen meliorem peſſimo Caluino huius temporis Hæretico.

Exemplo quodcunque malo committitur, ipſi
Diſplicet auctori. prima eſt hæc ultio, quod ſe
Iudice, nemo nocens abſoluitur, improbà quam uis
Gratia fallacis prætoris uicerit urnam.

De hac quoque malorum conſcientia in malis hominibus ſic Salluſtius prodidit. Tum ſcelerũ ſuorum, imprimiſq; cõſpirationis coſciẽtia ſoliciti, quo ſe uerterent non uidebant, unde patet etiã, quæ ſit cõ-
8 ſcientia in bonis, quæ in malis. †At boni ſedulo laborãt, ut omnem rei malæ conſcientiam exturpare poſſint, ut omnibus uiribus, toto corde, omni anima ſua Deo placeant,& morientes(animam ſuã Deo tradant in tranquillitate conſcientiæ, quod quidem abſolute boni in gratia Ieſu Chriſti facile conſequũtur. Vnde paulus ſæpe clamat: Nullius mihi cõſcius ſum. & 2.Cor.1.Nã gloria noſtra hæc eſt teſtimoniũ cõſciẽtiæ noſtræ,& Ioãnes in. 1.Epiſtola cap.3.Filioli mei, inquit, nõ dligamur uerbo, neque lingua; ſed opere & ueritate: in hoc cognoſcim⁹, quoniã ex ueritate ſumus,& in conſpectus eius ſua debimus corda noſtra, quoniã, ſi reprehẽderit nos cor noſtrũ, maior eſt Deus corde noſtro,& nouit oĩa. Eſt enim tranquilla cõſcientia, ſecura mens, de qua Sapiens ſic dicit. Secura mẽs quaſi iuge conuiuiũ, & Ioa. in prima Canonica c.3. Cariſſimi: ſi cor noſtrum nos non repre-

(margin: 1.Cor.1. 1.Ioa.3. Prouer.15 1.Ioa.3.)

henderit, fiduciam habemus ad deum, & quicquid
9 petierimus, accipiemus ab eo. †Cæterũ qui nondum uestigiis bonitatis insistere possunt, & tamen iam incipiunt esse boni; in his multiplex oboritur dubitatio de bono, de peccato: Et, quum bene egerunt, putant se male fecisse, ac contra. Ita ambigui feruntur inter spem, metumq;, inter incudem & malleũ, inter Scyllam & Charibdim.

10 †Fit interea quod prægrauante malorum cõscien-
Sap.17. tia nonnulli a bono anocentur, Vt Sapientiæ decimo septimo legitur. Frequenter enim præoccupant pessima, redarguente conscientia. Cum enim sit timi-
11 da nequitia, dat testimonium condemnata, semper enim præsumit sæua, perturbata conscientia. Nonnulli autem uirtutem amplexi, & gratia domini Iesu talem præteritorum malorum conscientiam allidunt ad petram Christum, & conscientiam bonorũ Christi sibi ingenerant, eaq; imitantur, unde fit statim, quod adest tamen synteresis, ut quæ est uoluntas instigans regulam rationis ad bonum & de mali fuga solicite semper cogitans. hanc aliqui scrupulum conscientiæ, uel scrupulositatem uocãt, ut quæ de paruo peccato, uel re simili, quam aliquis peccatum putare possit, anxietatem efficit. Verum est autem, quod dicit Horatius in arte poetica:

In uitium ducit culpæ fuga si caret arte.

Et quod alibi in Sermonum primo clarius idem dicit:

Dum uitant stulti uitia, in contraria currunt.

Ita multi nondũ satis firmati in uia morũ & uirtutũ, dũ et quod peccatũ non est, peccatum putant, falluntur, & pro peccato benefaciunt, & in benefaciendo peccant: quia quæ faciunt scrupulositate cõscientiæ suæ non rectè diiudicant. Hi etiam in extremis, & quũ benè uixerint, uel quàm bene uiuere potuerunt, de re aliquãdo in uita perpetrata anguntur, & maxime malo spiritũ tũ tẽtationibus uariis

animam

animam sollicante, ut eam deo adimat, hunc scrupu-
12 lum conscientiæ sentiunt. Quare pauca adam, quæ
huc pertinét, Christiano lectori haud infrugifera:
Synteresis, malè a multis synderesis scripta, est affe-
ctus animæ cupiés se a uitiis cõseruare, & immacula
tã à peccato tradere Deo. Itaq; remurmurat contra 1
malũ, & de re perpetrata uel faciẽda dubitat male ne
sit, nec ne; atque ita oritur scrupulus consciẽtiæ, uel
13 res, quæ semper conscientiã remordet. Multi putãt
hũc scrupulũ fieri ex nimio metu, ut qui teste Dama
sceno, cor ipsum premat naturaliter. Alii melancho
liæ uel læsæ imaginatiuæ parti animę in capite ascri
bunt: alii illusionibus diaboli obruentis imaginati-
uã: alii malo uitę regimini, ut nimiis uigiliis, nimio
somno, abstinẽtia, & similibus, alii ét complexioni
plus æquo refrigeratæ imputãt, unde fœminas natu
raliter scrupulosiores uiris esse existimãt, sicut sunt.
14 †Vt autẽ hic scrupulus conscientiæ, undecunque *De tollẽ*
fiat, animo eximi possit, tã sani, quàm moriẽtis opor *do scru-*
tet post contritionẽ peccatorum generalem, & satis *pulo.*
factionem ab Ecclesiastico uiro bono iniunctam ob
liuisci omnis transactæ uitæ, & tanquam e sepulcro
ad nouam uitam resurgere cum Lazaro resuscitato, *Psal. 50*
cum Christo Iesu, & huius gratiæ ita firmiter inhæ- *Psa. 129*
rere, ut igne amoris erga Iesum sentiat extingui scru
pulum, ut liceat dicere cũ propheta: Miserere mei
Deus secundum magnam misericordiam tuam: &,
De profundis clamaui ad te Domine, uel dicat si no-
uit, septẽ Psalmos pænitentiales, uel certas ex his 21
sententia, quibus in misericordia Dei corroboretur,
nihilq; dubitet de omni uniuersorum suorum pecca
torũ remissione: certus de gratia Dei, & Domini
Iesu. Si non omnia se confessum esse putat per igno-
rantiam, uel obliuionem, uel similem causam, sciat
sufficere, si ex toto animo doleat de peccatis admis-
sis, gaudeatq; de quibusdam peccatis non amplius
in mentem uenientibus, utpote à quibus liber pos-
sit deo tanto arctius uiuere: tum quòd facta con-

fessio ex humili, prompto animo, apud hominem
Ecclesiasticum catholicum Sacerdotem Dei, facilè de
leuis peccati prætertitione excusat? Deinde quòd
homo in uita actiua, in sæculo uiuens, nullo modo
potest tam purè uiuere, sicut homo deditus uitæ con
15 templatiuæ, & abstracto à mundanis: † Postremo
quod homo uolens Deo placere, non debet suorum
errorum, peccatorum, maliciei amplius meminisse,
sed cogitare Sapientiam, magnitudinem, Bonitatē,
misericordiam, gratiam, potestatem, uirtutesque im-
mensas, & perfectissimas summi Dei, & Domini Ie-
su, & in his penitus uersari, suumque spiritum exer-
cere, orando, obsecrando, gratias agendo, petendo, &
ut ad gaudium Dei, Sanctorumque intromittatur,
iugiter instando, orationes quæ huc faciunt, inten
tus ad Deum & feruens spiritus per se suppeditabit,
uel lectio sacræ scripturæ, uel aliquot compositæ in
hunc finem orationes. Nam Deus misericors mise-
ricordiam petentibus non denegat, præsertim eis,
qui certo animo proposuerunt fugere omne pecca-
tum, in primis septem peccata mortalia, & quę cha
ritatem proximi lædunt: & infirmis, sed à peccato
resurgere paratis, imo non irascentibus propter de
licta, unde posset perturbatio oriri, sed ita commo-
tis, ut dent palmam & præmia rectè factis, etsi per
infirmitatem septuagesies septies Deum uno die of-
fendissent, de facto dolentibus, & ueniam petenti-
bus ex toto animo, ac ad bonam uitam se conuer-
16 tentibus semper ignoscit. † Quòd si per huiusmo-
di remedia nondum eximatur scrupulus conscien-
tiæ, tum eo deueniendum est, ut certò persuadeatur
scrupuloso homini, quod debet credere ea, quæ san
cti uiri dicunt, & acquiescere illorum, uel sui confes-
soris consilio, ac monitis. Nam in uitis patrum legi
tur, quod heremitæ scrupuloso ualdè, apparuit tandē
quidam Religiosus dicens illi, & mandans hæc: Tu
pete consilium à prudentibus uiris, & eis acquiesce,
nec sis amplius scrupulosus: quinimò frater quidā
ita

ita urgebat scrupulo consciētiæ, ne missam dicere auderet: dixit illi sanctus Bernardus: Frater uade in fide mea, & fac sacrificium, quod scio scrupulum tuum, quem falso putas, nullum esse. Vnde frater obediens, & consilio acquiescens sacrificium fecit,
17 nec scrupulum amplius sensit. † Neque uerò omittendum est, quod scrupulosi homines solent hæc allegare, quibus suam scrupulositatem defendūt: Ex rebus aiunt dubiis certissima est eligenda, ut quæ minimum peccati continet. tum: Qui amat periculum, perit in eo, ut Ecclesi. 4. legitur. Denique: litera sacræ Eccle. 4.
18 scripturæ est rigidè obseruanda. † His & similibus sententiis ex sacra scriptura, & uulgari sermone collectis parum absunt, qui in superstitionem, uel hæresim delabantur. Quare ne peccent, dum peccata fugere uolunt, succurrendum est opinioni huiusmodi.
20 † Neque enim semper certissima res ex dubiis eligēda: alioqui omnes debebant esse contemplatiui, uel monachi, uel sacerdotes, sed nunc tales omnes non requiruntur, nec omnes possunt esse uirgines, teste Paulo. Itaque non semper certissima ex dubiis est eligenda, sed ea, quàm Deus dat, uel Sancta ecclesia Catholica, uel Catholici Sacerdotes non improbant, nam quæ improbatur, est omittenda. 1. Cor. 7. a. e.
21 † Secundo loco, quod dicitur de periculo: id ita uerum est, ut si quis sciat esse mortale peccatum, & tamen sciens prudensque id facit, quod is peccat, & est in periculo. At si quis nesciat esse peccatum, sed dubitans de hoc, uel huius opposito, nec resolutionem habens, aut determinationem boni aut mali, & intereà faciat malum, quod putat esse minus malum, uel etiam bonum, is non peccat mortaliter, nec est in periculo. Nam elegit uel auctoritatem aliquam patrum, aut doctorum Ecclesiæ, aut loci sacræ scripturæ, uel rationem probabilem. Quod si minus tale quid sequutus est, sed fecit contra auctoritatem bonam, uel contra rationem, uel decretum ecclesiæ Catholicæ, haud dubiè peccator est.

22 † Restat adhuc quod nonnulli putant strictè uiuẽdum esse, secundum leges, & mandata scripturæ. At ipsi non uident, quod sacra scriptura multis locis humano ingenio uidetur contraria: vnde expositione eget,& Catholica doctorum Ecclesię interpretatione: tum quod æquitas est præferenda rigori iustitiæ. Nam æquitas est iustitia temperata cum dulcedine, & misericordia,facta diligenti consideratione omnium circunstantiarum. Salomon dicit, Non sis nimium iustus,ne pereas in propria iustitia.&, Qui nimium emungit, elicit sanguinem. Non itaque secundum rigorem obseruanda sunt præcepta, sed secundum æquitatem & ubi esse uidetur contrarietas, ibi pars mitior est præferenda: iuxta sententiam Catholicorum auctorum. Deinde Deus, & sancta Ecclesia Christi non obligant hominem ad impossibilia, uel difficillima: Nam alioqui quomodo posset intelligi ille locus Matthęi decimonono. Onus meũ leue est, & iugum meum suaue est: Etenim leuia præcepta leuis doctrina est Christi, non difficilis, denique ex sententia diui.

Prou. 30 *Eccles. 7. 1.* *Matt. 19*

23 † Augustini dicentis: Serua quod certissimum est, relinque incertum, non statim oportet ex contrariis sententiis eam recipere, & seruare, quæ rigidissima est, sed quæ usitata sanctæ Ecclesiæ & uera, tũ diuus Augustinus non dixit hoc de difficilibus præferendis,sed de non differenda correctione uitæ in extremum tempus. Nam tũ potest esse incerta cõuersio, & pœnitentia. Hæc sunt igitur quæ paucis adiecta esse oportuit tranquillitati conscientiæ,huiusq; tollendis scrupulis,cuius negotium, uel clarius appareat subiecimus hanc tabellam.

Oritur

Scrupulus cōſciētiæ.

- ponitur explu ribus cauſis e numeratis ſu pra.
- Tolliť.
  - Obliuione peccatorū.
    - Dicendo pſal- mos pnīales.
    - Dicendo ſenten tias pertinentes ad obliuionem peccatorum.
    - Nihil dubitādo de remiſſiōe pec catorum, tam cō feſſorum, quàm forſan omiſſorū in cōfeſſione.
    - Satisfactionem confeſſionis rati ficando.
    - Agnitione infir mitatis ſuæ, pro pter uitā actiuā ſi non reſpōdeāt uitæ contempla tiuę
  - Erectiōe mētis ad deum ut ad
    - dei miſericordiā & huius uirtutes Gratiam Chriſti
      - ut fit exercēdo ſpiritū in
        - petēdo. orādo. obſecrā do gratias agē do, participan do de gaudio cæli.
    - Auctoritatibus ſanctorum præ cipientium non dubitare de miſericordia dei, & remiſsio ne peccatorum.
  - Doctrina, qua allegationes ſcrupuloſorum hominum refelluntur.

Finis libelli D. Iodoci Damhouderii Brugēſis de perfecta peregrinatione chriſtiani hoīs, cōtinentis ſuccinctas declarationes, quibus per chriſtia- nam

nam doctrinam pius Lector informatur de morte, & uita, huiusque in Christo perfectione, & conscientiæ tranquillitate, ut ex huius sæculi nequam labyrintho, liberè peregrinetur, & migret in ueram patriam.

CONCLVSIO OPERIS ad lectorem.

Cùm alioqui semper tum præsentia (quibus colluctamur) tempora exigunt id ut nos firmis Christiani hominis armis munitos præstemus contra uersuta & occulta tela hæreticorum, quamuis studium iuris profiteamur, non temere tamen hæc Theologica delibauimus: nam sicut nautæ in tempestate anchora semuniunt, & expeditis rudentibus iuuant: ita nos arma inter media & rabiosam dæmonis iram hæc meditando, uoluendo sacras, catholicasque institutiones obseruando, atque scribendo haud parum utilitatis, & firmæ salutis sensimus, unde ea in publicam lucem quoque emittimus; ut hoc nostro exemplo alios qui aliquando, uel aliis in locis possunt periclitari similibus in tempestis, & calamitosis procellis, iuuemus, & præluceamus. Quod si etiã studio iuris tantam operam impendimus, ut quod facit ad temporalem honorem, & fœlicitatem, quid in longè ardentius, & qualicunque ratione possumus, Theologicæ ueritati incumbere debemus? Vnde haurire licet contra hæreticos, & omnes insultus inimici læthalis, & contra damnationem æternã uerissima auxilia & adipisci immortalem beatitudinem, quam nulli inuidemus, cuius causa multi alii Iureconsulti quasi interpolato suo studio Theologiæ uacauerũt, & in ea, conscripta opera ædiderunt. His de causis. si hęc nostro quoque publicata desideramus, non inconueniens erit. neque quicquam amplius uendicamus nostræ auctoritati, aut his scriptis, quàm à sancta catholica ecclesia Romana, & Catholicis doctisque

ctisque uiris comprobatur. Etenim iudicio, censuræ, & sanctissimæ atque inuiolandæ auctoritati, potestatiq; Catholicæ Ecclesiæ omnia subiicimus, tum piũ lectorem oramus, ut singula candide & sobrie accipiat procul calumnia, & eo, (quo damus) placido animo perlegat, atque fruatur ad æternam salutem. Itaque breuiter concludam hoc disticho,

Hæc ego festino meditatus tempore pando
Sit bonus interpres, nil mea scripta nocent.

Vale candide Lector
in Domino.



ATQVE ELENCHVS ALPHABETICVS RERVM MEMORABILIVM,

QVAE IN HIS PARAENETICORVM COMMENTARIIS D. IODOCI DAMHOVDERII, continentur, & passim obuiæ occurrunt, locupletissimus simul & inuentu paratissimus, utpote in quo prior Numerus paginam, posterior numerũ sub quo ponitur, demonstrat.

A

Otia

Virtus

Z

INDEX ALPHABETICVS VERBORVM ET, RERVM COGNITV NECESSARIARVM

QVAE IN HOC LIBELLO DE PERFECTA PEREGRINATIONE CHRIſtiani hominis paſſim continentur, Index ſatis locuples & plenus, Facili ductu Lectorem dirigens ad id quod quærit, in quo prior numerus occurrens paginam, Secundus numerum ſub quo ponitur, denotat.

Cauſa

scrupulus

Finis Indicis libelli de perfecta Peregrinatione Christiani hominis, &c.